# ACTA
# APOSTOLICAE SEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS VI. - VOLUMEN VI.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDGCCCXIV

Annus VI. - Vol. VI. Die 19 Ianuarii 1914. Num. 1.

# AGTA^APÌTOLIGAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

## ACTA PII PP. X

### MOTU PROPRIO

DE REGIMINE ET ADMINISTRATIONE SEMINARII ROMANI MINORIS AD VATICANUM.

PIUS PP. X

Ubi primum, quae Nos Constitutione Apostolica *In praecipuis* die XXIX Iunii an. MCMXIII sanxeramus, adduci ad effectum coepta sunt, alumnis seminarii Romani veteris in duplex novum., maius et minus, distributio, animadvertere licuit in seminario minori, seu Vaticano, qui ex eorum alumnorum numero essent profecti, multo plures esse, quam qui ibidem iam impendiis Basilicae sancti Petri in ministerium ipsius alerentur. Idque, inspecta conditione rerum, mirum non est, imo prorsus consentaneum : quo enim latius patet in Urbe universa sacrorum munerum campus, quam in templo Vaticano, eo maiorem procul dubio copiam sacerdotum desiderat. Pariter, quod ad reditus eiusdem Seminarii minoris attinet, apparuit, ut erat consequens, eos maxima ex parte pensionibus in tuitionem alumnorum cleri Romani statutis, cum accessione pecuniae a Nobis Nostrasque successoribus quotannis conferendae, contineri. Haec Nos cum animo reputantes, simul considerare coepimus, ut oporteat atque adeo necesse sit Sacrorum administros urbis Romae Cardinali, Vicario Nòstro, probe esse ac penitus, cognatos, huiusque rei gratia quam aequum sit non de eius cura vigilantiaque illud seminarium esse subductum, in quo debeant

ad sacrum ordinem institui quicumque sacerdotale in Urbe munus obituri sunt. Atque hoc ipsum censuisse eos ex amplissimo collegio Cardinalium, quos de urbanis aptius constituendis seminariis adhibueramus in consilium, Nobis succurrebat; propterea cum de exsequenda, quam memoravimus, Constitutione proprias leges seu *regulas* dedimus, Nostras in hac causa praescriptiones habendas esse temporarias, non obscure indicavimus.

Rebus igitur omnibus accurate perpensis, nunc demum maturitas Nostri quoque minoris seminarii ad Vaticanum firma ac stabili ratione ordinandi venisse Nobis videtur. Itaque Motu proprio deque apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac per has litteras edicimus, ut Cardinalis quidem Archipresbyter Basilicae sancti Petri seminario Vaticano semper, honoris causa, praesideat, atque in alumnos utriusque seminarii qui cura impensisque Capituli Vaticani ibi educantur, omnia iura quae ipsi, ut Ordinario, competunt, retineat; Cardinalis vero Romani Pontificis in Urbe Vicarius regimen gubernationemque eiusdem seminarii Vaticani in iis omnibus quae ad disciplinam, pietatem, studia ac bonorum administrationem pertinent, solus obtineat; atque ipse duplici praesit Consilio *Deputatorum* tum disciplinae tum rei oeconomicae moderandae; quae consilia talia perseverent, qualia Nostris legibus seu *regulis,* quas diximus, instituta sunt.

Ceterum statam pecuniae collationem atque onera *iustitiae*, quae eidem seminario a Capitulo Vaticano praestantur aut praestari in posterum debeant, salva volumus permanere ; item in suo robore consistere quaecumque Constitutione Nostra *In praecipuis* regulisque adiectis sancita sunt, his non adversantia litteris : quas quidem et quae eis continentur, valere in perpetuum et ab omnibus diligenter observari iubemus, contrariis quibusvis, etiam peculiari mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die VI ianuarii, in Epiphania Domini, anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X

# EPISTOLA.

AD R. P. D. IOANNEM A. BAZAN, PARANENSIUM EPISCOPUM, OB PROMOTUM CULTUM S. NICOLAI BARENSIS.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Te sane meminit quanta animi iucunditate coram ex te ipso, superioribus diebus, audivimus quae referre placuit cum de honoribus qui frequentes multiplicesque habentur S. Nicolao Barensi, in templo quod eidem in urbe *Rioja*, popularis, te auspice, excitavit pietas, tum de caelestibus muneribus quibus Episcopus sanctissimus, non sine magno fenore, cultores auget suos. Laetati, uti tum significavimus, in Domino sumus tecum que, venerabilis Frater, plurimum, ut par erat, gratulati qui voce, scriptis, collata stipe, Illius studes gloriae incremento, qui mirabilis in sanctis suis haberi colique vult. Ipsi Nos nonnihil hanc ipsam in rem praestare cupimus; teque Roma ad tua revertentem, latorem esse volumus aurei nimbi gemmis contexti, quo Myrensis Episcopi, nomine Nostro dicendoque die, venerandam ornabis imaginem. Nequid vero desit quod Nostram redoleat benevolentiam, Papalem addimus Benedictionem cum Indulgentia Plenaria, cuius solemniter populo, eodem ipso die, impertiendae facimus facultatem venerabili Fratri Cordubensi Episcopo.

Utinam, quod suppliciter petimus, munusculum hoc Nostrum ita Nicolao sit acceptum, ut beneficia ab eo Nobis eiusque cultoribus, tibique prae ceteris, conciliet uberrima!

Benevolentiae in te Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, ac dioecesis tuae Clero populoque libenti animo impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xin decembris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

# S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## DECRETUM.

REVOCATUR SPECIALE INTERDICTUM CUI SUBIECTA FUERAT CIVITAS GALATINA.

Le molteplici e ripetute dimostrazioni di dolore per la pena inflitta a cotesta città di Gaiatina, e le proteste di ossequio e di riverenza che in tale occasione sono venute da ogni ordine di cittadini verso l'Arcivescovo di Otranto in riparazione dell'oltraggio patito, hanno inclinata il Sommo Pontefice ad un benigno sentimento di perdono.

Pertanto, giudicando esser venuto il tempo di esaudire le istanze di tante anime religiose e buone di Galatina e le preghiere del Pastore di cotesta diocesi, col presente Decreto della sacra Congregazione Concistoriale il S. Padre stabilisce quanto segue:

1° Domenica prossima, 18 del corr. mese, cesserà l'interdetto inflitto alla città e suburbio di Galatina; cosicché dall'aurora in poi i sacerdoti potranno celebrare la S. Messa, distribuire i Ss. Sacramenti e compiere le consuete sacre funzioni.

2° Ordina che nella domenica stessa ad ora opportuna, tanto nella collegiata quanto nelle due succursali e negli oratori delle comunità religiose, come atto di solenne riparazione si faccia l'esposizione del Ssmo Sacramento con la recita delle litanie dei Santi, del salmo *Miserere,* e dei consueti responsori e preci che seguono le litanie stesse.

3° Considerando che occasione non ultima a tanto male ha dato il difettoso ordinamento della cura parrocchiale, la stessa Santità Sua, di *moto proprio* e nella pienezza del potere apostolico, derogando, se ed in quanto ve ne fosse bisogno, agli statuti, usi, privilegi o diritti che potessero esistere in contrario, in vista dei supremo bene della salute delle anime, prescrive e stabilisce fin d'ora, che la città di Galatina sia divisa in tre parrocchie nelle condizioni e nei modi che con separate lettere saranno indicati al Rmo Arcivescovo e che renderanno più agevole ed attiva l'assistenza spirituale dei fedeli.

Confida il Sommo Pontefice che da tanto male il Signore nella sua misericordia ritragga un bene prezioso, F accrescimento cioè per tutti della fede e della pietà, una più perfetta osservanza della vita cristiana, una virtuosa concordia di animi.

Ed in questa speranza e con questo augurio imparte al clero ed al popolo di Galatina, auspice delle divine grazie, l'apostolica benedizione.

Dato a Roma dalla sacra Congregazione Concistoriale, li 12 gennaio 1914.

f G. CARD. DE LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

L. ffi S.

S. Tecchi, *Assessore.*

# S. CONGREGATIO CONCILII

## BURGÏ S. SEPULCHRI ET ALIARUM

### MISSAE PRO POPULO ET SERVITII CHORALIS.

De translatione festorum dierum statuta Motu proprio « Supremi Disciplinae» d. d.'2 iulii 1911, a sacra Congregatione Concilii quaesitum fuit:

1) An quando festum aliquod suppressum incidat in diem Dominicam, aut impeditam festo maioris ritus, curam animarum gerentes teneantur applicare missam pro populo, die in quam idem festum transfertur ?

2) An quando festum aliquod transfertur, quoad officium et missam tamquam in sedem propriam, in aliam diem, in ecclesiis in quibus servitium chorale alternis hebdomadis praestatur, obligatio chori *communis,* et distributiones, si quae pro eo festo sint, pariter transferantur in eamdem diem?

Et in plenariis comitiis, diei *i%* loco diei 13, decembris 1913, Emi Patres respondendum censuerunt:

Ad I Negative.

Ad II Negative, nisi, quoad distributiones, obstet expressa fundatorum voluntas, statutum particulare, aut legitima consuetudo.

Hisce autem relatis Ssmo Domino nostro Pio PP. X, in audientia habita ab infrascripto S. C. Secretario, die 15 eiusdem mensis et anni. Sanctitas Sua sententiam Emorum Patrum in omnibus approbavit.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L.©S.

O. Giorgi, *Secretarius.*

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## NOMINATIO EPISCOPI.

Brevi apostolico nominatus est:

19 decembris 1913. — *Episcopus titularis ecclesiae Paralaidensis* R. P. D. Ioannes Maria Barthe, antistes dimissionarius Trichinopolitanus.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## ADDITIONES ET VARIATIONES IN MARTYROLOGIO ROMANO.

*Inter elogia Festorum mobilium, quae in titulo* « Rubricae Martyrologii » *inscribuntur, sequentes variationes inducendae sunt:*

1. *Ante elogium* Festum sanctissimi Nominis Jesu *ponatur:*

Sabbato ante Dominicam, quae occurrere potest a die 2 ad 5 Januarii inclusive, et, ea deficiente, die 1 Januarii.

2. *Ante elogium* Solemnitas sancti Joseph, etc., *ponatur:*

Feria tertia ante Dominicam tertiam post Pascha.

3. *Ante elogium* Octava Solemnitatis sancti Joseph, etc., *ponatur:*

Feria tertia ante Dominicam quartam post Pascha.

4. *Feria IV post Octavam Pentecostes sequens inscribatur elogium:*

Festum sanctissimi Corporis Christi.

5. *Deinde ponatur:*

Feria quarta infra Octavam sanctissimi Corporis Christi. Octava sanctissimi Corporis Christi.

6. *Ante elogium* Festum sacratissimi Cordis Jesu, *ponatur:*

Feria quinta in Octava sanctissimi Corporis Christi.

7. *Supprimantur singula elogia a Feria sexta post Dominicam tertiam Junii usque ad finem tituli.*

*
* *

*In titulo* Lectiones Propriae de Tempore *sequentes fiant variationes:*

1. *Tertia Lectio sic inscribatur:*

In die Nativitatis Domini et per Octavam, Lectio.

2. *Quarta Lectio inscribatur :*

In Festo- saricti Stephani Protomartyris et in die Octava, Lectio.

3. *Quinta Lectio inscribatur:*

In Festo 'sancti Joannis Evangelistae et in die Octava, Lectio.

4. *Sexta Lectio inscribatur:*

In Festo sanctorum Innocentium et in die Octava, Lectio.

5. *Septima Lectio inscribatur:*

Dominica infra Octavam Nativitatis Domini et in Vigilia Epiphaniae, Lectio.

6. *Octava Lectio supprimatur, et eius loco ponatur cum sua Rubrica Lectio de Festo sanctissimi Nominis Jesu, quae nunc habetur tertio loco inter Lectiones proprias in Festis per annum.*

7. *Ultimae duae Lectiones sic respective inscribantur:*

in Festo sanctissimi Corporis Christi, et per Octavam, Lectio.

Dominica infra Octavam sanctissimi Corporis Christi, Lectio.

*
* *

*In titulo* Lectiones propriae in Festis per annum *sequentes fiant variationes :*

1. *Tertia Lectio supprimatur.*

2. *Pro inscriptione* In Commemoratione solemni sancti Joseph, Sponsi beatae Mariae Virginis, Lectio, *ponatur:*

la Festo sancti Joseph, Sponsi beatae Mariae Virginis, Lectio.

3. *Pro inscriptione* In Festo sancti Laurentii et per Octavam, Lectio *ponatur :*

*In* Festo sancti Laurentii et in die Octava, Lectio.

4. *Pro inscriptione* In Solemnitate sanctissimi Rosarii beatae Mariae Virginis, Lectio, *ponatur:*

In Festo sanctissimi Rosarii beatae Mariae Virginis, Lectio.

*
* *

*In corpore Martyrologii sequentes fiant variationes:*

1. Die 19 Januarii - *Elogium sancti Canuti ponatur secundo loco, praemisso verbo* Item.

2. Die 19 Martii - *Primo loco ponatur :*

In Judaéa natalis sancti Joseph, Sponsi beatae Mariae Virginis, Confessoris.

3. Die 20 Martii - *In elogio S. Joachim ponatur:*

— cujus festum agitur decimoséptimo Kalendas Septembris.

4. Die 23 Junii - *Primo loco ponatur:*

Vigilia sancti Joannis Baptistae.

5. Die 24 Junii - *In elogio S. Joannis Baptistae supprimantur verba:* cujus Festum, etc., *usque ad finem.*

6. Die 1 Julii - *Primo loco ponatur :* Octava sancti Joannis Baptistae.

*Secundo loco ponatur :* Festum pretiosissimi Sanguinis Domini nostri Jesu Christi.

7. Die 15 Augusti - *In elogio S. Hyacinthi ultima verba sic edantur :* ... ejus autem Festum sextodécimo Kalendas Septembris celebratur.

8. Die 16 Augusti - *Primo loco ponatur :*

Sancti Joachim Patris beatissimae Virginis Genitricis Dei Mariae, cujus natalis dies refertur tertiodecimo Kalendas Aprilis.

*Deinde supprimatur elogium S, Hyacinthi.*

9. Die 17 Augusti - *Secundo loco ponatur:*

Sancti Hyacinthi Confessoris Ordinis Praedicatorum, qui decimooctávo Kalendas Septembris obdormivit in Dómino.

10. Die 23 Augusti - *Supprimatur Rubrica:* Romae et aliquibus in locis, *etc.*

11. Die 24 Augusti - *Supprimatur Rubrica :* Romae et aliquibus in locis, *etc., cum sequenti indicatione Vigiliae.*

12. Die 25 Augusti - *Supprimatur Rubrica:* Romae et aliquibus, *etc.*

13. Die 15 Septembris - *Secundo loco ponatur:*

Festum septem Dolorum beatissimae Virginis Mariae.

14. Die 7 Octobris - *Primo loco ponatur:*

Festum sanctissimi Rosarii beatae Mariae Virginis et commemoratio sanctae Mariae de Victoria, quam beatus Pius Quintus Pontifex Maximus, ob insignem victoriam a christianis bello navali, ejúsdem Dei Genitricis auxilio, hac ipsa die de Turcis reportátam, quotannis fieri instituit.

*Et supprimatur penultimum elogium, quod incipit:* Eodem die, *etc.*

## DECRETUM.

Ssmus Dominus noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali sacrae Rituum Congregationi Praefecto, additiones et variationes superius expositas et ad normam recentiorum Apostolicae Sedis decretorum redactas adprobare dignatus est atque in novis editionibus Martyrologii Romani suis locis inserendas suprema Sua auctoritate mandavit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 26 novembris 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

# SACRA ROMANA ROTA

*In S. R. Rota, anno 1913, actae sunt* sub secreto *sequentes causae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva in sequentem modum:*

I. MINIATBN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. F. Cattani, *Ponens,* A. Perathoner et I. Alberti, Auditores de Turno, die 8 ianuarii, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio, et habita est sententia die 22 decembris hoc anno.

II. . . . . - *Proprietatis.*

Propositis dubiis : 1) *An domus N. haberi debeat uti vera et propria fundatio, eademque independens a Communitate in casu;* 2) *Cuinam competat proprietas aedium solique adiacenlis ubi degunt Sorores Benedictinae in casu,* RR. PP. DD. M. Lega, Decanus, *Ponens,* A. Perathoner et P. Rossetti, Auditores de Turno, die 6 februarii, respondendum censuerunt: Ad primum dubium: *Domum N. esse veram et propriam fundationem, eamdemque ius habere ut ei a competenti auctoritate, ad tramitem Constitutionum, decernatur independentia.* Ad secundum: *Ad Sorores Benedictinas pertinet dominium dumtaxat utile tum aedium tum alicuius partis soli adiacentis, determinandae eum in finem ut ipsae aedes suo viridario instructae sint, sub lege ut annuus canon directario solvatur iuxta modum in decisionejexplicandum. De determinanda tum parte soli adiacentis domui attribuenda, tum mensura annui canonis, agetur in separata iudicii sede.*

III. PAMPILONEN. - *Iurisdictionis Parochialis.*

Proposito dubio : *An Sententia Rotalis diei 14 maii 1912 sit confirmanda vel infirmanda in casu,* RR. PP. DD. A. Sincero, *Ponens,* 1. Mori et F. Cattani, Auditores de Turno, die il februarii, respondendum censuerunt: *Ad primam partem negative. Ad secundam partem affirmative,* seu *Sententiam Rotalem esse infirmandam.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

IV. IANUEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. M. Lega, Decanus, *Ponens,* G. Sebastianeiii et I. Alberti, Auditores de Turno, die 18 februarii, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

V. MEDIOLANEN. - *Crediti.*

Proposito dubio: *An NN. debeat solvere Domino B. libellas X. cum usuris, nec non satisfacere quantum adhuc creditoribus debeatur ratione gestionis Oratorii in casu,* RR. PP. DD. I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, Auditores de Turno, die 20 februarii, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

VI. DÜNNEN, ET CONNOREN. - *Diffamationis.*

Propositis dubiis: 1) *An constet de nullitate sententiae vel decreti diei 12 sept. 1911 quo NN. condemnatur in expensas pro indemnitate testium, absoluto P. a criminibus ei impactis in casu,* 2) *An sustineatur condemnatio ipsius NN. in praedictas expensas in casu,* 3) *An sustineatur decretum suspensionis latum contra eumdem NN. die 12 sept. 1911 in casu;* RR. PP. DD. M. Lega, Decanus, *Ponens,* I. Alberti et P. Rossetti, Auditores de Turno, die 8 martii, respondendum censuerunt: Ad primum, *Negative;* ad secundum, *Affirmative;* ad tertium, *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio, et admissa super 3° tantum dubio.

VII. MASSILIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu ;* RR. PP. DD. T. Prior, *Ponens,* A. Sincero et 1. Mori, Auditores de Turno, die 8 martii, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

VIII. VARSAVIEN. - *Separationis.*

Propositis dubiis: 1) *An constet de legitimis causis separationis in casu ;* et quatenus affirmative : 2) *Cuiusnam culpa separationi locus est in casu :* RR. PP. DD. A. Perathoner, *Ponens,* I. Alberti et P. Rossetti, die 17 martii, respondendum censuerunt: Ad primum dubium, *Affirmative,* seu *Constare de legitima separationis causa ad tempus indefinitum iuxta uxoris instantiam;* ad secundum, *Culpa viri.*

IX. S. IOSEPHI IN AMERICA. - *Remotionis et poenarum.*

Propositis dubiis: 1) *An constet de nullitate sententiae diei 7 apr. 1910 in casu ?* Et quatenus negative 2) *An suspensio aliaeque poenae inflictae*

*Domino NN. sustineantur in casu,* RR. PP. DD. I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, Auditores de Turno, die 17 aprilis, respondendum censuerunt: Ad primum *Negative;* ad secundum, *Non constare de nullitate sententiae diei 7 apr.. 1910 in casu.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

X. MEDIOBURGEN. - *Privationis.*

Propositis dubiis: 1) *An constet NN. ebrium fuisse, seu nimio potu alcoholico maduisse, dum missam celebrabat die . . .;* 2) *An constet in feriis hebdomadis missam haud celebrari diebus statutis, vel etiam raro in hisve feriis celebrari; An constet obstacula haberi quominus fideles sacra Sinaxi quotidie reficiantur ex eo quod NN. horas pro S. Eucharistia administranda non servai;* 3) *An constet tamquam factum pluribus notum NN. postquam ad oppidum X. advenerit, ex nimio potu alcoholico fuisse ebrium;* 4) *An constet eum vita et conversatione scandalum dedisse populo, prout saepe relatum fuit Ordinario:* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et 1. Mori, Auditores de Turno, die 24 aprilis, respondendum censuerunt: *Affirmative in omnibus": poenam vero privationis temperandam esse sequenti modo. Sac. NN. exercitia spiritualia, per decem dies, peragere debet, loco et tempore ab Episcopo designandis; ad munus coadiutoris in aliqua missione dioecesis per biennium exercendum ab Ordinario deputetur; quo biennio expleto, si laudabiliter servitium praestiterit, promovendus iterum erit ab Ordinario ad rectoratum alicuius missionis (etiam inferioris gradus quam missio X, si Ordinario visum fuerit), quando missionem huiusmodi vacare contigerit.*

XI. TREVIREN. - *Diffamationis.*

Proposito dubio: *Utrum sententia Curiae NN. quoad recusationem probationum factam ab Episcopo confirmanda sit an reformanda in casu,* RR. PP. DD. F. Heiner, *Ponens,* I. Prior et A. Sincero, Auditores de Turno, die 14 maii, respondendum censuerunt: *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam partem,* seu *Sententiam Curiae NN., quoad recusationem probationum ab Episcopo factam, esse reformandam.*

Adversus sententiam interposita est appellatio, et habita est sententia die 12 dec. 1913.

XII. MASSILIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. M. Lega, Decanus, I. Mori et F. Cattani, *Ponens,* Auditores de Turno, die 26 maii, respondendum censuerunt: *Negative.*

XIII. TURONEN. - *Solutionis.*

Proposito dubio : *An et qua mensura NN. parochus oppidi X. teneatur ad redintegrandam dotem piarum fundationum in casu, RR.* PP. DD. S. Many, *Ponens,* F. Heiner et I. Prior, Auditores de Turno, die 27 maii, respondendum censuerunt : *Rev. NN. teneri ad redintegrandam integram dotem piorum operum paroeciae X., hunc tamen absolventes a solutione foeneris, quod aliunde pro annis praeteritis solvere deberet pro summa adhuc restituenda.*

XIV. PLATIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, Auditores de Turno, die 5 iunii, respondendum censuerunt : *Affirmative* seu *Constare de matrimonii nullitate in casu.*

XV. MONTISVIDEI. - *Iurium in pia causa.*

Proposito dubio: *An et quaenam iura et quonam titulo competant Congregationi NN, vel Riho Administratori in fundo X. in casu, RR.* PP, DD. A. Perathoner, *Ponens,* I, Alberti et P. Rossetti, Auditores de Turno, die 14 iunii, respondendum censuerunt: 1) *NN. praedii X. non habent proprietatem sed nudam administrationem pro pia causa ex conventione;* 2) *Archiepiscopo competit amplissimum ius vigilandi et exigendi rationes administrationis ad tramitem C. Trident., cc. 8 et 9, •sess. XXII, de ref. et Constit.* Conditae a Christo, c. *11, n. 9.*

XVI. MEDIOBÜRGEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, Auditores de Turno, die 2 iulii, respondendum censuerunt: *Negative* seu *Non constare de nullitate matrimonii in casu.*

XVII. IANUEN. - *Remotionis et refectionis damnorum.*

Proposito dubio : *An sententia Rotalis diei 1 februarii 1912 vel potius sententia Rotalis diei 13 augusti 1912 sit confirmanda vel infirmanda in casu,* RR. PP. DD. M. Lega, Decanus, *Ponens,* G. Sebastianeiii et P. Rossetti, Auditores de Turno, die 14 iulii, respondendum censuerunt: *Reiectis querelis seu exceptionibus incidentaliter propositis et quacumque praeiudiciali petitione aeque reiecta, infirmandam esse sententiam diei 1 februarii 1912, confirmandam vero esse sententiam diei 13 augusti 1912.*

XVIII. LEONEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. A. Perathoner, *Ponens,* I. Alberti et P. Rossetti, Auditores de Turno, die 19 iulii, respondendum censuerunt: *Affirmative* seu *Constare de matrimonii nullitate in casu.*

XIX. AGRIGENTINA seu MONTIS REGALIS. - *Damnorum.*

Proposito dubio : *An parochus NN. et Ordo teneantur ad damna resarcienda ob factum celebrati matrimonii a Domino PP. cum Domina 00. coram eodem Parocho NN. non obstante sententia Botali in casu?* RR. PP. DD. A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et F. Cattani, Auditores de Turno, die 26 iulii, respondendum censuerunt : *Affirmative* seu *Parochum NN et Ordinem teneri ad damna resarcienda ob factum celebrati matrimonii a Domino PP. cum Domina 00. coram eodem parocho NN., non obstante sententia Botali.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XX. LYGIEN. - *Impedimenti et damnorum.*

Proposito dubio : *An constet de impedimento et locus sit refectioni damnorum in casu,* RR. PP. DD. A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et F. Cattani, Auditores de Turno, die 1 augusti, respondendum censuerunt : *Negative.*

Adversus sententiam recursus interpositus est apud Signaturam Apostolicam.

XXI. BITURICEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An sententia Botalis diei 23 maii 1912 sit confirmanda vel infirmanda in casu,* RR. PP. DD. M. Lega, Decanus, *Ponens,* G. Sebastianeiii et P. Rossetti, Auditores de Turno, die 1 augusti, respondendum censuerunt: *Sententiam Rotalem esse confirmandam.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XXII. IMOLEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. A. Perathoner, *Ponens,* I. Alberti et P. Rossetti, Auditores de Turno, die 2 augusti, respondendum censuerunt: *Affirmative* seu *constare de nullitate matrimonii in casu.*

XXIII. CEPHALUDEN. - *Pensionis.*

Proposito dubio: 1) *An et in quanam mensura Actor NN. ius* ***habeat*** *ad pensionem quam in actu renunciationis sibi reservavit idem NN., uti in decreto S. C. Concilii in casu;* 2) *An non obstante decreto acceptionis factae renunciationis, NN una cum XX. teneatur solvere titulo vel*

*restitutionis vel refectionis damnorum certam summam in casu,* RR. PP. DD. M. Lega, Decanus, *Ponens,* A. Perathoner et i. Alberti, Auditores de Turno, die 5 augusti, respondendum censuerunt: Ad primum, *Negative* seu *Pensionem non deberi;* ad secundum, *Ex deductis non satis constare an adversus reconventos ius competat repetendi certam summam.*

XXTV. ROMANA seu SALERNITANA. - *Refectionis damnorum.*

Propositis dubiis: 1) *An sustineatur decretum Rotale incidentale in casu;* 2) Quatenus affirmative ad primum, *An confirmanda vel infirmanda sit sententia Rotalis eiusdem in casu;* et quatenus negative ad primum, et quatenus inde sequatur nullitas praedictae sententiae, 3) *An constet de iure,* etc.; RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* I. Prior et F. Heiner, Auditores de Turno, die 5 augusti, respondendum censuerunt: Ad primum, *Affirmative;* ad secundum, *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam partem,* seu *confirmandam esse sententiam Rotalem* ad tertium *provisum in superioribus.*

XXV. STANISLAOPOLITANA. - *Privationis paroeciae et exercitiorum spiritualium.*

Propositis dubiis: 1) *An constet de nullitate utriusque sententiae in casu,* 2) *An constet de causis canonicis poenarum statutarum in prima et secunda instantia in casu,* 3) *An et quomodo ius competat sacerdoti NN. ad damnorum refectionem in casu;* RR. PP. DD. M. Lega, Decanus, *Ponens,* F. Cattani et P. Rossetti, Auditores de Turno, die 7 augusti, respondendum censuerunt: Ad primum, *Negative;* ad secundum, *Constare de crimine concubinatus ad mentem C. T., sess. 21, cap. 6,* de Ref., *et sess. 25, cap. 14,* de Ref., *et hinc NN. damnatur in privationem paroeciae iuxta modum in decisione declaratum :* ad tertium, *Negative seu provisum in II.*

XXVI. MASSILIEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* F. Heiner et I. Prior, Auditores de Turno, die 11 augusti, respondendum censuerunt: *Negative,* seu *non constare de nullitate matrimonii in casu.*

XXVII. TREVIREN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* F. Heiner et I. Prior, Auditores de Turno, die 16 augusti, respondendum censuerunt : *Affirmative.*

XXVIII. TREVIRBN. - *Diffamationis.*

Proposito dubio : *An sententia Rotalis diei lá maii 1913 sit confirmanda vel infirmanda in casu,* RR. PP. DD. M. Lega, Decanus, *Ponens,* G. Sebastianeiii et S. Many, Auditores de Turno, die 12 decembris, respondendum censuerunt : *Sententiam esse confirmandam et iuxta modum.*

XXIX. CAMERACEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. F. Cattani, *Ponens,* A. Perathoner et I. Alberti, die 18 decembris, respondendum censuerunt; *Affirmative.*

XXX. MINIATEN. - *Nullitatis matrimonii.*

Proposito dubio: *An sententia Rotalis diei 8 ianuarii 1913 sit confirmanda vel infirmanda in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, respondendum censuerunt: *In firmandam esse sententiam Rotalem.*

Ex Cancelleria S. R. Rotae, die 15 ianuarii 1914.

L. >B S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

# SIGNATURA APOSTOLICA

## SEGUSINA.

IURIUM SIVE NULLITATIS SENTENTIAE ROTALIS.

### DECRETUM.

In ordinario Coetu seu Congressu habito die 1 m. decembris 1913 inter Emum ac Rmum P. D. Vincentium card. Vannutelli, supremi huius Tribunalis Praefectum et infrascriptum a Secretis, propositum fuit dubium, utrum ad plenariae Emorum Patrum sessionis iudicium admittendus nec ne esset recursus interpositus a r. d. Petro Viglione, rectore ven. ecclesiae vulgo *dei Suffragio,* in civitate Segusina, contra rotalem sententiam editam die 12 iulii 1913, per quam definitive decernebatur, *constare de consuetudine legitime praescripta, qua vetitus est cantus missarum adventiciarum in ecclesiis non parochialibus sine parochi venia tam in civitate quam in dioecesi Segusina in casu;* ut scilicet ipsa rotalis sententia nulla declararetur, quippe quae, quum huiusmodi causa delata

fuisset ad S. Rotae Tribunal post supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis iudicium de restitutione in integrum, iuxta can. 41 Legis Propriae non a « turno sequenti », at « videntibus omnibus Auditoribus » pronuncian debuisset.

Revera, in can. 41 Legis Propriae, ubi agitur de expostulatione *pro restitutione in integrum* adversus rotalem sententiam quae in rem iudicatam transierit, statuitur adamussim ut, concessa semel ab Apostolica Signatura in integrum restitutione, res ad ipsam sacram Rotam redeat, quae iudicet *videntibus omnibus.*

Vicissim in casu de quo agitur, post supremi Tribunalis responsum, quo restitutio in integrum concessa fuit, sacrae Rotae Iudices non collegialiter omnes; sed re, tertia iam vice, Turno de more commissa, tres tantummodo Auditores ad iudicandum sunt constituti.

Quid involuntariae huic in Legem offensioni occasionem praebuerit, non est hic inquirere. Unum ultro fatendum: exceptionem, nempe contra Tribunal iudicans sine dubio exinde exoriri. Videndum tamen remanet quaenam huic exceptioni iuridica virtus sit tribuenda.

Porro, tum ex communibus iuris principiis, tum vel ex ipso Art. 6 Regularum huius supremi Tribunalis facile agnoscitur, exceptiones Tribunal iudicans respicientes suam non exercere vim, nisi quum initio iudicii proponantur; sero autem ac inutiliter eas proferri, quum partes apud ipsum Tribunal iam de causa egerant, suasque defensiones coram ipso sistentes attulerant. Tunc enim facto ipso proprio ostenderunt se Tribunalis constitutionem ultro suscepisse, atque ita sibimet ius ademerunt quamlibet ex hoc capite querelam deinceps movendi. Quod quidem multo magis urgendum contra eam contendentem partem, quae, prouti in casu, tunc solummodo de huius generis exceptione producendi meminit, quum sententiam sibi contrariam a Tribunali latam rescivit.

In eo igitur sumus, ut si exceptio de qua agitur tempore utili producta fuisset, iudicii circumscriptionem sine dubio obtinuisset, ad tramitem art. 6 supra citati: non ita vero quum, e contra, pars a causa deiecta solum post latam sibi adversam sententiam de recursu producendo cogitavit. Illi enim iam non amplius ius suffragatur. Ambae, quin imo, partes, hoc in casu, quum penes Turnum ultro de causa egerint, hoc ipso renuntiasse censendae sunt solemniori illi Tribunalis constitutioni, quae, in earumdem favorem citra nullitatis sanctionem, in can. 41 Legis Propriae inscripta reperitur.

Quibus omnibus perpensis, recursus reiectus est, utpote sententiam ipsam non attingens atque exceptione innixus contra Tribunalis constitutionem tarde producta.

Emus igitur et Rmus P. D. card. Vincentius Vannutelli huius supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis Praefectus ita statui praecepit, prouti in supra memorato Congressu animadversum et conclusum est; et consequenter decretum hoc, quo recursus in casu utpote fundamento boni iuris carens, iuxta can. 40 Legis Propriae *a limine reiicitur,* confici et expediri iussit, cum omnibus solemnitatibus et clausis, quae sunt de iure, et ad *Legis Propriae* normam requiruntur.

Datum Romae ex aedibus S. T., die 9 mensis decembris 1913.

L. £g S. Nicolaus Marini, *a Secretis.*

iosephus adv. Fornari, *S. 1. A.*

# SECRETARIA STATUS

## EPISTOLA.

AD PERILLUSTREM VIRUM IOSEPHUM DALLA TORRE, COMITEM, DE RELATIONE SOCIETATIS QUAE VULGO NUNCUPATUR « UNIONE POPOLARE FRA I CATTOLICI D'ITALIA ».

Illmo Signor Conte,

Ho ricevuto la Relazione morale e finanziaria dell'Unione Popolare, per l'anno 1912-1913, e non ho mancato di farne oggetto di rapporto al Santo Padre, Pio X. L'augusto Pontefice è stato ben lieto di rilevare il progressivo incremento dell'Unione, dovuto, non vi ha dubbio, all'instancabile ed illuminata operosità del nuovo suo Presidente, al quale, insieme all'apostolica benedizione, invia, per mio mezzo, l'augurio che, mercè il favore sempre crescente dei vescovi e dei parroci, la di lui opera, ispirata alle norme pontifìcie, valga ad infondere nell'Unione stessa una sempre più rigogliosa vitalità ed a formarne quel grande centro di ben diretta e feconda azione cattolica, che è nei comuni desideri.

Con sensi della più distinta stima passo al piacere di raffermarmi

Di V. S. Illma

Roma, li 30 novembre 1913.

Affino per servirla

R. CARD. MERRY DEL VAL.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO.

### NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*1 gennaio 1914.* — L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore della Congregazione delle Suore Bernardine di Esquermes di Ollignies, nella diocesi di Tournai e delle Suore della sacra Famiglia.*

*2 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, *Segretario della suprema sacra Congregazione del S. Uffizio.*

— Gli Emi signori cardinali Giovan Battista Lugari e Ludovico Billot, *Membri della stessa suprema sacra Congregazione.*

— L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Gran Priore dell' Ordine sovrano di Malta.*

*3 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, *Bibliotecario di santa Romana Chiesa.*

*5 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Serafino Vannutelli, *Protettore dell'almo Collegio Capranica.*

*9 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Pietro Gasparri, *Protettore della Congregazione dei Salesiani del ven. Dow Bosco e dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.*

*12 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Raffaele Merry del Val, *Arciprete della patriarcale Basilica Vaticana e Prefetto della sacra Congregazione della Fabbrica di S. Pietro.*

*13 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Presidente della pontificia Commissione per gli Studi Biblici.*

— L'Emo signor cardinale Benedetto Lorenzelli, *Membro della stessa Commissione pontificia.*

— L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore dell'Associazione italiana di santa Cecilia e della Scuola superiore di musica sacra m Roma,*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Assistenti al Soglio Pontificio:*

*4 dicembre 1913.* — Mons. Giovanni Battista Castro, arcìv. di Caracas.

*10 dicembre.* — Mons. Giuseppe Raimondo Ibarra y Gonzalez, arcivescovo di Puebla de los Angeles.

*Protonotarii Apostolici* ad instar participantium:

*2 dicembre 1913.* — Mons. Francesco Martino Schindler, consigliere episcopale ed aulico, dell'archidiocesi di Vienna.

*17 dicembre.* — Mons. Giuseppe Cignetti, arciprete della cattedrale e vicario generale della diocesi di Ivrea.

— Mons. Leopoldo Bufalini, arcidiacono della metropolitana di Siena.

*20 dicembre.* — Mons. prof. Enrico Salvadori, di Roma.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*2 dicembre 1913.* — Mons. prof. Giuseppe Pohle e Mons. arcidiacono Edoardo Rimmel, della diocesi di Breslavia.

*5 dicembre.* — Mons. Sante Tampieri, sotto-segretario della S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.

— Mons. Clemente Rolando, arcidiacono della cattedrale di Albenga e Mons. Giacomo Durante, arciprete parroco della stessa cattedrale.

*6 dicembre.* — Mons. Giorgio Kummer, del vicariato apostolico di Sassonia.

*16 dicembre.* — Mons. Giuseppe Broadhead, della diocesi di Hexham.

— Mons. prof. Giorgio Peli, della diocesi di Passavia.

— Mons. Domenico can. Colacchio, vicario generale della diocesi di Boiano.

*17 dicembre.* — Mons. Giovanni Battista Clerico, arcidiacono della cattedrale d'Ivrea.

*20 dicembre.* — Mons. Giuseppe Pozsgay, canonico della cattedrale di Cinque Chiese.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*6 dicembre 1913.* — Al sig. comm. Carlo Jacquier, dell'archid, di Lione.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*3 dicembre 1913.* — Al sig. cav. Paolo Delemer, della diocesi di Lilla.

*6 dicembre.* — Al sig. Alessandro Poidebard, dell" archidiocesi di Lione.

— Al sig. cav. Augusto Rivet, della medesima archidiocesi.

*11 dicembre 1913.* — Al sig. Ladislao Martino Wrabec, di Leopoli.

*19 dicembre.* — Al sig. Vittorio Taunay, presidente della Corporazione dei pubblicisti cristiani a Parigi, ed al sig. Francesco Veuillot, segretario della medesima.

*21 dicembre.* — Al sig. dott. Ermanno de Schlechtendal, dell'archidiocesi di Colonia.

— Al sig. prof. Ermanno Board, dell'archidiocesi di Colonia.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:*

*16 dicembre 1913.* — Al sig. colonnello Giovanni Ferreira de Freitas, dell'archidiocesi di Marianna.

*La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa:*

*16 dicembre 1913.* — Al sig. prof. avv. Giuseppe Biroccini, di Roma.

— Al sig. cav. ing. Ettore Bonoli, di Roma.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*6 dicembre 1913.* — Ai signori prof. Emanuele Voron, prof. Antonio Chassy, Antonio Vignon, Vittore Court, Antonio Debilly-Brossette ed Eugenio Paret, dell'archidiocesi di Lione.

*7 dicembre.* — Al sig. Giovanni de Viam, domiciliato nella diocesi di Bois-le-Duc.

*11 dicembre.* — Al sig. Giacomo Shevlin, di Brooklin.

*12 dicembre.* — Al sig. Antonio Solari, dell' archidiocesi di Buenos Aires.

*18 dicembre.* — Al sig. Carlo Guglielmo Hamilton, di Omaha (St. U. d'A.).

*30 dicembre.* — Ai sig. Edoardo Le Guen, della diocesi di Quimper.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*30 dicembre 1913.* — Al sig. Andrea Joyault de Couesnongle, della diocesi di Quimper.

## NECROLOGIO.

*Gennaio 1914.* — Mons. Everardo Illigens, vescovo tit. di Germaniciana.

— Mons. Giovanni Antonio Ruano Martin, vescovo di Lérida.

— Mons. Carlo Mola, vescovo titolare di Sasima.

— Mons. Giovanni Maria Diamare, vescovo di Sessa Aurunca.

— Mons. Giuseppe Izzo, vescovo di Cava e Sarno.

Annus VI. - Vol. VI. Die 7 Februarii 1914, Num. 2.

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. X

## MOTU PROPRIO.

DE ABOLENDIS COMMISSIONIBUS S. RITUUM CONGR. ADIUNCTIS ET DE NOVO ORDINE CONSULTORUM PRO RE LITURGICA INSTITUENDO.

PIUS PP. X

Quanta semper cura Decessores Nostri advigilaverint, ut ea qua par est pietate, religione et magnificentia coleretur Deus atque laudaretur in Sanctis suis, facile deprehendat quisquis reputet quae tempia ab ipsis excitata fuerint, quae leges ad sacra facienda sancitae, qui denique ritus divinorum officiorum pro diversitate temporum praescripti. Quae ut integra manerent, vel sapienter et sancte temperarentur f. r. Sixtus V Apostolica Constitutione « *Immensa* » sacrorum Rituum Congregationem instituit, cui duplex praecipue demandavit munus, videndi statuendiquë de iis, quae ad sacros ritus latinae Ecclesiae spectant, et curandi quae ad beatificationem et canonizationem Sanctorum referuntur. Quae omnia Nosmet ipsi in Constitutione Nostra « *Sapienti consilio* » oonfirmavimuis.

Quo autem facilius utriusque generis negotia expedirentur, et Consultorum inductus est ordo, praelatorum nempe et theologorum, qui praecipue in singulis causis beatificationis et cano-

nizationis suffragium ferrent super virtutibus, martyrio et miraculis Servorum Dei; et asciti sunt caerimoniarum magistri, a quibus sententia exquireretur de iis quae sacros ritus et caerimonias attingunt. Verum exortis quaestionibus et gravibus et arduis circa veteres Ecclesiae ritus et normas a patribus traditas, quibus et divina officia ordinanda sunt et concentus sacer regendus, itemque circa historias Sanctorum, cum caerimoniarum magistri ad omnia haud sufficerent, res ipsa postulavit, ut viri cionsulerentur rei liturgicae et christianae antiquitatis specialiter periti: quo factum est ut tres peculiares *Commissiones* sacrae Congregationi Rituum adiunctam sint, liturgica, historico-liturgica et pro sacro concentu, - de quibus in commemorata modo Constitutione mentionem fecimus - quae tamen essent tamquam externa instrumenta ad investigationem veri, non ipsius Congregationis membra; cum harum commissionum participes numquam in consultorum numerum relati sint. Quod si ad tempus hunc commissionum statum retineri placuit, iam integritas Congregationis exigit, ut illae funditus mutentur, atque ad ipsam roborandam expoliendamque Congregationem convertantur.

Quapropter, in consilium adhibitis aliquot S. R. C. Cardinalibus, nonnulla decernere visum est, quae nunc Motu-poroprio observanda statuimus, edicimus.

Sacrorum Rituum Congregationis Consultores in duas classes seu sectiones sint divisi, alii ad suffragium ferendum in causis beatificationis et canonizationis, alii pro rebus ad liturgiam et reliquias Sanctorum quoquo modo pertinentibus. Sed nihil prohibet, quominus unus idemque Consultor in utraque sectione numeretur. Erit autem Cardinalis Praefecti eos Nobis proponere ad munus Consultoris assumendos, qui non solum vitae honestate, sed ea quoque scientia sint instructi, ut idonei ad suffragium in quaestionibus sibi commissis recte ferendum videantur.

Igitur qui in primam sectionem ascribendi erunt, doctrina, integritate spectati atque aetate provecti homines intelligant

onus sibi demandari maximi momenti, in quo cauta diligentia ac magna maturitate procedendum est.

Ii vero qui in altera sectione erunt annumeranda pollere debent in primis scientia liturgiae, tum rerum affinium, ut historiae, hagiographiae, cantus ecclesiastici et aliarum huiusmodi. Cum autem difficile admodum sit plures invenire qui in omnibus his excellant, curandum erit, ut nonnulla saltem sint, qui in aliqua ex doctrinis liturgiae finitimis vere sint excellentes.

Itaque, cum ex una parte volumus ut ii omnes, qui in praesenti numerantur Consultores, in eodem munere perseverent et primae sectioni maneant adscripti, tum ex alia parte omnes et singulas Commissiones quae Congregationi sacrorum Rituum hucusque fuerunt adiectae, hoc Nostro Motu-Proprio supprimimus et omnino suppressas declaramus.

Dilecto autem Filio Nostro Cardinali huius S. Congregationis Praefecto in mandatis damus ut quamprimum Nobis viros proponat, qui secundum praescripta Nostra possint a Nobis assumi ad munus consultorum sectionis secundae.

Hanc vero Nostrae voluntatis declarationem volumus et iubemus futuris quoque temporibus religiosissime in omnibus et singulis servari, constitutionibus, ordinationibus apostolicis, privilegiis aliisque contrariis quibuscumque, etiam speciali atque individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVI ianuarii anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X

# EPISTOLAE.

## I.

AD R. D. AEMILIUM SIEBELINK, MODERATOREM GENERALEM FRATRUM N. D. A MISERICORDIA, SEPTUAGESIMO QUINTO AB EADEM INSTITUTA SODALITATE ANNO APPROPINQUANTE.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Impertiendi tibi uisque voluntatis Nostrae significationem iam pridem, dilecte Fili, insederat Nobis in animo consilium. Commendant enim Nobis Congregationem vestram cum proposita eidem christianae caritatis opera multiplicia, in primisque institutio iuvenilis, quae, aetate hac nostra, sollicitos, fere ubique, bonos omnes habet: tum etiam studium in iisdem persequendis a vobis laudabiliter positum. Acceptum a te nuper nuntium properantis septuagesimi quinti anniversarii ab eadem instituta Congregatione, Nos admonuit de consilii exsequendi opportunitate; eaque utimur libentissime ut vobis gratulemur ex animo perfunctos pro Ecclesia, pro civitate labores, caelestiaque precemur subsidia ad coepta optima urgenda contentione in dies maiore. Horum interea auspex apostolica sit benedictio, quam religiosae Familiae universae tibique in primis, dilecte Fili, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xv ianuarii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

## IL

AD R. D. P. EUGENIUM MEYER, MODERATOREM GENERALEM MISSIONARIORUM SSMI CORDIS IESU, QUINQUAGESIMO RECURRENTE ANNIVERSARIO EX QUO SODALITAS DOMINAE NOSTRAE A SACRO IESU CORDE CONDITA FUIT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Iucunda equidem recordatione Nos refers et ad conditam olim, Tarvisii, a Nobis Sodalitatem Dominae nostrae a sacro Iesu Corde et ad orationem qua populo eam commendavimus: testatamque tunc seriusque haud semel succrescenti operi benevolentiam libet nunc, anno vertente ab institutione

quinquagesimo, eidem iterare incrementis in Gallia et alibi passim, uti refers, aucto uberrimis. At vero non iteratae tantum benevolentiae hasce tibi litteras volumus esse testes, sed et petitae nuncias gratiae. Tuae enim, dilecte Fili, libenter concedentes postulationi, plenariae Indulgentiae in forma Ecclesiae consueta quater lucrandae per annum a die XXIX huius mensis decursurum, idque diebus a moderatore generali Sodalitatis et ab Ordinario loci dicendis, iis omnibus facimus facultatem qui Exolduni ac Romae aedem religiose adierint D. N. a sacro Corde Iesu dicatam, vel alibi Sodalitatis eiusdem, si quae exstent, oratoria. Valde utique velimus ut ex his beneficiis vis nova novusque ardor Institutum pervadat, reique optatissimae auspicem esse volumus imploratam a Nobis Patronae potentissimae opem et apostolicam benedictionem, quam omnibus qui Sodalitati adsciti sunt socii, tibique, dilecte Fili, nec non sacerdotibus tuae alumnis disciplinae, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xx ianuarii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PTUS PP. X

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## I.

## DECRETUM.

ERIGITUR NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LANG SON ET CAO BANG IN TON-KIN.

Quo spirituales fructus huc usque in Ton-kin regionibus ab alumnis Dominicianae ^provinciae Ssmi Rosarii insularum Philippinarum, tot inter angustias feliciter percepti, felicius quoque, Domino iuvante, augeantur in posterum, sacro huic Consilio Fidei Propagandae praeposito visum est opportunum novam illic erigere Missionem in eamque novos inducere sacros operarios ex eadem S. Patris Dominici Familia, qui et ipsi confratrum suorum operam aemulentur. Hac itaque super re cum mature actum fuerit in generali Congregatione habita die 15 ver-

tentis mensis, Emi ac Rmi Patres dividendas esse censuerunt a Vicariatu Apostolico Ton-kin septentrionalis civiles provincias *Lang Son et Cao Bang,* nec non sic dictas delegationes *Bao Lac, Quan Ba* et *Long Van* ad civilem provinciam *Ha Giang* pertinentes: ex his autem provinciis et regionibus efformandam esse pro nunc Praefecturam Apostolicam « de Lang Son et Gao Bang » nuncupandam, cuius spiritualem administrationem obtineant Patres Dominiciani provinciae Occitaniae immaculatae Conceptionis seu Lugdunensis.

Expositam vero Emorum Patrum sententiam Ssmus Dnus noster Pius div. prov. Pp. X in audientia concessa die 22 eiusdem mensis R. P. D. sacrae huius Congregationis Secretario in omnibus ratam habuit et confirmavit, ac praesens in re Decretum fieri iussit.

Datum Romae ex aedibus sacrae huius Congregationis de Propaganda Fide die 30 decembris, anno Domini 1913.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II.

NOMINATIONES.

Decretis sacrae Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt:

7 ianuarii 1914. - *Praefectus apostolicus novae praefecturae de Lang Son et Cao Bang,* R. P. Bertrandus Cothonay, Ordinis Fratrum Praedicatorum.

21 ianuarii. - *Praefectus apostolicus de Ubanghi-Chari,* R. P. Ioannes Renatus Calloch, ex Congregatione Sancti Spiritus et immaculati Cordis Mariae.

III.

CESSATIO AB OFFICIO.

Litteris diei 20 ianuarii 1911, a sacra Congregatione de Propaganda Fide recepta est renuntiatio R. P. Petri Cotel, ex Congregatione Sancti Spiritus et immaculati Cordis Mariae, ab officio praefecti apostolici de Ubanghi-Chari.

# S. CONGREGATIO INDICIS

## i.

## DECRETUM.

*Feria II, die 26 ianuarii 1914.*

Sacra Congregatio eminentissimorum ac reverendissimorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a sanctissimo Domino nostro Pio Papa X sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio Apostolico Vaticano die 26 ianuarii 1914, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

MAURICE MAETERLINCK, *Opera omnia.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die 17 ianuarii 1914.

FR. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. © S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

## IL

Karl Holzhey, Luigi Renzetti, Sebastian Merkle, Stephen Coubé Decretis huius S. Congregationis, quibus quidam eorum libri prohibiti et in Indicem librorum prohibitorum inserti sunt, se subiecerunt.

In quorum fidem, etc.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## BELLUNEN.

DE BAPTISMO DOMI G0LLAT0.

Proposito dubio a Rmo Ordinario Bellunensi « An Baptismus de « licentia Episcopi seu Ordinarii domi collatus, extra mortis periculum « et urgentem necessitatem, cum omnibus caeremoniis Ritualis Romani « sit administrandus », sacra Rituum Congregatio, audito Commissionis Liturgicae suffragio, respondendum censuit: *Affirmative.*

Atque ita rescripsit die 17 ianuarii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L.&S. '

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

# SACRA ROMANA ROTA

## SALUTIARUM.

IURIUM.

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno decimo, die 1 iulii 1913, BR. PP. DD. Seraphinus Many,* Ponens, *Franciscus Heiner et Ioannes Prior, Auditores de turno, in causa* Salutiarum - Iurium *inter Revmum* Capitulum Cathedrale Salutiarum, *repraesentatum per procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et Revmum* Iacobum Conte, *canonicum archipresbyterum, repraesentatum per procuratorem Revmum Aloisium Lavitrano, advocatum,* in gradu appellationis, ab eodem Rmo Capitulo contra sententiam Rotalem diei 2 septembris 1911 propositae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Anno Incarnationis Dominicae 1483, duodecimo kalendas februarii, cardinalis Dominicus della Rovere, episcopus Taurinensis, Sedis Apostolicae legatus in Sabaudia et nonnullis aliis provinciis, vi Bullae *Per*

*Immaculata,* ecclesiam parochialem sanctae Mariae Salutiis, tunc de dioecesi Taurinensi, auctoritate Apostolica erexit in Collegialem; quae Collegialis paulo post, scilicet anno 1511, erecta est in Cathedralem. Porro cura animarum, in Bulla *Per Immaculata,* demandata est Archipresbytero, quae erat quarta dignitas, nec principalis, et, post erectionem Collegialis in Cathedralem, facta est tertia dignitas. Decursu saeculorum, inter Capitulum et Archipresbyterum ortae sunt, circa curam animarum, plures controversiae; recentissime tandem, scilicet anno 1910, nova lis exorta est, quae, vi commissionis Pontificiae, definienda tradita est H. S. O. in quo, die 2 septembris anno 1911, prolata est sententia, qua ad quinque dubia proposita, RR. PP. DD. Auditores responderunt ut sequitur: *

1. *An, quibusque sub limitibus, curam animarum habitualis competat Capitulo, vel potius Archipresbytero in casu.* R. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

2. *An Archipresbytero, in casu, competat cura actualis universa, exclusive et independenter a Capitulo exercenda.* R. *Affirmative.*

3. *An Archipresbyter habendus sit verus parochus, et paroeciam exclusive a Capitulo repraesentare possit.* R. *Affirmative.*

4. *An et quomodo regimen ecclesiae cathedralis competat Capitulo, vel Archipresbytero in casu.* R. *Affirmative ad primam partem quoad functiones capitulares; affirmative ad secundam quoad functiones parochiales.*

5. *An Archipresbyter habeat ius residendi in domo ecclesiae cathedrali adiacenti, eamque domum ad usum habitationis aptandi suis sumptibus, et independenter a Capitulo.* R. *Affirmative, saltem ex aequitate, sub dependentia tamen Ordinarii, et refectis damnis, quae Capitulo obvenire possunt.*

A qua sententia cum Capitulum appellasset ad Turnum sequentem, concordatum est dubium more solito, his verbis: *An sententia Rotalis diei 2 septembris anni 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Ut autem hoc dubium pleae solvatur, de novo examinanda sunt quinque dubia in prima instantia discussa et resoluta.

DE PRIMO DUBIO.

*An, quibusque sub limitibus, cura animarum habitualis competat Capitulo, vel potius Archipresbytero in casu.*

Huic primo dubio Domini respondendum censuerunt: Ad primam partem: *Affirmative,* seu *curam habitualem competere Capitulo pure et simpliciter;* ad secundam partem: *Negative.*

Habitualis cura animarum, quatenus actuali opponitur, est illa quae penes rectorem principalem parochiae residet, quin illam exercere possit,

sed ab alio, qui solet ab ipso rectore principali deputari exercenda est. Verum, dempto exercitio curae, cetera iura parochialia v. g. administrandi reditus parochiae, tuendi fines eius et territorium, regendi ecclesiam, etc., remanent penes rectorem principalem; cf. Pichler, in tit. *De officio vicarii,* n. 15.

Sententia Rotalis appellata curam habitualem tribuit Archipresbytero, unico innixa argumento, quo *constare* iudicat ex terminis erectionis ecclesiae Collegialis talem curam eidem Archipresbytero competere. Cetera enim quae sub primo dubio discutiuntur, ad refellendas obiectiones directa sunt. Argumentum hoc unicum est huiusmodi. In instrumento erectionis, nulla facta mentione curae cuiuslibet animarum Capitulo assignatae, dicitur curam animarum imminere Archipresbytero (« cui immineat cura animarum »): sed haec formula, « cui immineat cura animarum » *ante Conc. Trident, necessario includebat* totam curam, quae nunc post dictum Concilium aliquando divisa reperitur in habitualem et actualem; et ratio est, quia ante Conc. Trident, distinctio illa inter curam habitualem et actualem, prout nunc applicatur in sensu decreti eiusdem Concilii, cap. 7, sess. 7, *De reform,* ecclesiis collegiatis, monasteriis, etc., *omnino ignota erat, non solum quoad nomen, sed etiam quaad « rem ipsam, substantiam et conceptum, seu ut iuridicum institutum* ». Ita loquitur sententia sub numero 7, « quum, uno verbo, tantum « post Tridentinum Concilium, et ab ipso ortum duxerint posterioris « illius, de qua supra, inter curam habitualem et actualem distinctionis « non tantum nomen et termini, sed res ipsa, seu substantia et conce- « ptus, iuridicum nempe ut nunc vocatur institutum, iam patet curam « illam animarum, quae in litteris erectionis imminere dicitur Archi- « presbyteratui, non posse intelligi de cura quae exercenda sit ab Archi- « presbytero de facto et iure ut vicario, sive amovibili sive perpetuo, ad «terminos ipsius Tridentinae Synodi ». Item sub numero 5: « Verum, « quod maximi interest in re nostra, hoc posterius et usitatius ditfe- « rentiae genus ortum tantum duxit post Tridentinam Synodum ».

Hoc posito, nempe, quod clare constat ex terminis erectionis habitualem curam Archipresbytero competere, facilis via sternitur ad contrarias omnes praesumptiones reiiciendas, quae, si aliis fortioribus indiciis et praesumptionibus non eliduntur, saltem veritati demonstratae cedere debent.

Ita in sententia Rotali sub num. 6: « Et nonnisi, ubi non constet de « erectionis initio, ad coniecturas et indicia et praesumptiones confugien- « dum est ». Et sub num. 18: « Sensus igitur est, quod si ex terminis ere- « ctionis constet de cura habituali penes Capitulum, termini provisionis

« factae Archipresbyteratui praeiudicare non debent iuribus Capituli, « ideoque trahendi sunt ad terminos erectionis et iuxta illos interpre- « tandi. Nostro autem in casu termini erectionis resistunt curae habi- « tuali Capituli; quare verba illa Bullae erectionis " cui immineat cura « animarum „ neque ex subiecta materia, neque ex iure communi, intel- « ligi possunt aut debent de cura actuali tantum ». Et sub num. 24: « Iamvero quoad haec et omnia alia signa, seu praesumptiones allatas « a patronis Capituli, primo quidem non est confugiendum ad signa, «indicia, seu praesumptiones, nisi quando non constet de fundationis « initio : secundo vero, *praesumptiones cedere debent veritati, quae in « casu nostro manifestatur et aperte demonstratur ..ex Litteris erectionis, « ut supra firmatum est ».*

Iamvero corruit totum hoc argumentum, cum fundamentum cui innititur nullum sit. Notissima enim erat illa distinctio inter curam habitualem et actualem, non dicimus quoad nomen, sed quoad rem ipsam, substantiam et conceptum, etiam prout nunc applicatur ecclesiis collegiatis, longe ante tempus Concilii Tridentini, uti patet ex ipsa disceptatione 45 Pitonii, quam priores iudices in sententia citant. Ait enim: « Contrariam vero sententiam, quod archipresbyter sit quidem curatus « in actu, sed apud Collegium exsistat cura habitualis, tenuit Ioannes « Andrea in cap. I, *De elect.,* in 6, quem refert et sequitur Calderin. cons. 18, «n. 1, versic. *Unde dicunt de praebend....* Oldrad., cons. 6, sub num. « p. versic. *Ergo dicam,* etc. ». Celebres isti commentatores Decretalium, qui hanc distinctionem applicant ecclesiis collegiatis, floruerunt saeculo decimo quarto, ducentos annos ante Concilium Tridentinum. Mortuus est Oldradus anno 1335, Joannes Andreas vero anno 1348, et Calderinus, eiusdem filius adoptivus, anno 1365 (Cf. Hurter., *Nomenclat. Literar.).* Praeterea, ille celeberrimus de re disciplinari ecclesiastica historicus, Thomassinus nempe, in suo opere *Vetus et nova Ecclesiae Disciplina* (tom. 1, lib. 2, cap. 27), quod a modernis etiam scriptoribus summis laudibus ornatur (V. Hurter, 1. c, tom. 2, p. 413 et sq.), plura citat Concilia provincialia longe ante Concilium Tridentinum habita, in quibus ordinatur ut nonnisi a vicariis perpetuis cura animarum exerceretur, ubi caput ecclesiae, quod eiusdem titulum habeat, per se id facere nequibat, e. g., Concilium Avenionense, an. 1326; Concilium Arelatense, an. 1260. Unde concludit Thomassinus, 1. c, n. 6: « Non erant nisi vicarii per- « petui, sive in ecclesiis cathedralibus, sive in parochiis aliis. *Non ea « sola erat nominis discrepantia, erat res ipsa longe diversa.* Portione « enim *congrua contenti* esse iubebantur *vicarii perpetui;* at *parochi « decimas proventusque prorsus omnes percipiebant* ». Generalem deinde

conclusionem ponit, 1. c, n. 9, respectu disciplinae ante Tridentinum Concilium vigentis. « Ex his porro planissimum est, id semper in votis, id «curae fuisse Ecclesiae, ut parochias non administrarent et ecclesias « quascunque nisi *vel perpetui vicarii, vel parochi irrevocabiles.* Iure « novo Decretalium Urbanus III iubet, ut monachorum ecclesiae guber« nentur a parochis vel capellanis, vel vicariis, quos monachi episcopo « ofterrent instituendos, sed quos destituere ipsi postea non poterunt, « ea potestate episcopo servata, qui ne ipse quidem poterit, nisi cano« nico iudicio » (cap. I, *De Gapellis Monachorum).*

De vicariis perpetuis in divinis agit Alexander III saeculo duodecimo in lib. I Decretalium, cap. 3, tit. 28, *De Off. vicarii,* et Honorius III saec. decimo tertio, ibidem, cap. 6. Porro intelligi nequit quid significet *Vicarius perpetuus in divinis,* nisi facta distinctione, saltem quoad substantiam conceptus, inter curam habitualem et actualem, seu inter curam et eiusdem exercitium. Bonifacius VIII sub fine saeculi decimi tertii in sexto Decretalium tit. 18 cap. unici, *De Gapellis Monachorum,* decernit: « Presbyteri, qui ad curam populi per monachos in eorum ecclesiis prae« sentantur episcopis, et instituuntur ab ipsis, quum debeant esse per« petui, consuetudine vel statuto quovis contrario non obstante, ab « eisdem nequeunt ecclesiis nisi per episcopos et ex causa rationabili « amoveri ». Iuxta eumdem Thomassinum, loco citato, n. 9, et parte III, libro II, cap. 20, n. 5, origo istius distinctionis inter curam habitualem et actualem retroascendit ad saeculum nonum.

Ex hisce omnibus patet notissimam fuisse distinctionem inter curam habitualem et actualem, saltem quoad substantiam et rem ipsam, ante Concilium Tridentinum. Vicariis enim istis perpetuis, de quibus loquuntur Decretaría et Thomassinus, imminebat cura animarum in ecclesiis parochialibus, sive collegiatis, sive aliis, quin tamen iidem titulum ecclesiae possederint, vel fructus beneficii, qui cedebant aliis, qui fuerunt ecclesiarum parochialium principales rectores, dum vicarii ipsi portione congrua contenti esse debebant.

Formula igitur « cui imminet cura animarum » quae, iuxta omnes, includit curam actualem animarum, tempore erectionis ecclesiae collegialis Salutiarum, de se non importabat curam habitualem; distinctio enim inter curam unam et alteram, tunc temporis, ut dictum est, notissima erat, et separatio unius ab altera erat frequentissima, etiam locis qui Salutiis vicini erant, ut discimus ex ipsa Bulla nostra *Per Immaculata,* circa finem, ubi memorantur « ecclesiae parochiales, vel earum perpetuae vicariae ». Imo praefata formula, in sensu obvio et proprio, significabat curam actualem tantum, et non habitualem, et hoc etiam

ante Concilium Tridentinum, uti discimus ex Barbosa, *De appellativa verborum significatione,* appell. 65: « Curae animarum appellatione pro-
« prie venit actualis, non vero habitualis, ut tenuit in terminis Capra,
« commun, conclus. 9, n. 78 et fuit dictum in Vicen. Prioratus, 9 iunii 1606,
« coram Manzanedo. » Porro celebris ille canonista Capra obiit anno 1465.

Everso igitur praecipuo, imo unico fundamento praetensionis reverendissimi Archipresbyteri, nunc, ad solvendam quaestionem: penes quem resideat cura habitualis in Collegiata Salutiarum, recurrendum est, ut de more, ad praesumptiones, coniecturas et indicia, quae in casu uculenter ostendunt curam habitualem competere Capitulo.

Et primo notandum est ius commune, seu potius iurisprudentiam generalem hac in re militare pro Capitulo. Quando aliqua ecclesia est simul collegialis et parochialis, undecumque proveniat haec collegialitatis et parochialitatis in eadem ecclesia coniunctio, cura habitualis est in Collegio seu Capitulo; de qua regula seu iurisprudentia generali testantur Pignatelli, *Consultationes,* t. IX, cons. 150 et 169; Lotterius, *De re beneficiaria,* lib. 1, q. 14, n. 93 seq.; Reclusius, *De re parochiali,* parte i, tit. 5, n. 26; Pitonius, *Disceptationes eccles.*, disc. 45. Pignatelli, loc. cit., consult. 150, n. 1, ait: « Utrum in ecclesiis collegiatis simulque
« curatis, cura animarum incumbat canonicis et Capitulo, an primae
« aliive dignitati? Et incumbere canonicis et Capitulo, in hac re minime
« dubia, statuo atque iudico. Assistit enim Capitulo ius commune. Eo
« namque ipso, quod ecclesia curata est collegialis, quod probari potest
« etiam ex enunciativis, praesertim antiquis, Summorum Pontificum in
«< eorum litteris eiusmodi cura pertinet de iure ad Capitulum, Ostiens.,
« Gabrielis..., Mandosa..., Romanus..., Gonzalez, ac Rota dec. 316, n. 1,
« P. IV, t. 2. *Becentiorum,* non attento quod exercitium sive administratio
« curae demandetur vicario perpetuo, vel alicui Dignitati. Nam adhuc habi-
« tus Capitulo non aufertur, iuxta consilium Oldradi, etc. ». Et ita etiam pluries S. Rota, v. g. in *Comen. Funerum,* quae legitur typis edita apud Pignatelli, loc. cit., cons. 150, n. 11-17. In hac *Comen.* Domini sic loquuntur: « Praemisso quod dicta ecclesia sit collegiata, de quo partes con-
« veniunt, inde sequitur quod, de iure communi, licet secus sit in Cathe-
«dralibus... cura animarum spectet habitu ad Capitulum, uti firmant
« Calderinus, Oldradus, etc. (multos ibi allegans). Atque ideo, ex eadem
« iuris dispositione, non ad solum Praepositum, sed etiam ad Capitulum
« spectant funeralia ». Nec nos movere debent haec verba huius decisionis Rotalis « licet secus sit in cathedralibus », quia ecclesia collegialis Salutiarum erecta quidem fuit in cathedralem, sed haec erectio

nihil prorsus mutavit, in statu ecclesiae, quoad curam animarum, de qua ne quidem minimum verbum reperitur in Bulla erectionis in Cathedralem.

Porro huic iuri communi non derogatum est in Bulla *Per Immaculata,* qua ecclesia parochialis Salutiarum erecta est in collegialem, anno 1483; sed potius ius illud assertum et confirmatum fuit. Cardinalis Legatus in hac Bulla dicit: « Praefatam parochialem ecclesiam « (Salutiarum) in collegialem cum Capitulo, choro, sigillo, et aliis col« legialibus insigniis, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, de novo « erigimus, ac omnibus collegialibus privilegiis, praerogativis, titulis et « honoribus insignimus. Et in ea Decanatum, qui inibi principalis digni« tas sit, et illius Decanus, qui pro eius portione contingenti centum flo« renos auri de camera super fructibus mensae capitularis percipere « debeat, nec non Archidiaconatum, Praeposituram, Archipresbyteratum, « cui cura immineat animarum ac duodecim canonicatus et duodecim « praebendas etiam inibi de novo erigimus et instituimus ». Ex hac erectione sic expressa manifeste sequitur, ius et titulum curae, seu curam habitualem, pertinere ad Capitulum, curam autem actualem seu exercitium curae pertinere ad Archipresbyteratum; ut enim caute notandum est, ipsum ens parochiale Salutiarum erectum est in ens collegiale; seu factum est ens collegiale; unde omnia entis parochialis Salutiarum bona et iura, et ideo etiam ius et titulus curae transfusa sunt in Collegium. Si quis dicat curam habitualem simul et actualem transfusam fuisse in Archipresbyteratum, eo ipso dicat necesse est ens parochiale Salutiarum (quod totum constat cura habituali et actuali) erectum fuisse in Archipresbyteratum, non vero in Collegialem: quod est contra Bullam erectionis, et proinde falsum. Unde ex sola erectione alicuius ecclesia* parochialis in collegiatam, Pignatelii, loc. cit., cons. 169, n. 9, concludit curam habitualem remanere penes Capitulum: « Unde sequitur, ait, « curam animarum, quae residebat penes ecclesiam parochialem, esse in « proprietate et titulo apud eamdem ecclesiam erectam in collegiatam, « illiusque Capitulum, quod constituitur archipresbytero et canonicis ».

Quae omnia confirmationem et lucem recipiunt ex reliquis partibus praefatae Bullae erectionis. Vi enim huius Bullae, qua ecclesia parochialis Salutiarum facta est collegialis, omnia bona ecclesiae facta sunt bona Collegiatae, et « fructus, reditus et proventus dictae parochialis « ecclesiae oppidi Salutiarum, trecentorum florenorum auri de camera « secundum communem aestimationem valorem annuum non exce« dentes », facti sunt fructus, reditus et proventus mensae capitularis, et ex his trecentis florenis aureis centum floreni aurei expresse assignati sunt Decano pro eius portione contingenti; nihil autem expresse

assignatum est Archipresbytero, qui proinde in eodem gradu positus est, quo ceteri canonici, inter quos divisi sunt reliqui fructus mensae capitularis, detracta nempe parte Decani. Revera, quod mox amplius evolvetur, omnia bona ecclesiae parochialis, scilicet, praedia, decimae, fructus, etc., facta sunt bona collegiatae ; unde pars unicuique canonico attributa est. Porro haec fructuum omnium ecclesiae parochialis assignatio facta Collegiali, est signum constans, perpetuum et indubitatum curae habitualis remanentis in Capitulo, ut dicunt Pignatelli, loc. cit, cons. 169, n. 11-12, ubi allegat etiam decisionem S. Cong. Conc. diei 14 novembris 1646; Lotterius, loc. cit., q. 20, n. 125-126; Pitonius, loc. cit., disp. 45, n. 5: « Idque, sunt verba Pitonii, extra difficultatem procedit, « ubi ex circumstantiis constat curam habitualem esse penes collegium ; « quando scilicet decimae incorporatae fuissent massae communi, et « Capitulum participaret de funeribus, nec non supportaret expensas « ratione curae necessarias; quo casu, etiam secundum illos qui negant « curam habitualem de iure penes collegium exsistere, planum est archi- « presbyterum non reputari nisi simplicem vicarium habentem dumtaxat « curam actualem ». ,

Nec dicatur hanc omnium bonorum ecclesiae parochialis assignationem, quae Collegiatae facta praetenditur, esse incertam, quia nimirum Auctor Bullae non expresse dicit se unire et applicare omnia bona Collegiatae.

Nam si hoc non dicit *expresse,* dicit *implicite,* scilicet declarando valorem annuum omnium redituum, fructuum et proventuum ecclesiae parochialis, ad summam circiter 300 florenorum; utquid enim haec declaratio, nisi ut ostendatur quaenam futura sit dos novae Collegiatae? Ceterum eo ipso quod aliqua ecclesia erigatur in collegialem, censentur omnia eius bona (nisi omnino expressa fiat exceptio) transferri in Collegiatam: secus enim, non ecclesia simpliciter, sed pars tantum ecclesiae erigeretur in Collegiatam.

Insuper in eadem Bulla erectionis Collegiatae, cavetur expresse ut ius eligendi seu praesentandi Archipresbyterum pertineat ad Collegium, et institutio ad Ordinarium loci (exceptis decem primis annis, in quibus haec institutio competei Decano Collegii); sic enim legitur in Bulla: « Eidem (Decano) et Capitulo praefatis (concedimus et indulgemus) per- « sonas idoneas ad alias dignitates quae de iure patronatus huiusmodi « non fuerint (soli Decanatus et Archidiaconatus erant de iure patro- « natus), ac canonicatus et praebendas pro tempore vacantes huiusmodi « in perpetuum Capitulum eligere, et Decanus pro tempore ad decen- « nium futuram illos instituere; et, dicto decennio elapso, Ordinario loci

« institutio illorum pertineat ». Porro hoc etiam clarum signum est quod, cura actuali demandata Archipresbytero, cura habitualis remanserit apud Capitulum; nam praecise unum ex praecipuis iuribus parochi habitualis est ut curet et provideat curam actualem per alium exerceri, scilicet ut nominetur vicarius curatus. Sic ait Bouix, *De Parocho,* parte I, sect. 3, cap. I (edit. 1867), p. 178-179: « Ille dicitur habitualem dumtaxat curam « habere, qui de facto illam nec exercet, nec exercere valet, sed tantum « aliquatenus potest et debet providere, ut' per aliquem, sub vicarii « nomine, exerceatur ». Quod pariter docet Wernz, *Ius Decretalium,* t. II, n. 821, II: «Illis (parochis habitualibus) cura animarum nec de facto « nec de iure exercenda competit; sed tantum possunt et debent pro- « videre, ut per aliquem vicarium exerceatur ». Quando autem dignitas aliqua Capituli, v. g. Archipresbyteratus, utramque curam, scilicet habitualem et actualem, habet, non solet a Capitulo eligi, sed providetur sicut parochiae de iure communi, nimirum libere confertur ab Ordinario, vel, mensibus reservatis, a Sede Apostolica. Unde dicit Reclusius, *De re parochiali,* parte I, tit. 5, n. 33: « Si parochia, tametsi unita Capi- « tulo, collegio, monasterio, alterive simili ecclesiae, solita fuerit per « concursum libere provideri, vel per Datariam, hoc in casu, ulla absque « dubitationis alea concludi potest apud parochum utramque curam « remanere, ex S. Congregatione Conc. in folio *Vicen.-Parochiae,* 23 au- « gusti (1760), § Ex hoc, p. 151, ibi: Tum etiam quia progressu temporis « parochia libere consuevit provideri per Datariam, vel Ordinarium, prae- « vio concursu, quod non leve est argumentum totalis actualis curae et « habitualis parocho competenti ». Unde, cum in nostro casu, vi Bullae erectionis, cui unice in hoc negotio standum est, Archipresbyteratus debuerit non libere ab Ordinario vel Dataria conferri, sed simul a Capitulo et Ordinario, ita ut Capitulum eligeret Archipresbyterum, et Ordinarius eum institueret, signum clarum est curam habitualem remansisse penes Capitulum; alioquin, ex dictis, Archipresbyteratus fuisset de libera collatione Ordinarii, vel Datariae, sicut parochiae de iure communi. Unde ex intentione Bullae et omnibus eius dispositionibus, patet curam habitualem remansisse penes Capitulum; sed, quod maius est, haec Bulla semper in hoc sensu intellecta fuit, uti constat ex observantia quae, edita Bulla erectionis anno 1483, statim secuta est et usque ad hodierna tempora perseveravit; haec enim observantia est optima legis, statuti, fundationis, contractus et cuiuscumque dispositionis interpres. Age vero: supra dictum est, ex communi canonistarum doctrina, bonorum et iurium omnium ecclesiae parochialis assignationem factam Collegiali, esse signum constans, perpetuum et indubitatum curae habitualis remanentis in Col-

legio. Porro, de facto, a tempore erectae Collegiatae usque ad nostra tempora, videmus penes Collegium esse dominium omnium bonorum et iurium ecclesiae parochialis horumque omnimodam administrationem, penes Archipresbyterum autem non nisi partem suam qua canonicum *et* quaedam emolumenta incerta.

1. Si agatur de praediis, quae erant de dominio ecclesiae parochialis anno 1483, transierunt in mensam capitularem, uti concludere est ex documentis annorum 1486-1517 (Summ. Capituli additionale, nn. 2, 4, 5, 6, etc.) in quibus reperitur longa series praediorum et domorum, cum designatione locali uniuscuiusque, et nomine locatariorum, seu emphyteutarum; quae praedia domusve utique pertinuerant ad antiquam parochiam, et, in his documentis, exhibentur uti bona mensae Capitularis. Haec autem praedia, ut patet ex iisdem documentis, Capitulum administrat, dat in emphyteusim, vindicat contra iniustos detentores, etc., more domini; aliqua porro ex iis praediis distributa fuisse videntur, saltem ad tempus, inter canonicos, ut honestius eorum sustentationi consuleretur. Ceterum clarissimum est non remansisse, post erectionem Collegiatae, ullum beneficium parochiale distinctum a mensa capitulari, •cum, ut infra videbitur, Archipresbyteri pluries confessi sint se non percipere nisi partem suam qua canonicos, cum emolumentis quibusdam •ex oblationibus fidelium.

2. Si agatur de decimis, pariter constat eas transisse in mensam capitularem. Ut enim concludere est ex documentis capitularibus a. 1486-1517, (Summ. Capit., n. 9-10), solum Capitulum nominat decimatores *et* ordinat omnia quae respiciunt perceptionem decimarum, insuper, anno 1567, cum inter Capitulum Taurinense et Capitulum Salutiarum orta esset controversia de iure decimarum in aliqua parte territorii Salutiarum, solum Capitulum ius illud vindicavit et obtinuit, ita ut ne quidem mentio fieret Archipresbyteri. Et hic agebatur de decimis sacramentalibus, uti patet ex ipso documento transactionis, anni 1567, inter ambo Capitula, ubi non alia exhibetur ratio perceptionis harum decimarum, quam administratio sacramentorum. Unde, serius, in *nota* mandata ad Regem, anno 1722 (Summ. Capit., n. 25). Archipresbyter fatetur se, qua parochum, non percipere nisi 300 libellas, ex oblationibus fidelium, dum cera funeralium et *decimae* Capituli erant: « Non ha (l'Arciprete) « che trecento lire l'anno, ora più, ora meno, come parroco, che si « cavano da piccole offerte de' battesimi, e matrimoni, restando le cere « de' funerali al Capitolo, *come anche le decime* ». Hic obiter notandum quod, anno' 1844, legatum, quod factum fuerat pro exercitio curae, acceptatum fuit, non ab Archipresbytero, sed a Capitulo (Summ. Cap., n. 53).

3. Si agatur de emolumentis funerum, idem dicendum est, salva restrictione infra ponenda. Compertum quippe est, ex certis documentis,, quae allegantur in Summariis, Capitulum, ab initio erectae Collegiatae,, usque ad hodierna tempora, semper percepisse et distribuisse emolumenta funerum. Et quidem, pro tempore quod intercedit ab anno 1595- ad hodiernos dies, constat ex examine 22 regestorum capitularium, in quibus notatae sunt singulae sepulturae, cum respectivis emolumentis,. Capitulum semper percepisse haec emolumenta, et ea singulis canonicis,, inter quos Archipresbyter, opera Canonici Datarii, distribuisse. Pro tempore autem antiquiori, exstant in Summario Capituli documenta annorum 1502, 1505, etc., ex quibus patet Capitulum, etiam ab initio, haec emolumenta funerum percepisse. Et haec consuetudo adhuc hodie durat,, uti clarissime constat ex nova inquisitione facta: ex enim una parte^ reverendi Capitulares concorditer deponunt (de visu per 40 annos, de auditu pro tempore anteriori) emolumenta funeralia percipi et percepta fuisse nomine Capituli, et a Canonico Datario distribui et distributa fuisse singulis mensibus; ex altera parte, ex accurato examine librorum capitularium ab anno 1822 ad annum 1912, constat: « che gli « emolumenti funerari sia per le messe *praesente cadavere,* sia per le « sépulture, furono e sono percepiti dal Capitolo e mensilmente clistri- « buiti ai Canonici ». Unde etiam Episcopus Salutiarum, in relatione dioecesis exhibita, anno 1898, S. Congr. Conc., dicit: « ... remanente cura. « habituali penes totum Capitulum, cui spectant funera, anniversaria,, « legata »; quod idem erat anno 1900, ut patet ex relatione hoc anno- exhibita (Summ. Capit., n. 2, in fine). Unde non mirum est Capitulum,, et quidem ipsum solum, decursu temporum, ordinasse quidquid refertur ad funera et ad taxas funerales (Summ. Capit., nn. 36, 37, 38, 79) et in ordinatione anni 1871 (ibid., n. 39), qua praefiniuntur novae taxae,, novis temporibus accommodatae, pro quolibet genere sepulturae, et missarum funebrium, solum Capitulum praesens est, délibérât, atque statuit, ita ut ne mentio quidem fiat Archipresbyteri. Supra innuimus huic emolumentorum funeralium perceptioni a Capitulo factae non deesse aliquam restrictionem. Haec restrictio respicit sic dictam quartam funeralem. Quarta funeralis est determinata pars (ordinarie quarta) omnium emolumentorum quae occasione alicuius funeris, ecclesiae tumulanti, a parochiali diversae, obveniunt; quae pars proprio parocho solvenda est. Porro haec quarta funeralis, ab antiquis temporibus, non a Capitulo, sed ab Archipresbytero percipitur, uti legimus in documento anni 1667 (Summ. Capit. n. 20, in fine): « Quando cadavera Sepeliuntur « extra Cathedralem, ipse (Archipresbyter) uti curatus recipit quartam

« funeralium; si vero sepeliuntur in Cathedrali, nullum commodum habet » (cf. etiam Summarium pro Archipresbytero, n. 6, 36, 37, 42, 43, 44). Origo huius consuetudinis obscura est; cum autem remaneat inconcussum factum principale, scilicet quod, per quatuor saecula, Capitulum perceperit semper emolumenta funeralia (excepta ista quarta), praestat ut non immoremur in re parvi momenti, et quae non erat nisi exceptio, cum utique casus ordinarius esset sepultura parochianorum in propria parochia. Ad hoc genus restrictionis, in re funeraria, reducenda est consuetudo, vi cuius, ab anno, ut videtur, 1701 (cf. Summ. Archipresb., n. 41), et forsan 1675 (ibid., n. 40), Archipresbyter, in distributione emolumentorum funeralium, duplicem partem percipit; sic enim dicit, anno 1868, occasione visitationis Pastoralis, archipresbyter Muttis : « Ogni quai volta alle sepolture si somministra la cera nuova, al cano- « nico Arciprete compete, per consuetudine, doppia cera degli altri « sacerdoti, e prelevasi dalla massa due candele che si ritirano dai « vicecurati ». (cf. Summ. Capit. n. 40, p. 78). Verum, uti patet, haec consuetudo nihil probat contra propositum assertum curae habitualis remanentis in Capitulo; cum enim cura actualis immineat Archipresbytero, et haec cura praecipue exerceatur in administrandis moribundorum sacramentis, pronum erat, ut, occasione funerum, Archipresbyter, uti curatus, maiorem reciperet partem.

4. Si agatur de administratione et tuitione iurium parochialium, videmus eam semper a Capitulo exercitam esse et exerceri, more dominorum. Quando agitur de tuendis iuribus parochiae, contra parochos extraneos, contra Regulares, contra confraternitates, contra ecclesias succursales, contra municipium, ipsum Capitulum agit, queritur, lites intentât aut sustinet: de quo multa exempla exstant in Summ. Capituli (nn. 20, 22, 23, 24, 27, 30, 41, 43). Unde, quando dioecesana auctoritas sibi proponit intimare aliquod praeceptum relate ad ius parochiale, v. g. funerum, illud non Archipresbytero, sed Capitulo intimât (ibid., n. 12). Quando anno 1840, episcopus Ioannes Giannotti sibi proposuit ecclesiam loci *Oervignasco* erigere in parochialem, et sic territorium ei assignatum dismembrare ab ecclesia Cathedrali, rem egit, non cum Archipresbytero, cuius ne nomen quidem memoratur, sed cum Capitulo ; et cum, anno 1844, propositum suum ad finem perduxit, indemnitatem solutam voluit, non Archipresbytero, sed Capitulo (Nova doc. pro Cap., nn. 18, 19). Pariter quando Illmus Episcopus hodiernus sibi proposuit, anno 1908, aliquam partem a territorio parochiae cathedralis detrahere, ad erigendam novam parochiam, rem egit, non cum Archipresbytero, sed cum Capitulo (Summ. Capit., n. 49). Item, quando muni-

cipium rem aliquam, quae respiciat iura parochialia, cum auctoritate parochiali componere vult, illam componit, non cum Archipresbytero, sed cum Capitulo (ibid., n. 38, cf. n. 87).

5. Si agatur de iure providendi curae animarum per nominationem Curati (quod etiam unum est e iuribus curae habituali annexis), videmus etiam, secundum quod erat provisum in Bulla erectionis, Capitulum eligere seu praesentare Archipresbyterum, ab Ordinario instituendum. Quod factum est sine intermissione a tempore erectae Collegiatae usque ad annum 1744, id est per duo saecula et dimidium; quae observantia maximi facienda est, quia, cum sine ullo intervallo secuta sit ipsam Bullam, huius interpretationem legitimam exhibere censenda est.

Nec dicatur ab hoc anno 1744 usque ad hodierna tempora aliter provisum esse Archipresbyteratui, scilicet per concursum; concursum autem supponere in beneficio parochiali, quod ei subiectum sit, curam habitualem simul et actualem.

Nam a) Quod ab anno 1744 Archipresbyteratus subiectus sit concursui, est omnino et clarissime contrarium Bullae erectionis, cuius verba supra recitata sunt, quae disposuit ut Archipresbyter in perpetuum eligeretur a Capitulo et institueretur ab Ordinario; lex autem Concilii Tridentini (cap. *Expedit maxime,* 18, sess. 24 *De Reform.)* qua praescripta est forma concursus in conferendis beneficiis parochialibus, non urgebat pro ecclesia parochiali Salutiarum, quae numquam vacabat, utpote erecta in collegiatam (cf. De Luca, *De Parochis,* disc. 10, n. 3-4, et disc. 37, n. 36); quod etiam probe intellectum est per duo saecula. Unde anno 1744, Capitulum, vix audito nuntio de indicto concursu, protestatum est coram episcopo de nullitate indictionis, et omnium quae sequerentur (Summ. Capit., n. 85). Porro applicatio concursus, quae tam contraria erat Bullae erectionis, et observantiae biscentenariae, certo non potuit mutare statum ecclesiae parochialis Salutiarum, transferendo curam habitualem de Collegiata in Archipresbyteratum; quod eo magis dicendum est, quod, ut recte notat Pignatelli, cit. cons. 150, n. 2: « Non est in arbitrio Capituli abdicare a se curam animarum « quoad habitum, sed tantummodo id facere potest quoad exercitium ». *b)* Falsum est concursum supponere semper in beneficio parochiali, quod ei subiectum est, curam habitualem simul et actualem; et revera non raro occurrit beneficium aut praebendam, cui cura tantum actualis immineat, per concursum conferri, sive quia hoc praescriptum est in bulla erectionis, aut lege fundationis, sive quia id factum est ex erronea opinione, aut pro meliori et securiori provisione curae animarum, uti animadvertit Card. De Luca, *De Parochis,* cit. disc. 37, n. 38-40.

Unde in summa, Capitulum Salutiarum, a tempore erectae Collegiatae usque nunc, ordinavit et ordinat, more domini, in ecclesia parochiali erecta in collegiatam, quidquid respicit praedia, decimas, funera, funerumque emolumenta, et cetera iura parochialia, illaque adversus quemcumque tuetur et vindicat, et de illis agit aut componit cum auctoritate ecclesiastica aut cum auctoritate civili, et demum, si excipias quartam funeralem et quaedam emolumenta incerta, de quibus statim, omnia emolumenta parochiae percipit.

Archipresbyter autem, praeter curam actualem, quae ei vi Bullae erectionis imminet, et quam exercet (cum limitibus infra imponendis), per se vel per vicecuratos, nihil aliud facit et nullum aliud ius habet. Quoad reditus, recipit partem suam ut canonicus, et praeterea, uti curatus, recipit duplicem partem in funeribus, et, quando corpora sepeliuntur extra parochiam cathedralem, quartam funeralem, et insuper taxas consuetas occasione baptismorum, matrimoniorum et attestationum parochialium de baptismo, obitu, matrimonio, etc. Unde, a. 1722, archipresbyter Muttis haec verba iam supra relata scribebat: « L'Arci-
« prete che ha la cura d'anime, non ha che 300 lire l'anno, ora più,
« ora meno, come parroco, che si cavano da certe piccole offerte casuali
« de' battesimi, e matrimoni, restando le cere de' funerali al Capitolo,
« come anche le decime » (Summ. Capit., n. 25), et, anno 1843, occasione visitationis episcopalis, archipresbyter Sebastiani haec dicebat:
« Salvo i diritti per fedi e simili inezie, di tutti gli emolumenti parroc-
« chiali non percevo che il mio sedicesimo come canonico, il Capitolo
« percevendoli essi » (Summ. Capit., n. 3).

Non mirum ergo est quod, in actis publicis aut quasi-publicis, Capitulum Salutiarum dicatur habere curam habitualem, Archipresbyter vero curam actualem tantum. Quod expresse dicitur in Actis S. Visitationis anno 1701, 1730, etc., (Summ. Capit, n. 3), in Relationibus de statu dioecesis, S. Sedi exhibitis, v. g. anno 1898, 1900 (ibid., n. 2) et in multis aliis documentis.

Unde ad primum dubium, Domini respondendum censuerunt, ut supra dictum est: Ad primam partem, *Affirmative,* seu *curam habitualem competere Capitulo pure et simpliciter;* ad secundam partem, *Negative.*

DE SECUNDO DUBIO.

*An Archipresbytero, in casu, competat cura actualis universa, exclusive et independenter a Capitulo exercenda.*

Si solam Bullam erectionis inspiceremus, hoc secundum dubium responso affirmativo dimittendum esset; in hac enim Bulla, ut iam

vidimus, sic legitur: « Et in ea (Collegiata) Decanatum, qui *inibi* principalis dignitas sit... nec non Archidiaconatum, Praeposituram, Archi« presbyteratum, cui *cura immineat animarum,* erigimus ». Cum hic agatur de cura actuali, et haec cura sine distinctione, sine restrictione, sine exceptione, et sine ulla « dependentia » a Capitulo, attribuatur Archipresbytero, sequitur, vi ipsius Bullae, Archipresbytero competere curam actualem universam, exclusive et independenter a Capitulo exercendam. Verum negligi nequaquam potest consuetudo seu praescriptio immemorialis, cui Capitulum innixum se praetendit ad exercendas aliquas functiones parochiales, veluti celebrationem missae exsequialis praesente corpore, benedictionem domorum tempore paschali, etc.

Notum est enim in iure, iura parochialia posse praescribi; a vi enim praescriptionis non excluduntur natura rei, neque speciali iuris prohibitione ; non excluduntur natura rei, cum et ipsa iura episcopalia iurisdictionis, quae magis sacra sunt, et immediate pertinent ad divinam Ecclesiae constitutionem, praescribi possint, iuxta omnes Doctores; non excluduntur speciali iuris prohibitione, quae nullibi in iure scripta est; prohibita quidem est praescriptio contra fines parochiarum, sicut et contra fines dioecesium et provinciarum (cap. *Super eo,* 4, *de Parochiis);* verum nullibi prohibitum est quin iura parochialia praescribantur. Unde contra ea valet praescriptio sive *liber atina,* sive etiam *acquisitiva;* quod enim aliqua communitas possit praescribere, contra parochum, immunitatem a decimis, a quarta funerali, etc., notissimum est; de quo passim agunt Doctores in tit. *De Decimis* et *De Sepulturis.* Verum etiam praescriptio *acquisitiva* valet contra iura parochialia, ita üt, v. g., aliqua communitas, ecclesia, aut persona ecclesiastica, possit acquirere, loco parochi (praescriptio *privativa),* aut simul cum ipso parocho (praescriptio *cumulativa),* ius decimandi, funerandi, aut aliud eiusmodi. De quo dubitari nequit, licet quidam auctores aut quaedam forsan S. Congregationum decisiones in contrarium afferri possint. Audiatur doctissimus Petra, *in Const. 9 Innocentii III,* n. 55: « An vero consuetudine possit acquiri « tale ius funerandi Regularibus, ita ut in illis sint manutenendi. «r Respondeo affirmative ; nam etsi parochi habeant iuris assistentiam « tumulandi in eorum ecclesia omnia corpora parochianorum, alibi non « eligentium sepulturam..., tamen haec amittit vires, remanetque offuscata « et debilitata pluralitate actuum possessionis Regularium, si nullus « alius concurrat pro parocho, ut in aliis terminis iurisdictionalibus «c docuit Rota, apud Bich, dec. 442, n. 6, et alibi passim...; nam, dicta « assistentia iuris pro parocho non habet eam vehementem iuris prae« sumptionem, ut non possit infringi, saltem per quadragenariam cum

« titulo colorato, vel per immemorabilem, prout in terminis consuetu-
« dinis, ut ecclesia cathedralis tumulet omnia cadavera clericorum sibi
« inservientium, etsi in aliena parochia exsistentium, ut sit servanda;
« Rota, in cit. dec. *Mantuana,* et cit. *Aretina super remisoria* ».

Item ius decimandi praescriptione acquiri posse contra proprium parochum, sive ab alieno parocho, sive ab ecclesia aut etiam simplici clerico, affirmat communissima Doctorum sententia; v. g. Fagnan., in cap. *Cum contingat,* 29, *De Decimis;* Gonzalez, in cap. *Ad aures,* 6, *De Praescriptionibus,* et in cit. cap. *De Decimis;* Passerini, in VI, in tit. *De Decimis,* n. 298, 299; Reiffenstuel, in tit. *De Decimis, m* 124, 127; Pichler, in eumd. tit. n. U; Schmalzgrueber, in eumd. tit. n. 42, 44, etc., etc. Et ita de aliis omnibus iuribus parochialibus, quia ratio eadem est; unde Engel, in tit. *De Parochis,* n. 5, dicit: « Ad ecclesias parochiales,
« pertinet iurisdictionem in foro poenitentiali exercere, sacramenta admi-
se nistrare, matrimonia solemnizare, fontem baptismalem, coemeterium
« et ius sepeliendi defunctos habere, ut demum eius rectori ius sit
« decimas oblationesque percipere. Licet vero ex singulis his narratis
* iuribus non praecise probetur... ecclesia esse parochialis, *cum similia*
« *possint etiam aliis ecclesiis ex privilegio, vel consuetudine aut prae-*
« *scriptione competere,* etc. ». Sic pariter Reclusius, *De re parochiali,* p. I, tit. 5, n. 63, 64: « Cum neminem lateat in ecclesia quoque non
« parochiali *et sacramenta administrari, et animarum curam posse exer-*
« *ceri* ex privilegio, *vel praescriptione,* iuxta doctrinam Engel..., Barbosa...,
« Rota coram Herreracoram Crispocoram Samminiatocoram
« card. Elephantutiocoram Figueroa, etc. ». Concinit Emus Gennari, *Quistioni canoniche,* n. 574, p. 729. Ita etiam receptum est in iurisprudentia tum S. Rotae, uti patet ex decisionibus supra relatis a card. Petra et a Reclusio, tum S. Congregationum Romanarum, praesertim S. Congr. Episcoporum et Regularium, v. g. in *Thelesina, Iurium parochialium,* 22 augusti 1901, quae refertur in *Monitore ecclesiastico,* tom. 14, p. 289-290; S. Congr. Concilii, in pluribus decisionibus, v. g. in *Papien., Funerum,* 20 ianuarii 1906 (Thesaurus S. C. C, t. 165, p. 141-164); S. Rituum Congr., uti patet ex eius decreto, quod vim legis habet, diei 10 decembris 1703 (Decreta authent, n. 2123), in quo, postquam ordinavit relationes inter parochos et confraternitates, relative ad iura parochialia et ad functiones parochiales, sic, in fine, statuit: « Et ita, salvis
« tamen .conventionibus et pactis..., concordiis, indultis, *consuetudi-*
« *nibus immemorabilibus vel saltem centenariis;* quae ultima verba sup-
« ponunt, ad mentem S. Congregationis, has consuetudines (quae, ut
« experientia frequens docet, modo pro parochis, modo contra eos, pro-
« cedunt) praevalere posse contra iura parochialia ».

Quod attinet ad tempus requisitum ut praescriptio praevalere possit contra iura parochialia, standum est capiti *Episcopum,* I, *De Praescriptionibus,* in VI, vi cuius, quando praescriptioni ius resistit (ut quando agitur de iuribus parochialibus, quae iure communi nituntur), requiritur vel praescriptio quadragenaria cum titulo, vel, si non adsit titulus, praescriptio immemorialis. Unde, cum in specie nullus sit titulus quo nitatur praescriptio (ut enim infra dicetur, incertum prorsus est utrum transactio anni 1493 sit origo praescriptionis capitularis), Capitulum ad vindicanda iura parochialia quae praetendit, demonstret necesse est praescriptionem horum iurium immemorabilem. Inde est quod H. S. Tribunal, antequam solveret proposita dubia, mandavit fieri inquisitionem suppletivam de immemorabilitate consuetudinis seu praescriptionis circa praecipua puncta, quae vindicat Capitulum, scilicet celebrationem missae exsequialis praesente corpore, benedictionem domorum diebus paschalibus, et officia praedicandi et confessiones fidelium audiendi. Quae inquisitio revera facta est ad normam Instructionis H. S. T., diei 5 augusti 1912.

Notissimum est autem, ad probandam consuetudinem immemorabilem, requiri testes qui deponant, de visu saltem per quadraginta annos, id de quo agitur, ita factum esse; deinde de auditu se a maioribus audivisse ita semper factum fuisse; demum se nihil unquam audisse in contrarium, ita ut consuetudo illa sit continua et pacifica. Ad probanda autem varia adiuncta praescriptionis quae non ita sub sensus cadunt, v. g. perceptionem emolumentorum, absentiam delegationis, etc., admittuntur etiam scripturae et quaevis aliae probationes.

Nunc ergo aggredi licet quatuor capita in Rotali Instructione proposita, scilicet celebrationem missae exsequialis praesente cadavere, benedictionem domorum diebus paschalibus, officium praedicandi et confessiones fidelium audiendi. Qua in re, quod attinet ad ipsum factum materiale et sensibile (scilicet quod Capitulum celebraverit praefatam missam, praedicaverit, confessiones audierit, et quod presbyter sacrista domos benedixerit), notandum est rem esse adeo notoriam, ut eam admittat etiam Archipresbyter, ut videre est in eius animadversionibus *Triplicationi* adiunctis, ubi scribit, p. 15: « E chi mai aveva negato il « fatto che i Canonici cantassero la messa presente cadavere, che pre- « dicassero qualche volta, o confessassero, e che il prete sagrista avesse « benedetto le case in tempo pasquale? Nessuno, l'Arciprete compreso, « e quindi se i Giudici avessero solo voluto essere persuasi della mate- « rialità del possesso, come gli avversarii affermano, non avrebbero cer- « tamente concesso la prova testimoniale, perchè *il fatto del possesso « era in confesso d'ambe le parti* ». Et quod pacificum fuit admittit

1. c. pag. 18: « Quanto al fatto che l'Arciprete non abbia proposto ai « suoi testi la domanda se sapevano di qualche turbamento avvenuto « circa il materiale possesso del Capitolo nel canto della messa pre- « sente cadavere, si osserva che l'Arciprete, visto come il possesso del « Capitolo risultava dalle deposizioni dei testi un puro possesso mate- « riaie, destituito di tutte le qualità richieste perchè il possesso potesse « servire per la prescrizione, non credette più fosse il caso di fare una *« domanda che praticamente restava perfettamente inutile :* e per lo stesso « motivo *non ha creduto necessario fare questa domanda per gli altri « punti dedotti in interrogatorio ».*

Denique, ipse Archipresbyter fatetur Canonicos haec munera implere, etiam ipso dissentiente; scribit enim pag. 16, anim advers. ÏW-*plicat.:* « Egli (l'Arciprete) *subisce lo stato violento di cose indotto dalla « consuetudine,* ma non rinunzia al suo diritto. Vorrebbero forse i « Canonici che l'Arciprete facesse una protesta *per ogni messa che can- « tano, per ogni predica che fanno, per ogni assoluzione che impartiscono ? ».*

Unde, in sequentibus, licet illud factum sensibile discutiendum sit, insistemus potius in *qualitate* facti, scilicet *quo nomine* Capitulum hos omnes actus peregerit, utrum *nomine proprio* et *animo domini,* uti requiritur ad legitimam praescriptionem, an *nomine* et *delegatione* Archipresbyteri.

Nunc ergo ad singula veniamus.

Quoad *primum, scilicet celebrationem missae exsequialis,* dicendum est, omnibus attente perpensis, demonstratam fuisse consuetudinem immemorabilem favore Capituli. Etenim e 16 testibus a Capitulo productis, 7, scilicet Petrus De Matteis, Adulphus Lagutaine, Augustinus. Savio, Hyacinthus Bollea, Rev. Petrus Pagge, Rev. Albertus Gioftredi, comitissa Maria Martina, deponunt Canonicos celebrare et celebrasse missam exsequialem, per turnum, et aliquoties Archipresbyterum; et hoc deponunt, de visu per 40 annos, de auditu per reliquum tempus* et addunt se nihil unquam audisse in contrarium, seu aliis verbis, possessionem illam Capituli fuisse pacificam. Et insuper hi testes manifeste dicunt aut supponunt possessionem Capituli fuisse *animo domini,* seu *nomine proprio,* et non nomine aut delegatione Archipresbyteri ; iuxta enim eos, ordinatio officii funebris et perceptio emolumentorum semper fiunt nomine Capituli, sive fiat (ut solet) per presbyterum *sacristam,* qui non agit nisi nomine Capituli, sive fiat per alium; ipse autem Archipresbyter missam exsequialem aliquoties celebrat, sed *suo turno* et proinde uti canonicus. Quae omnia signa aperta sunt Capitulum

possidere *nomine proprio.* Frustra autem Archipresbyter excipit contra testem comitissam Mariam Martina, tum quia mulieres iure non repelluntur a munere testis in iudiciis ecclesiasticis (cf. cap. *Quoniam,* 3, *De Testibus;* cap. *Mulieres,* 2, *De Iudiciis,* in VI), tum quia revera praedicta comitissa deponit de visu per **40** annos, quoad factum principale (scilicet celebrationem missae per canonicos ad turnum), et de auditu per reliquum tempus. Excipit etiam idem Rev. Archipresbyter contra testem Augustinum Savio, utpote consobrinum canonici Fidelis Savio, qui, in hac causa, partes Capituli agit; verum, quia haec parentela non est adeo proxima, et causa praesens non respicit canonicum Fidelem Savio quoad propriam personam, praedictus testis admitti potest. Ceterum, licet reiiciatur, 6 adhuc remanent, quorum testimonium, praesertim adiunctis iis omnibus quae statim dicenda sunt, satis superque sunt ad probandam dictam consuetudinem immemorabilem.

Revera *a)* haec consuetudo confirmatur a quatuor aliis testibus a Capitulo productis, quorum testimonia, licet deficiant a rigore iuris ad probandam consuetudinem immemorabilem, attamen vim magnam habent ad eam confirmandam; hi sunt: Antonius Ternavasio, qui deponit dé visu per 46 annos; Dominicus Sartoris, annos natus 83, qui deponit de visu per 70 annos; Rev. canonicus Antonini, qui, absens a Saíutiis per ultimos 40 annos, deponere non potuit nisi de auditu per hoc tempus, sed de visu deponit per 20 annos antecedentes, et iterum de auditu per reliquum tempus; Rev. P. Fidelis Savio, S. I., qui pariter plerumque absens a Salutiis per ultimos 40 annos, non potuit deponere nisi de visu interrupto per hoc tempus, et de auditu per tempus anterius.

*b)* Item praedicta consuetudo immemorabilis validam confirmationem recipit ex depositionibus Revmorum Canonicorum; decem enim Canonici, scilicet omnes (praeter Archipresbyterum et alium qui, cum non sit canonicus nisi ab anno 1910, idoneus non erat ad testandum), confirmant in genere et in specie quidquid testes a Capitulo producti deposuerunt quoad celebrationem missae exsequialis a Canonicis peractam, nomine Capituli, et quoad antiquitatem huius moris. Sane eorum testimonium, per se solum, iuridice non sufficeret ad probandam dictam consuetudinem immemorabilem; sed nemo non videt eorum attestationes iuratas magnum omnino pondus habere: quarum attestationum vim minuere aut infringere nequit Revmus Archipresbyter, nisi et ipse velit minuere, aut infringere omnes suas attestationes omniaque sua dicta.

c) Quod dicimus de attestationibus Revmorum Canonicorum, dici etiam debet de declaratione scripta data a Rev. Dalbesio, hodierno presbytero *sacrista,* qui disertissime declarat, de visu per 22 annos, de auditu per

reliquum tempus, missam exsequialem semper celebratam fuisse a Canonicis per turnum, incluso Archipresbytero, quando erat *de turno,* et hoc proprio nomine Capituli, et sine ulla delegatione Archipresbyteri.

*d)* Regesta capitularia fidem faciunt pro annis 1822-1912, id est pro 90 ultimis annis: « 1° Che gli emolumenti funerari, sia per la messa « presente cadavere, sia per le sepolture, furono e sono percepiti dal « Capitolo e mensilmente distribuiti ai Canonici ; 2° Che *i Canonici can-« tavano e cantano per turno la messa presente cadavere* (Nova docu-« menta pro Capit., p. 6) ». Quam grave sit hoc documentum, nemo non videt; si enim Canonici cantant missam illam *ad turnum,* ergo et Archipresbyter, quando est *de turno;* ergo omnes ut canonici et nomine Capituli; vanum enim prorsus esset expiscari velle aliquam Archipresbyteri delegationem.

e) De indole pacifica praefatae Capitularis possessionis, addenda est attestatio Curiae episcopalis Salutiarum ; in qua legimus : « Visti ed « esaminati diligentemente tutti i registri giudiziali ed estragiudiziali « della curia vescovile, dichiarano che gli Arcipreti *pro tempore* della « stessa cattedrale non hanno mai inoltrato reclami contro la consue-« tudine capitolare *ab immemorabili* di cantar la messa *'praesente cadavere* - « e di percepire la intiera tassa delle sepolture (Nova docum., p. 16) ».

Contra hunc probationum cumulum opponit Rev. Archipresbyter 16 testes. Porro ex his testibus, tres, scilicet Spiritus Falco, Iosephus Forastelli, et Iosephus Rossi, ita loquuntur, ut inde nihil certi autdari erui possit. Quinque alii testes, scilicet Gioffredus Abelli, Iosephus Aimone, Andreas Giorelli, Ioannes Poracchia, Andreas Franco, nihil demonstrant contra consuetudinem immemorabilem de qua agitur; dicunt enim tantummodo missam exsequialem celebrari *a Canonicis et ab Archipresbytero,* vel *modo a Canonicis, modo ab Archipresbytero;* quod omnes admittunt; ceterum nesciunt quo nomine Canonici id faciant, praeter unum (Ioannem Poracchia), qui *putat* Canonicos celebrare potius nomine Archipresbyteri, quam nomine proprio.

Quinque alii testes, scilicet Ioannes Delsoglio, Georgius Catalano, Iosephus Gallo, Felix Beltrami, Iosephus Nardona, deponunt missam exsequialem celebrari a Canonicis *ad turnum,* incluso Archipresbytero, vel (ita duo ex ipsis) *semper* aut *quasi semper* celebrari a Canonicis, et aliquoties ab Archipresbytero; unde potius favent Capitulo. Demum ceteri tres, scilicet Vedastus Gallo, Carolus Garino, Iosephus Garino, deponunt missam exsequialem solitam esse celebrari ab Archipresbytero, et aliquoties tantum a Capitulo; verum haec assertio adeo contraria est tum depositionibus omnium aliorum testium, etiam eorum qui producti

sunt ab Archipresbytero, tum asser-tionibus ipsius Archipresbyteri, tum actis capitularibus supra relatis, ut intelligi debeat in sensu omnino restricto, scilicet quod hi testes raro interfuerint funeribus in ecclesia cathedrali, et quod, de facto, quando interfuerunt, fere semper contingebat ut Archipresbyter missam celebraret: quam explicationem suggerit ipse modus loquendi Caroli Garino, unius ex his testibus : « Quando io « andavo in Duomo, ho quasi sempre visto il nostro parroco (cantare « quella messa) ».

Unde tandem probatio testimoniali s, allata a Revmo Archipresbytero infringere non potest vim attestationum et scripturarum ex parte Capituli productarum, et sic probata manet consuetudo immemorabilis quoad celebrationem missae exsequialis a Capitulo, nomine proprio.

Nec dicatur cum Patrono Archipresbyteri (Duplicatio n. 9) hanc possessionem Capituli esse aequivocam « ex facto quod eadem ecclesia «parochialis simul exstiterit ecclesia cathedralis, ac proinde, cum « Canonici funebria peragunt, haud facile apparet utrum ipsi id faciant, « quia requisiti a fidelibus, qui sibi sepulturam elegerint in ecclesia « cathedrali, quae tum iure potitur ecclesiae tumulantis, an, deficiente « ex parte fidelium quacumque electione ecclesiae tumulantis, id faciant « etiam contra ius commune, quo tribuuntur parocho funera suorum « parochianorum ». Nec hoc, inquimus, dicatur; nam, in ecclesia cathedrali Salutiarum, non sunt duae ecclesiae, una parochialis, altera cathedralis: prior, in qua ipso iure tumulantur fideles alibi non habentes sepulturam electam aut gentilitiam ; altera, in qua fideles tumulari possint vi electionis; ut enim visum est in primo dubio, non est nisi una tantum ecclesia, quae est simul parochialis et collegialis (seu cathedralis) et proinde in qua, exclusa qualibet electione, tumulantur fideles; et vero saepissime tumulati sunt fideles in illa ecclesia, et tamen non apparet in Actis ne unius quidem actus electionis vestigium.

Quoad *secundum,* scilicet, *benedictionem domorum occasione festorum paschalium* idem omnino dicendum est, scilicet demonstratam fuisse consuetudinem immemorabilem favore Capituli. Quod ut melius intelligatur, distinguendum est inter ipsum factum sensibile et visibile, nempe quis hanc benedictionem peregerit et peragat, et ipsam potestatem qua id peragat, scilicet utrum potestate accepta a Capituto, aut potestate accepta ab Archipresbytero, seu, aliis verbis^ utrum nomine Capituli aut Archipresbyteri.

Porro, quod attinet ad factum sensibile et visibile, scilicet quis hanc domorum benedictionem peregerit et peragat, nulla potest esse difficultas;

de consuetudine immemorabili hanc benedictionem impertitur presbyter *sacrista.* Etenim e 16 testibus a Capitulo productis, 7, scilicet Antonius Ternavasio, Adulphus Lagutaine, Augustinus Savio, Hyacinthus Boliea, Rev. Petrus Pagge, Rev. Albertus Gioffredi, comitissa Maria Martina, attestantur praefatam domorum benedictionem semper factam fuisse a presbytero sacrista; hoc autem deponunt, de visu per 40 annos, et de auditu per reliquum tempus. Quod attinet ad exceptiones a Rev. Archipresbytero factas contra testes Augustinum Savio et comitissam Mariam Martina, idem dicendum est quod supra, ubi de missa exsequiali.

Ceterum vis septem dictarum attestationum plurimum augetur et roboratur aliis attestationibus aut scripturis.

Etenim *a)* Tres alii testes, a Capitulo producti, non quidem pertingere possunt ad probandam iuridice dictam consuetudinem immemorabilem, quia eorum attestationes a requisito rigore iuris hoc in re deficiunt, sed multum iuvant ad illam confirmandam. Dominicus Sartoris, annos natus 83, testatur de visu per 70 annos presbyterum sacristam semper peregisse praedictam domorum benedictionem; Rev. Michael Antonini, annos natus 73, idem testatur de visu per 60 annos; Rev. P. Fidelis Savio, S. I., annos natus 64, idem testatur de visus per 15 circiter annos, et de auditu per reliquum tempus.

*b)* Decem Canonici (scilicet omnes praeter Archipresbyterum et iuniorem canonicum) deponunt, sub fide iuramenti, benedictionem domorum in diebus paschalibus semper factam fuisse a presbytero sacrista, qui dicitur etiam caeremoniarius Capituli, et hoc deponunt de visu per 40 annos, et de auditu per reliquum tempus; porro quanta sit vis harum attestationum, non quidem ad iuridice probandam, sed ad confirmandam consuetudinem immemorabilem, iam supra dictum est.

c) Idem dicendum est de declaratione in scriptis data a Rev. Dalbesio, hodierno presbytero sacrista, qui testatur se per 16 annos, tamquam presbyterum sacristam, peregisse praefatam benedictionem; hoc idem testatur de visu per 6 alios annos, et de auditu per reliquum tempus.

*d)* Imo, e 16 testibus a Rev. Archipresbytero productis, 15 testantur se semper vidisse presbyterum sacristam benedicere domos in festis paschalibus; et quorumdam ex eis testimonia retroascendunt ad tempus presbyteri sacristae Bigo qui nominatus fuit anno 1826.

Unde, quod attinet ad factum ipsum visibile, quod scilicet, per centum circiter ultimos annos, seu de consuetudine immemorabili, presbyter sacrista peregerit benedictionem domorum, occasione festorum paschalium, non potest esse difficultas.

Quod attinet ad alterum quaesitum, scilicet qua potestate seu cuius nomine presbyter sacrista domos benedicat, nunc investigandum est.

Porro : *a)* E septem testibus a Capitulo productis, qui, ut supra visum est, testantur presbyterum sacristam semper benedixisse domos tempore paschali, 6 asserunt presbyterum sacristam hoc fecisse ex delegatione Capituli, et huius nomine ; imo duo ex illis, scilicet Rev. Petrus Pagge, et Rev. Albertus Gioffredi hoc adiunctum addunt, nempe quod Capitulum, tamquam partem stipendii suo sacristae debiti, assignat oblationes quas fideles occasione praedictae domorum benedictionis faciunt, .ad summam circiter 200 libellarum. Sex autem illi testes addunt ita semper factum fuisse, et possessionem Capituli nunquam fuisse turbatam ; quoad septimum testem, scilicet Adulphum Lagutaine, dicit tantummodo presbyterum sacristam egisse *per mandato dei superiori;* unde quoad hoc, eius testimonium est aequivocum.

*b)* Omnino obvium est aliquem ministrum, in aliquo actu exercendo, agere in nomine eius qui eum nominat, ei stipendium solvit, eique, quoad hunc actum exercendum, mandata dat, et pro isto praecise actu salarium assignat. Porro presbyter sacrista, per centum ultimos annos, nominatus est a Capitulo, a quo etiam stipendium accepit, ut constat ex libris capitularibus (Nov. doc. pro Cap., p. 17); insuper Capitulum est quod presbytero sacristae mandata dat ad benedicendas domos eique pro hoc actu salarium assignat, uti discimus tum ex conventione a. 1897 inter Capitulum et presbyterum sacristam, tum ex depositionibus Rev. Petri Pagge, et Rev. Alberti Giofiredi; dum per illos centum ultimos annos, nullum est, in Actis, vestigium quod Archipresbyter mandata dederit presbytero sacristae ad benedicendas domos, aut ei quodcumque salarium pro hoc actu assignaverit ; quod apertum signum est benedictionem domorum tempore paschali, sicuti facta est ab immemorabili a presbytero sacrista, ita etiam, ab immemorabili, ab ipso factam fuisse, non nomine Archipresbyteri, sed nomine Capituli. Quod eo magis dicendum est quod « sacristia » non est, ex iure communi, ens autonomum, uti vellet Archipresbyter, sed est omnino subdita Rectori ecclesiae, aut, si velimus, est *medium* quo utitur rector ecclesiae ad administrandas res quae ad cultum adhibentur. Porro munere rectoris fungitur Capitulum, quod curam habitualem retinet, quod notabitur etiam in dubio quarto.

Et haec omnia egregie confirmantur:

*a)* Depositionibus decem Canonicorum (scilicet omnium, praeter Archipresbyterum et Canonicum iuniorem), qui sub fide iuramenti, asseruerunt presbyterum sacristam semper benedixisse et benedicere domos de mandato Capituli et huius nomine, et hanc possessionem Capituli

numquam fuisse turbatam; quae depositiones, cum respiciant punctum internum et domesticum ipsius administrationis capitularis, iuridice hic admitti debent, saltem tamquam adminicula.

*b)* Declaratione data in scriptis a Rev. Dalbesio, hodierno presbytero sacrista, qui testatur se, per 16 annos, munere fungentem presbyteri sacristae, benedixisse domos de mandato et in nomine solius Capituli, a quo etiam pro hac functione salarium recipit; et ita semper factum fuisse dicit, et hanc possessionem Capituli nunquam fuisse turbatam.

c) Attestatione Officialium Curiae, qui, relative ad ipsam Capituli possessionem, scilicet delegandi sacristam ad benedicendas domos, hujusque possessionis indolem pacificam declarant, visis et examinatis omnibus Curiae regestis, non constare de oppositione Archipresbyteri contra Capituli usum de quo agitur (Nova docum. pro Capit., pag. 28-29).

Contra hanc demonstrationem opponit Rev. Archipresbyter suos testes. Iam dictum est 15 testes, ab Archipresbytero productos, testari se vidisse semper presbyterum sacristam benedicere domos tempore paschali. Verum quod attinet ad quaesitum speciale de quo agitur, scilicet qua potestate seu cuius nomine presbyter sacrista domos benedicat, hi testes maxime varii sunt: tres dicunt se nescire; duo asserunt *nomine Archipresbyteri;* novem *credunt* aut *putant,* nomine *Archipresbyteri,* unus dicit *nomine utriusque,* scilicet Capituli et Archipresbyteri. Unde ex hac parte nihil certi deduci potest, horumque testium depositiones infringere nequeunt demonstrationem suprafactam favore Capituli.

Notat Archipresbyter sacerdotem sacristam munus etiam vice-curati implevisse ante annum 1824, ac proinde praesumi potest eum benedictionem domorum perfecisse tanquam ministrum Curati seu Archipresbyteri. At praesumptio haec fortiori praesumptione eliditur; nam cessante munere vice-curati, cessare debebat facultas benedicendi domos, si nomine Archipresbyteri facta fuisset. Reapse tamen non cessavit, et constanter hoc munus implevit sacrista usque ad hodiernum diem. Ideoque et prius tamquam sacristam, seu ministrum Capituli, et non tamquam vice-curatum, benedictionem peregisse dicendum est.

Quoad *tertium, scilicet praedicationem,* item dicendum est demonstratam fuisse consuetudinem immemorabilem favore Capituli. Hic etiam duo distinguenda sunt: factum sensibile et visibile, scilicet quod Canonici aliquando praedicent in ecclesia cathedrali, et potestas seu qualitas qua praedicant.

Quod ad primum attinet, vix opus est aliquid dicere; ex depositionibus enim omnium testium, etiam eorum qui ab Archipresbytero pror

ducti sunt, ex assertionibus omnium Canonicorum, et ex documentis ex quibus aliqua infra referentur, clare patet Rev. Canonicos in ecclesia cathedrali functos esse et fungi officio praedicationis, et supplere et supplevisse Archipresbyterum in *instructione parochiali* et hoc referri ad tempus quod memoriam hominum excedit.

Tota ergo difficultas versatur circa secundum, scilicet circa potestatem qua sic agunt Canonici, utrum nempe sic agant vi Officii canonicalis, absque ulla delegatione Episcopi aut Archipresbyteri, an ex delegatione alterutrius. Porro hic etiam probatum remanet Rev. Canonicos fungi munere praedicationis, vi ipsius tituli canonicatus, scilicet eo ipso quod sunt canonici, et absque ulla cuiusvis delegatione aut approbatione.

*a)* Hoc enim asserunt septem testes a Capitulo inducti, scilicet Petrus De Matteis, Augustinus Savio, Hyacinthus Bollea, Rev. Petrus Pagge, Rev. Michael Antonini, Rev. Albertus Giofiredi, et comitissa Maria Martina, qui omnes asserunt Canonicos praedicare vi solius tituli canonicatus, et absque ulla cuiuslibet delegatione aut licentia; qui etiam omnes hunc rerum statum retrotrahunt ad tempus immemorabile, dicentes ita semper factum fuisse (praeter unum, Rev. Antonini, qui ab hoc abstrahit) ; omittimus duos testes, Teresiam Vicini et Rosam Elia, qui tantummodo *credunt* Rev. Canonicos praedicare vi solius tituli canonicatus.

*b)* In eodem sensu deponunt decem Canonici, scilicet omnes (praeter Archipresbyterum et Canonicum iuniorem) qui diserte affirmant Canonicos praedicasse et praedicare vi solius tituli canonicatus, absque ulla cuiusvis delegatione aut approbatione; et hoc ab immemorabili.

Porro cum agatur hic de re interna et domestica, de qua Rev. Canonici optime edocti esse praesumuntur, eorum testimonium iuratum magni faciendum est, licet per se solum non sufficiat ad probandam consuetudinem immemorabilem.

Horum autem testium, sive capitularium, sive extracapitularium, attestatio validam confirmationem recipit ex quibusdam adiunctis, de quibus multi ex illis testantur. Sic, uti dicunt Rev. Petrus Pagge, et Rev. canonici Martini, Perassi, Fidelis Savio, quando Rev. Canonici Archipresbyterum supplent in officio praedicationis, aut evangelium explicant, nullum stipendium aut quamvis retributionem recipiunt: quod signum est illos ita agere ex proprio officio, sicut ipse Archipresbyter, qui nihil unquam recipit pro praedicatione.

Pariter quando Canonici officio praedicationis funguntur in cathedrali, sive etiam olim in ecclesia loci *Cervignasco*, quae de parochia cathedrali erat, censebantur et censentur esse praesentes in choro ad

sensum et omnes effectus iuris: hoc deponunt testes Michael Antonini et Albertus Gioffredi, et Rev. canonici Fidelis Savio, Peretti et Giletti; porro hoc signum apertum est Canonicos, dum officio praedicationis funguntur, habitos esse et haberi ut parochos aut curatos; quia, quod aliquis canonicus, munere aliquo parochiali fungens in Cathedrali, habeatur uti praesens in choro, hoc privilegium est solius vicarii curati. Demum, in hoc exercendo munere praedicationis, Rev. Canonici nullo modo agunt more delegatorum, qui subdelegare non solent, sed, tamquam propria et ordinaria iurisdictione utentes, aut ipsi praedicant, aut. delegant ad praedicationem quos idoneos iudicant, quin se intromittat Archipresbyter: quod passim deponunt testes sive capitulares, sive extracapitulares. Concludendum ergo est Canonicos, quod attinet ad praedicationem, haberi et agere uti parochos aut curatos, aut aliquam partem curae actualis exercentes.

Et hic status rerum retroascendit ad tempus immemorabile; hoc enim probant tum depositiones 6 testium supra relatorum, tum attestationes Canonicorum, tum etiam quaedam documenta a Capitulo producta; in quodam enim manuscripto, cui titulus *Memorie spettanti all'ufficio del canonico Datario, etc.,* quod refertur ad annos 1814--1820, legimus: « Il Canonico che farà gli esercizi spirituali, ha la presenza al « coro per detto tempo, siccome quello che predichi in Duomo ed a « Cervignasco ». Quod iuxta supradicta, supponit Canonicos praedicare solere in ecclesia cathedrali et in ecclesia loci *Cervignasco,* et, in hoc munere exercendo, haberi uti parochos aut curatos.

Idem omnino deducitur ex alio documento anni 1798, in quo leguntur observationes quas, occasione visitationis pastoralis, episcopus Salutiarum, Illmus Lovera, proponebat circa rubricas Statutorum Capitularium: « La rubrica XIII deve più specialmente indicare la dispensa dal coro « accordata non a ragione di età semplicemente, ma bensì a ragione del « servizio canonicale... ; e potrebbe, per maggior chiarezza e precisione, « comprendersi in un sol titolo la serie di tutti quelli, i quali, benché « assenti, sono riguardati presenti, cioè... *quelli che sono destinati « all'ufficio della predicazione nella Cattedrale e nella chiesa di Cervi- « gnasco* ». Quibus documentis addenda est attestatio iurata duorum officialium Curiae episcopalis, declarantium se numquam tradidisse Rev. Canonicis ullam scripturam delegationis, licentiae aut approbationis, quae se referat ad officium praedicationis, et se audisse ita semper factum fuisse in dicta Curia (Nova doc., pag. 39).

Hanc porro demonstrationem infringere aut minuere nequeunt depositiones 16 testium a Rev. Archipresbytero jproductorum, e quibus 5 nihil sciunt aut dicunt, 2 modo valde dubitativo loquuntur, ceteri 9 asserunt

tantum se *credere* aut *semper credidisse,* Canonicos praedicare ex delegatione Archipresbyteri.

Contra dictam demonstrationem obiicit patronus Archipresbyteri textum Synodi dioecesanae, tit. 19, *de Canonicis,* ubi dicitur «... alacri et « prompto animo, ut usque nunc, verbum Dei praedicent et sacramenta- « les confessiones excipiant ». En ergo, ait patronus, facultas praedicandi data Canonicis, quae, semel concessa, neque postea retractata, vim habet requisitae delegationis. Verum haec interpretatio admitti nequit; nam:

*a)* haec Synodus refertur ad annum 1885; porro, etiam antea, ut legitur in ipsis verbis relatis (« ut usque nunc ») Canonici praedicabant; profecto non praedicabant vigore facultatis in hac Synodo datae;

6) simplex delegatio episcopalis (qualis esset, iuxta patronum, delegatio in dicta Synodo contenta) numquam explicare posset quomodo Canonici, uti supra demonstratum est, praedicent ex officio et liberrime delegent alios sacerdotes ad praedicandum, et, quando ipsi praedicant, censeantur praesentes in choro, et nullam unquam recipiant pro praedicatione retributionem. Dicendum est ergo Canonicos praedicare ex altiori et intimior]" titulo, scilicet, ut visum est, ex titulo curae actualis, quam partim exercent. Quoad delegationem ex parte Archipresbyteri, nec vola nec vestigium eius est in Actis, praeterquam in *opinione* quorundam testium ab Archipresbytero productorum.

Quoad *quartum,* scilicet *officium audiendi confessiones,* idem etiam dicendum est quod de praedicatione, et fere propter eadem argumenta. Omisso facto visibili et sensibili, scilicet quod Canonici ab immemorabili in ecclesia cathedrali confessiones fidelium excipiunt (de quo facto omnes conveniunt et nullum dubium cuivis esse potest), agendum est de titulo seu potestate, qua sic agunt Canonici. Porro ex actis demonstratum est Rev. Canonicos confessiones audire fidelium, vi solius tituli canonicatus, absque ulla delegatione aut approbatione episcopi, more parochorum, et hoc referri ad tempus immemorabile.

*a)* Hoc enim asserunt 7 testes ex his qui a Capitulo producti sunt, scilicet iidem illi qui supra nominati sunt, ubi de praedicatione; hi enim omnes dicunt Canonicos audire confessiones fidelium, absque ulla delegatione aut approbatione episcopi, et eo ipso quod sunt canonici et vi sui tituli canonicalis; hi etiam omnes dicunt hoc referri ad tempus immemorabile; praeter comitissam Mariam Martina, quae non loquitur nisi de 40 aut 50 annos.

*b)* Hoc etiam asserunt plerique Canonici, qui testantur Canonicos audire confessiones fidelium vi solius tituli canonicatus, et absque ulla

approbatione aut delegatione episcopi, quoad potestatem ordinariam absolvendi; nam pro absolutione reservatorum, recipiunt ab episcopo, sicut ipse Archipresbyter et omnes parochi, folium consuetum vulgo *patentino,* quod his omnibus tribuit facultatem absolvendi a reservatis. Verum est in hoc folio, quod etiam conceditur sacerdotibus simplicibus, contineri etiam in genere facultatem audiendi confessiones in dioecesi; sed inde non sequitur Canonicos habere ex hoc folio facultatem illam ordinariam absolvendi ; alioquin sequeretur etiam parochos vi huius folii pollere potestate absolvendi in propria parochia a casibus ordinariis, quod est falsum. De facto ergo folium istud non concedit Canonicis nisi facultatem absolvendi a reservatis. Ita asserunt Rev. canonici Martini, Iosephus Savio, Fidelis Savio, Peretti, Allemandi, Giletti, addentes se audivisse semper ita factum fuisse.

Quoad tres alios Canonicos scilicet Rev. Baralis, Perassi et Vigna, cum legissent in praedicto folio *patentino,* concedi facultatem audiendi confessiones fidelium in dioecesi, putaverunt et dixerunt se pollere facultate absolvendi vi delegationis episcopi. Quoad Rev. canonicum Allais, Poenitentiarium, dixit se confessiones audire uti Poenitentiarium, et ideo iure communi; nihil autem dixit de facultatibus aliorum Canonicorum; unde eius testimonium non venit ad rem.

Attestatio autem praedictorum testium sive capitularium sive extracapitularium, qui dicunt Canonicos audire confessiones fidelium vi solius tituli canonicatus, magnum robur recipit ex adiuncto, quod scilicet Canonici, quando audiunt confessiones fidelium in Cathedrali, aut etiam confessiones aegrotorum in civitate, censentur praesentes in choro, ad omnes effectus iuris (ita testes Rev. Antonini, et canonici Fidelis Savio, Peretti et Giletti); hoc enim demonstrat Canonicos audire confessiones ex quodam iure parochiali, quia, ut supra dictum est, quod aliquis canonicus, munere aliquo parochiali fungens in cathedrali, habeatur uti praesens in choro, hoc privilegium est solius vicarii curati.

Et haec canonica conditio Capituli, quoad confessiones audiendas, retroascendit ad tempus immemoriale; hoc enim probant tum depositiones praedictorum testium, sive capitularium, sive extracapitularium, qui id expresse asserunt, tum duo illa documenta, iam supra allegata ubi de praedicatione, scilicet manuscriptum, cui titulus *Memorie spettanti all'ufficio, etc.,* et alterum documentum, in quo referuntur acta visitationis pastoralis episcopi Lovera. In primo documento quod refertur ad annos 1814-1829, sic legimus: « Qualunque dei signori Canonici che « manchi ah"officiatura per amministrare il sacramento della Penitenza « alii ammalati, oppure per assistere moribondi, ed anche confessando

« solo nella chiesa cattedrale, seppure non li tocca l'assistenza od alla « messa cantata od al vespro, resta presente al Coro » (Nova doc., p. 40). Et in altero documento, quod refertur ad annum 1798, post verba supra relata, sic legimus: «...tutti quelli, i quali, benché assènti, sono coii- « siderati come presenti, cioè ... quelli, che nel tempo dei divini uffìzi « debbono assistere al confessionale; quelli che si trovano occupati in « servizi immediati della parrocchia » (Nova doc. p. 41).

Et haec omnia maiorem lucem et confirmationem adhuc recipiunt ex attestatione duorum officialium Curiae Salutiarum, qui declarant se numquam dedisse Rev. Canonicis quamlibet scriptam delegationem, approbationem aut licentiam audiendi confessiones fidelium ; solere quidem ipsis tradi folium consuetum, vulgo *patentino,* sed solum pro casibus reservatis, eodem prorsus modo quo idem folium traditur parochis et Archipresbytero ; qui officiales addunt « essere tradizione nella « Curia che i Canonici perchè Canonici, hanno per ciò stesso la facoltà « ordinaria per le confessioni, ed in questo la Curia li tiene eguali al « canonico Arciprete»; in fine declarant se audivisse ita semper, tempore elapso, factum fuisse in Curia.

Ceterum notum est iurisdictionem etiam in foro interno et sacramentali oriri posse ex consuetudine et praescriptione, uti docent Pirhing, in tit. *De Poenitentiis et remissionem,* n. 36; Schmalzgrueber, in eumd. tit. n. 40 ad 4; Pichler in eumd. tit. n. 5, circa finem, etc.; et tradunt etiam aut supponunt communiter Moralistae ; v. g. S. Alphonsus, libro Vi, n. 564, 573; Ballerini Palmieri, *Opus Morale, de Poenitentia,* n. 626; Bucceroni, *Institutiones Theologiae Moralis,* t. II, n.'771, 775, etc.

Contra hanc demonstrationem obiicit patronus Archipresbyteri, non testes a Rev. Archipresbytero productos, quia de confessione non fuerunt interrogati, sed textum Synodi dioecesanae, tit. 19, *De Canonicis,* ubi dicitur «... alacri et prompto animo, ut usque nunc, verbum Dei «praedicent et sacramentales confessiones excipiant»; quae difficultas eodem modo solvitur, quo supra eadem difficultas pro praedicatione.

Unde quod attinet ad quatuor capita in Rotali Instructione proposita, scilicet celebrationem missae exsequialis, benedictionem domorum, officium praedicandi, et audiendi confessiones, dicendum est Rev. Capitulum revera demonstrasse consuetudinem seu praescriptionem immemorabilem ad ea iura vindicanda necessariam. Imo addendum est has quatuor, ut ita dicam, praescriptiones particulares, sese mutuo adiuvare et corroborare, ita ut si quid forsan minus rigorose probatum sit in una, lucem et confirmationem recipiat ab alia; hae enim quatuor praescriptiones ad unum aliquid tendunt, scilicet ad hoc quod Rev. Capitulum ali-

quam partem curae actualis exerceat, modo *privative* ad Archipresbyterum (celebrationem missae exsequialis et benedictionem domorum), modo *cumulative* cum illo (praedicationem et auditionem confessionum).

Nec dicatur praefatam praescriptionem immemorabilem non fuisse pacificam, sed fuisse turbatam saeculo decimo octavo, v. g. quando archipresbyter Balbis contra Capitulum vindicavit iura parochialia, et ideo praescriptionem illam non posse attendi. Non enim omnes actus contrarii praescriptioni immemorabili vim huius praescriptionis infringunt, sed tantum illi qui fiunt *intra spatium centum (aut circiter) ultimorum annorum*, ad quos se referre potest memoria hominum viventium; quoad enim illos actus praescriptioni contrarios, qui ultra hoc spatium centum annorum peracti sunt, nullo modo infringere aut minuere possunt vim praescriptionis immemorabilis; quia praecise haec longissima et centenaria quies, de qua deponunt testes (partim de visu, partim de auditu), praesumere facit, post actus illos contrarios, omnia ad pacem composita fuisse vel ex legitima concordia> vel ex indulto Apostolico, ita ut, secundum doctrinam canonistarum, et plurimas S. Rotae decisiones, immemorabilis praescriptio sit *melior titulus de toto mundo.* Quod autem actus praescriptioni contrarii, ultra centum annos facti, praescriptione immemorabili non noceant, iam docuerant Innocentius IV in cap. *Veniens*, in fine tituli *De Verborum significationibus*, n. 2 in fine, et Speculator, lib, II, in part. *De Probationibus*, n. 29, in fine, ex quibus et pluribus aliis doctoribus, S. Rota dictam doctrinam semper tenuit, v. g. in *Recentioribus*, dec. 491, n. 9, P. iii; dec. 56, n. 19, 20, P. VII; dec. 421, n. 10, P. XVIII, t. 2; dec. 193, n. 17-18, P. XVII, tit. i; dec. 168, n. 39, P. X.

Nec dicatur praescriptionem, quantumvis immemorabilem, nullius esse valoris, ubi constat de titulo vitioso ; hic autem constare de titulo vitioso, scilicet dé invalida transactione anni 1493, ex qua orta est tota illa participatio curae actualis quam sibi vindicat Capitulum.

Ad melius intelligendam solutionem huius difficultatis, sciendum est revera inter Capitulum et primum archipresbyterum, Bartholomaeum Vacca, intercessisse transactionem de cura animarum ; quam transactionem acceptavit, anno 1490, secundus archipresbyter Antonius Vacca, qui hoc anno fratri suo, dicto Bartholomaeo, successerat. De hac autem transactione, ut stabilis fieret, deliberavit Capitulum die 14 decembris anni 1493 (Summ. Capit. n. 83-84). Exitus huius deliberationis sic exhibetur in Actis capitularibus (ibid. cit. n. 84) : « Dominus Archipresby-
« ter… praesente Capitulo, informatus de dicta remissione (officii curae)
« per dictum quondam praedecessorem Archipresbyterum facta, sub
«eadem reservatione dignitatis, quae sibi salva semper maneret, illam

« continuando approbavit et amplexus fuit, beneplacito semper Sedis « Apostolicae et alterius superioris salvo; imo et ex nunc remisit dictam « curam, suam exonerando et conscientiam Capituli onerando, hac media « tamen conditione adiecta, quatenus Capitulum faciat cum effectu quod, «infra annum proxime sequentem, S. Sedes Apostolica remissionem « praesentem admittat et confirmet, exonerando ipsum dominum Archi« presbyterum ab onere dictae curae. Et casu quo hoc non obtine« retur a S. Sede, et non liberaretur ipse dominus Archipresbyter ab « onere dictae curae, transacto dicto anno, sint partes et quaelibet earum « in terminis primaevis, prout erant ante praesentem conventionem et « remissionem. Et ita his mediantibus, ac modo et forma praedictis, ex « nunc remisit dictam curam, et consensit se ita exonerari ».

Agebatur ergo de cura seu de officio curae, pure et simpliciter, et proinde de tota cura actuali, quam Archipresbyter, vi huius transactionis, remittere intendebat in manus Capituli; hoc enim tempore, Capitula aliaque Collegia, quibus concredita erat aliqua parochialis ecclesia, adhuc solebant curam' actualem exercere vel collegialiter, vel per canonicos ad turnum, vel alio modo.

Utrum autem praefata anni 1493 transactio a S, Sede approbata fuerit, nec ne, incertum prorsus est; probabilius videtur eam non fuisse umquam approbatam, tum quia de hac approbatione nullum est vestigium, tum quia revera Archipresbyter non videtur fuisse unquam exoneratus a cura animarum; unde ista transactio remansit invalida.

Verum, nullo modo constat hanc transactionem fuisse originem praescriptionis centenariae de qua agimus; potuit enim oriri ex aliis causis, sicut quaelibet aliae praescriptiones contra iura episcoporum aut parochorum; nec est necesse ut Capitulum doceat de vera origine seu titulo suae praescriptionis; haec enim praescriptio, eo ipso quod est immemorabilis, constituit per se ipsam titulum, et titulum validissimum, imo, ut dictum est, meliorem titulum de toto mundo. Cum ergo non constet de titulo vitioso praescriptionis de qua agimus, huic standum est, et sic soluta manet supra obiecta difficultas. Ceterum Capitulum iura, de quibus agitur, non vindicat vi illius transactionis, bene vero vi praescriptionis immemorabilis.

Unde ad dubium secundum praefatum Domini respondendum censuerunt: *Archipresbytero competere curam actualem universam, salvis tamen iuribus et officiis a Capitulo vi consuetudinis imniemorabiUs praescriptis, inter quae adnumeranda sunt celebratio missae exsequialis praesente cadavere, benedictio domorum in diebus paschalibus, ius providendi praedicationi parochiali impedito Archipresbytero, ius audiendi fidelium*

*confessiones in parochia.* Qua in re iidem Domini declarant suae intentionis non esse ut determinentur omnes et singuli actus parochiales quos Capitulum peragere queat, sed tantum praedictos indicare, ut responderi possit ad dubium propositum. Porro, quoad eam curae partem, quae remansit Archipresbytero, et in qua nihil praescripsit Capitulum, hanc Archipresbyter exercet independenter a Capitulo, cum ipsi cura animarum immineat, non vi delegationis a Capitulo datae, sed vi ipsius Bullae, qua erecta fuit Collegiata.

DE TERTIO DUBIO.

*An Archipresbyter habendus sit verus parochus, et parochiam exclusive a Capitulo repraesentare possit.*

Hoc dubium duas habet partes: 1) An Archipresbyter habendus sit verus parochus ; 2) An parochiam exclusive a Capitulo repraesentare possit.

Quoad *priorem partem,* solutio patet ex dictis. Secundum enim ea quae supra probata sunt, in ecclesia parochiali Salutiarum erecta in collegiatam, cura habitualis est in Capitulo; cura autem actualis, vi Bullae erectionis, annexa est Archipresbyteratui et quidem, vi istius annexionis, tota cura actualis imminet .Archipresbyteratui, licet, vi praescriptionis immemorabilis, Capitulum legitime sibi vindicet et exerceat aliquam huius curae actualis partem. Porro, in stricto et rigoroso sensu, quando cura parochialis dividitur in curam habitualem, quae remaneat penes Capitulum, et curam actualem, quae alicui clerico determinato commissa sit, nomen *parochi* reservatur Capitulo seu Collegio, quod inde dicitur *parochus principalis* seu *habitualis;* nomen vero *vicarii curati* datur presbytero curam actualem exercenti. Verum, in sensu latiori, hic etiam vicarius curatus est parochus, quia exercet curam animarum nomine proprio, et non vice aut nomine alterius; revera, in nostro casu, Archipresbyter curam actualem non exercet vice aut nomine Capituli, sed nomine proprio ; eam enim habet curam, ut supra dictum est, non ex delegatione Capituli, sed ex ipsa Bulla erectionis Collegiatae, et vi propriae dignitatis Archipresbyteralis, cui dicta Bulla curam animarum imminere decrevit; unde, quoad curam actualem, non est vicarius Capituli, sed presbyter eam proprio nomine exercens, et ideo parochus. Ut enim ait Bouix, *De parocho,* part I, sect. 3, cap. 1: «Cura actualis, « modo ex obligatione, nec non proprio nomine exerceatur, et cum reei- « proco parochianorum ligamine, verum efficit et constituit parochum ». Cum tamen haec appellatio *parochi,* in hoc sensu, sit lata et minus rigorosa, hinc factum est ut, in actis publicis aut quasipublicis, Archipresbyter Salutiarum rarissime nomine *parochi* fuerit insignitus.

Quoad *alteram partem* huius tertii dubii, scilicet utrum Archipresbyter parochiam exclusive a Capitulo repraesentare possit, solutio etiam patet ex dictis. Iure enim naturali simul et canonico ille solus repraesentare potest aliquam communitatem, et in genere aliquod ens iuridicum, qui est caput eius; sic episcopus repraesentat dioecesim, abbas aut praelatus monasterium, decanus capitulum, rector collegium, etc. Atqui, Salutiis, caput parochiae cathedralis non est Archipresbyter, sed Capitulum", in quo residet cura habitualis et rectoratus ecclesiae, ut infra etiam dicitur in dubio quarto. Revera decursu saeculorum, ut dictum est in dubio primo, semper Capitulum repraesentavit parochiam coram auctoritate ecclesiastica et civili, coram tribunalibus quibusvis, coram Regularibus, aliis parochiis, confraternitatibus, et cuiuslibet communitatibus.

Unde, ad dubium tertium Domini respondendum censuerunt:

Ad primam partem: *Provisum in I et II;* ad secundam partem: *Negative.*

DE QUARTO DUBIO.

*An et quomodo regimen ecclesiae cathedralis competat Capitulo vel Archipresbytero in casu?*

Pariter solutio huius dubii patet ex supra dictis. Cum antiqua parochialis ecclesia Salutiarum erecta fuerit in collegiatam, transiit in dominium Collegiatae, sicut omnia bona et iura eius, ut dictum est in dubio primo ; unde Collegium seu Capitulum factum est verus et solus Rector ecclesiae; et ideo regimen et administratio huius ecclesiae pertinent ad Capitulum. In casu simili Pignatelli, cit. Cons. ,50, cum probasset, in Collegiata parochiali, curam habitualem, de iure communi, pertinere ad Capitulum, transiens ad regimen huius ecclesiae, sic ait, n. 8: « Quo vero ad regimen et administrationem ecclesiae, Capitulum « pariter fundat suam intentionem in eo quod est rector sive parochus, «et sic regendi et administrandi cura ad ipsum de iure pertinet, ut «per Rotam etc. ».

Nec dicatur, in nostro casu, Archipresbyterum esse etiam parochum et rectorem, et ideo ad ipsum spectare regimen ecclesiae. Nam non est parochus nisi in lato sensu, ut supra dictum est, et non est proprie *rector ecclesiae,* sed tantummodo *rector curae animarum,* ut verbis S. Rotae utamur in dec. 316, n. % P. IV, t..% inter *Recentiores,* aut rector animarum, ut ait Pichler, in tit. *De Officio vicarii,* n. 15.

Igitur quidquid respicit regimen et administrationem ecclesiae, non solum quoad functiones capitulares, sed etiam quoad cultum divinum,

celebrationem officiorum, curam et dispositionem sacrae supellectilis, etc., hoc totum pertinet ad Capitulum ; Archipresbyter autem ordinare et administrare nequit nisi curam actualem; aut modo praecisiori, in nostro casu, illam partem curae actualis quam sibi retinuit, uti matrimonia, baptismata, catechismos, etc.

Et hoc plene confirmat observantia antiqua et constans in Collegiata Salutiarum, uti patet ex Summario Capituli.

Si enim agatur de sacra ecclesiae supellectili, ipsum Capitulum délibérât et ordinat; v. g. sacram supellectilem recognoscit, de ea custodienda regulas praescribit, de ea vendenda aut alias alienanda, in casu publicae necessitatis, délibérât, disponit de sedibus et scamnis; de organo rendendo curat (Summ. Capit., n. 54, 61, 62, 65,.67, 68, 69, 70, 72, 73, 80); usum capellarum ecclesiae, confraternitatibus vel privatis familiis assignat (ibid. n. 60, 63).

Si agatur de fabrica et reparatione ecclesiae, ipsum Capitulum percipit oblationes, colligit taxas, facit expensas (Summ. Capit., n. 56, 57, 58, 61, 66).

Quando rectores confraternitatum aut alicuius operis pii officia divina, missas, conciones habere sibi proponunt in ecclesia, rem agunt cum Capitulo (ibid., n. 55, 63, 76).

Si agatur de ordine aut disciplina generali ecclesiae, v. g. quoad ordinem missarum, horam divinorum officiorum, aperturam portarum ecclesiae, etc., semper ipsum Capitulum délibérât et statuta condit (ibid., , n. 71, 74, 75, 77, 79).

Si agatur de ordine et assignatione sedium confessionalium in ecclesia, ipsum Capitulum omnia disponit, et, opera Archidiaconi, varias sedes assignat singulis confessariis, ut passim, in processu suppletivo, deposuerunt testes, sive capitulares, sive extracapitulares (Summ, secundum pro Capit).

Et hoc probe norunt episcopi Salutiarum, qui, quando consilia, hortationes aut ordinationes, quoad supradicta, intimare volunt, rem habent cum Capitulo (Summ. Capit., n. 51, 78).

Unde clarum est, cum Capitulum sit rector ecclesiae, ad illud pertinere regimen et administrationem ecclesiae; cum autem Archipresbyter non sit rector nisi curae actualis (nec universae, in casu) ad illum pertinere tantummodo ordinationem harum functionum quas sibi retinuit, nullo vero modo regimen ecclesiae.

Itaque ad dubium quartum Domini responderunt : *Regimen ecclesiae Competere Capitulo pure et simpliciter.*

DE QUINTO DUBIO.

*An Archipresbyter habeat ius residendi in domo ecclesiae cathedrali adiacenti, eamque domum ad usum habitationis aptandi suis sumptibus, et independenter a Capitulo?*

Notandum in hoc dubio agi de *iure* Archipresbyteri residendi in domo ecclesiae cathedrali adiacenti. Responsio ergo facilis est: Archipresbyter enim nullum prorsus documentum, et nullam invocat possessionem, quo constare faciat de dicto iure.

Imo omnia demonstrant praefatam domum, sic dictam *plebaniam,* esse in dominio et administratione Capituli. Uti enim constat ex documentis in Capituli Summario et Summario additionali (Summ. n. 86, 87, et Summ. Addit., n. 7, 8, 9), Capitulum, anno 1607, hanc plebaniam in emphyteusim concessit ipsi Archipresbytero ; cum autem hic leges et conditiones in contractu emphyteusis contentas non servaret, Capitulum revocavit illam emphyteusim (an. 1608), et de plebania recuperanda contra Archipresbyterum deliberavit (an. 1609). Recuperatam plebaniam Capitulum in locationem dedit episcopo Salutiarum anno 1643. Tandem, post varias vicissitudines, anno 1853, cum Archipresbyter in domo sic dicta *Casa Minaudi* habitaret, episcopus, cupiens ut potius in plebania, Cathedrali proxima, sedem tigeret, egit apud Capitulum ut locus habitationis, sub certis conditionibus et compensationibus, Archipresbytero in plebania concederetur « con assegnargli un appartamento nel fabbri- « cato detto della Pievania di spettanza del Rmo Capitolo » (Summ. Capit., n. 87). Haec quidem Episcopus; adeo clarum erat et notorium plebaniam omnino pertinere ad Capitulum, et Archipresbytero nullum ius competere ibidem propriam habitationem constituendi.

Unde ad dubium quintum respondendum Domini censuerunt: *Negative.*

His ergo omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, ad dubium propositum : *An sententia Rotalis diei 2 septembris anni 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu :* respondendum decrevimus: Ad primam partem *Negative;* ad secundam partem: *Rotalem sententiam esse respective infirmandam vel reformandam secundum responsiones infrascriptas ad singula quinque dubia in priori instantia concordata :*

I. An, quibusque sub limitibus cura animarum habitualis competat Capitulo vel potius Archipresbytero in casu. R. « Ad primam partem

*Affirmative seu curam habitualem competere Capitulo pure et simpliciter:* ad secundam partem, *Negative.*

IL An Archipresbytero in casu competat cura actualis universa, exclusive et independenter a Capitulo exercenda. R. *Archipresbytero competere curam actualem universam, salvis tamen iuribus et officiis a Capitulo vi consuetudinis immemorabilis praescriptis, inter quae adnumeranda sunt celebratio missae exsequialis praesente cadavere, benedictio domorum in diebus paschalibus, ius providendi praedicationi parochiali impedito Archipresbytero, ius audiendi confessiones fidelium in parochia.*

III. An Archipresbyter habendus sit verus parochus, et parochiam exclusive a Capitulo repraesentare possit. R. Ad primam partem, *Provisum in I et II;* ad secundam partem, *Negative.*

IV. An et quomodo regimen ecclesiae cathedralis competat Capitulo, vel Archipresbytero in casu. R. *Regimen ecclesiae competere Capitulo pure et simpliciter.*

V. An Archipresbyter habeat ius residendi in domo ecclesiae cathedrali adiuncta, eamque domum ad usum habitationis aptandi suis sumptibus, et independenter a Capitulo. R. *Negative.*

Sic ergo ad omnia dubia supradicta respondendum decernimus, declaramus et definitive sententiamus, et sententiam Rotalem diei 2 septembris anni 1911, secundum has responsiones infirmamus, vel respective reformamus, infirmatamque vel respective reformatam declaramus. Quod attinet ad expensas, eas volumus inter partes haberi compensatas, tum in hac, tum in priori instantia.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Ref.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis, exstitura sint.

Romae, 1 iulii 1913.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Franciscus Heiner.
Joannes Prior.

L. © S.

Ex Cancellaria, 28 iulii 1913.
Sac. T. Tani, *Not. S. R. Rotae.*

# SIGNATURA APOSTOLICA

Causae *reservatae,* quorum recursus, iuxta *Legem propriam,* can. 40, reiecti sunt, tamquam fundamento boni iuris destituti:

ANDRIBN. *Restitutionis in integrum et iurium* (Decretum diei 25 aprilis 1913).

VARSAVIEN. *Separationis,* seu *nullitatis sententiae rotalis* (Decretum diei 19 maii 1913).

Romae, ex Cancellaria supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis, die 1 februarii 1914.

iosephus adv. Fornari, *S. T. A.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## S. CONGREGAZIONE DEI SACRAMENTI.

### AVVISO DI CONCORSO.

Si notifica che nella sacra Congregazione per Ja disciplina dei Sacramenti avrà luogo il concorso ad nn posto di Ufficiale minore, per esame scritto, che si terrà il giorno ***Vi*** marzo alle ore 8 aut.

Quegli ecclesiastici, che desiderassero prendervi parte, dovranno, entro un mese dalla data del presente avviso, esibire nella Segreteria di detta Congregazione la domanda, corredata dei titoli necessarii per l'ammissione.

Roma, 5 febbraio 1914.

Filippo Giustini, *Segretario.*

# SEGRETERIA DI STATO.

## NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

*17 gennaio 1914.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, *Protettore dell'Ordine Eremitano di sant'Agostino.*

*18 gennaio.* — Il medesimo signor cardinale Ferrata, *Protettore dell'Istituto delle Ancelle del sacro Cuore di Gesù.*

— L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli del sacro Cuore.*

— L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Protettore dell'Ordine dei canonici regolati, Premonstratensi.*

— Il rev. padre Nazzareno Bergs, benedettino della Congregazione Cassinese, *Consultore della sacra Congregazione dei Religiosi.*

*19 gennaio.* — Il rev. padre Girolamo Mileta, dell' Ordine dei Minori Conventuali, *Consultore della sacra Congregazione dei Riti.*

*20 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Antonio Agliardi, *Presidente dell'Accademia cattolica di Religione in Roma.*

*21 gennaio.* — Mons. Giulio Serafini, vescovo tit. di Lampsaco, *Consultore della sacra Congregazione del Concilio.*

*22 gennaio.* — Gli Emi signori cardinali Ottavio Cagiano de Azevedo e Diomede Falconio, *Membri della commissione cardinalizia per V Opera della preservazione della Fede in Roma.*

*23 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, *Protettore della società dei Missionari d'Africa.*

*24 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, *Protettore della pia società di San Giuseppe.*

— Mons. Antonio Grasselli, arcivescovo tit. di Larissa, *Commendatore di Santo Spirito.*

*25 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, *Protettore dell'Ordine degli Agostiniani scalzi della Congregazione d'Italia e Germania.*

— L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore dell'Istituto del preziosissimo Sangue.*

*26 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore dell' Istituto delle Figlia di sant'Amia.*

*27 gennaio.* — L'Eiño signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore della Congregazione delle Religiose di S. Giuseppe, sotto la protezione dell'immacolata Madre di Dio.*

*31 gennaio.* — L'Emo signor cardinale ibitonio Vico, *Protettore dell'Istituto della sacra Famiglia di TJrgel.*

*31 gennaio 1914.* — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore delle Religiöse Francescane del santissimo Sacramento di Lemberg.*

*1 febbraio.* — Gli Emi signori cardinali Benedetto Lorenzelli e Antonio Vico, *Membri della sacra Congregazione degli Affari ecclesiastici straordinari.*

— Mons. Eugenio Pacelli, *Segretario della stessa sacra Congregazione.*

— Mons. Pacifico Massella, *Segretario delle Lettere Latine.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Protonotarii Apostolici* ad instar participantium:

*6 gennaio 1914.* — Mons. Ignazio Panak, dell'archidiocesi di Olmütz.

*10 gennaio.* — Mons. Leonardo Rendi, I. e R. vicario castrense, dell'archidiocesi di Vienna.

*21 gennaio.* — Mons. Abele Baimaceda, decano della cattedrale, e Mons. Isidoro Fernandez, vicario generale della diocesi di S. Giovanni di Cuyo.

*'Prelati Domestici di S. S.:*

*16 dicembre 1913.* — Mons. Francesco Saverio Konrad, della diocesi di Passavia.

*3 gennaio 1914.* — Mons. Valentino Li va, arciprete della collegiata di Cividale nell'archidiocesi di Udine.

*6 gennaio.* — Mons. Roberto Neusen!, canonico onorario delia cattedrale di Brünn.

*8 gennaio.* — Mons. Nicola Minadeo, arciprete di Ripalmiosani, diocesi di Boiano.

*10 gennaio.* — Mons. Marcello can. Henry, vicario gen. della dioc. di Verdun.

*13 gennaio.* — Mons. Giovanni Trémoulhéae, e Möns. Guglielmo Binet des Roys, canonici onorari dell'archidiocesi di Lione.

*16 gennaio.* — Mons. Giovanni can. Georgiu, vicario generale della diocesi di Armenopoli.

— Mons. Romano Goebel, vicario generale dell'archidiocesi di Gnesna.

*1.8 gennaio.* — Mons. Emanuele Norberto López, della diocesi di Cordoba (Argentina).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

*Camerieri Segreti soprannumerarii di S. S. :*

*10 gennaio 1914.* — Mons. Pietro Antonio Francesco Thier, della diocesi di Harlem.

*12 gennaio 1914.* — Mons. Stanislao Krzeszkiewicz, vice rettore del seminario di Gnesna.

*18 gennaio.* — Mons. Costantino Fantini, del clero romano.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :*

*27 dicembre 1913.* — Mons. Antonio Serafini, dell'archidiocesi di Udine.

*7 gennaio 1914.* — Mons. Augusto Savels, dell'archidiocesi di Colonia.

*10 gennaio.* — Mons. Adriano Hermus, della diocesi di Bois-le-Duc.

*22 gennaio.* — Mons. Desiderio Demény, dell' archidiocesi di Strigonia.

— Möns. Giovanni Pravedoni, della diocesi di Pavia.

— Mons. Carlo Rossi, della medesima diocesi.

*23 gennaio.* — Mons. Pietro Bonfiglietti, della diocesi di Tivoli.

— Mons. Felice Piersanti, della medesima diocesi.

*24 gennaio.* — Mons. Gaetano Labruna, della diocesi di Avellino.

— Mons. Nicola Pétrone, della medesima diocesi.

*Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:*

*lo gennaio 1914.* — Il sig. Paolo Malafosse, della diocesi di Montpellier.

*21 gennaio.* — Il sig. Lucio Suttor, dell'archidiocesi di Parigi.

## ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

*ha Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*18 gennaio 1914.* — Al sig. conte Samuele Festetics de Tolna, della diocesi di Lavant.

*La Commenda dell'Ordine Piano:*

*6 gennaio 1914.* — Al sig. cav. Luigi Mouton, antico capitano degli zuavi pontifici.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*3 gennaio 1914.* — Al sig. Winando van der Waarden, della diocesi di Bois-le-Duc.

*20 gennaio.* — Al sig. Francesco Schüller, dell'archidiocesi di Colonia.

*Il Cavalierato dell'Ordine Piano:*

*6 gennaio 1914.* — Al sig. Giorgio de Cadoudal, antico sergente degli zuavi pontifici.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*20 dicembre 1913.* — Al sig. prof. Giuseppe Peters, direttore dell'ospedale di Caiffa.

— Al sig. Erasmo Giorgi, domiciliato a Viterbo.

*31 dicembre.* — Al sig. Enrico Hellemans, dell' archidiocesi di Malines.

*3 gennaio 1914.* — Al sig. Patrizio Giuseppe Duffy, dell'archidiocesi di Westminster. *

*8 gennaio.* — AI sig. Giuseppe Barrai, dell'archidiocesi di Chambéry.

*13 gennaio.* — Al sig. Giacinto Peralta Ramos, della diocesi della Piata.

*14 gennaio.* — Al sig. Pietro Giuseppe Matteo Aalberse, della diocesi di Harlem.

— AI sig. conte Giuseppe de Brouckhoven de Bergeyck, deli' archidiocesi di Malines.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*25 gennaio.* — Al sig. Giulio Motte, della diocesi di Lilla.

## NECROLOGIO.

*19 gennaio 1914.* — Mons. Guglielmo Turner, vescovo di Galloway.

— Mons. Andrea Fiore, vescovo di Cuneo.

*21 gennaio.* — Mons. Giuseppe di Gesù Guzman, vescovo di Tamaulipas nel Messico.

*30 gennaio.* — Mons. Salvatore Tolu, arcivescovo di Oristano.

*31 gennaio.* — L'Emo signor cardinale Casimiro Gennari, Prefetto della sacra Congregazione del Concilio.

Annus VI. - Vol. VI. Die 24 Februarii 1914. Num. 3.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. X

## EPISTOLA.

AD IOSEPHUM M. GARDÍNALEM MARTIN DE HERRERA, COMPOSTELI,ANORUM ARCHIEPISCOPUM, VICESIMUMQUINTUM ANNIVERSARIUM AB INITO EPISCOPATU COMPOSTELLANÖ PROXIME CELEBRATURUM.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Munus quo Nos, Deo volente, immerito fungimur est sane eiusmodi ut quaecumque uspiam fratribus ac filiis eveniunt laeta tristia, ea Nos intima quadam communicatione sentiamus ut Nostra. Et laeta sunt profecto quae animum Nostrum ad te in praesentia convertunt, sollemnia nempe ob memoriam initi, abhinc vigintiquinque annos, episcopatus in ista honoris tui sede : quae sollemnia tam consentiente Cleri populique voluntate apparari accepimus, ut et eorum erga te pietatem et tuam pastoralis officii diligentiam maxime commendent. Nolumus igitur in tanto gratulantium concentu vox Nostra desit: nolumus Nostrae caritatis officia desiderentur. Iam vero is est Noster in te atque in tuos amor, ut haec tibi iucunda, illis velimus esse frugifera. Quare habeas tu quidem a Nobis, dilecte Fili Noster, gratulationes ac vota: habeant illi caelestium auspicem bonorum Papalem benedictionem, cuius rite et usitato more semel impertiendae, recurrente anniversario die quem supra memoravimus, tibi facimus libentissime potestatem. Tibi autem gratiae suae dona Deus largiatur ubertim, eaque conciliet apostolica benedictio, quam tibi, dilecte Fili Noster, peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxxi ianuarii MGMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS).

## DECRETUM

DE INDULGENTIIS ET PRIVILEGIIS EXPOSITIONI SSMI SACRAMENTI ADNEXIS.

Augetur in dies, auspicatissimo fervore, fidelium desiderium, publice expositum adorandi Ssmum Eucharistiae Sacramentum, eadem mente qua iam vetus, a XL Horis nuncupatum, institutum almae Urbis ordinatur, et non dissimili apparatu. Attamen plurimae solent ad Apostolicam Sedem supplicationes porrigi, ut a Glementinae, quam vocant, Instructionis, ad rem datae, nonnullis conditionibus dispensetur, pro rerum locorumque adiunctis, praesertim vero ut nocturno tempore oratio et expositio ipsa interrumpatur, sive consuetis servatis indulgentiis ac privilegiis, sive novis peculiaribus attributis. Hisce mature consideratis SS. D. N. Pius div. prov. Pp. X, quamvis summopere exoptet ut res iugiter ad tramitem Glementinae Instructionis componatur, maiori tamen prospicere volens fidelium emolumento, et ampliori cupiens animarum in Purgatorio degentium providere suffragio, plurimorum inclinatus sacrorum Antistitum voto, de Emorum Patrum Cardinalium Generalium Inquisitorum consulto, feria V die 22 ianuarii 1914, ita decernere ac indulgere dignatus est:

I. Confirmantur indulgentiae, quae per s. m. Pium Pp. IX, die 26 novembris 1876, pro Urbanis XL Horarum, vel ad earum tramitem ubilibet habendis, expositionibus determinatae sunt, ac privilegia altarium, per s. m. Pium Pp. VII, die 10 maii 1807, concessa.

IL Permittitur tamen ut ubi exercitium XL Horarum, iudice Rmo loci Ordinario, fieri nequeat prout ab Instructione Clementina exigitur, sit satis, ad effectum indulgentiarum et privilegii obtinendum, primo die sanctissimum Sacramentum, quacumque hora matutina, vel circa meridiem, publicae venerationi in ostensorio exponere, et perdurante ipso die et per diem alterum eiusmodi expositione, ' die tertio, meridie aut de sero, Idem deponere, quamvis noctu expositio interrumpatur.

III. Si aliquibus precibus vel exercitiis, quae a memoratis differant, sive publice sive privatim in ecclesiis vel oratoriis quibuslibet peragendis, eadem adnexa sunt indulgentiae ac privilegia quae sub n. I citantur, quomodocumque concessa fuerint, penitus abrogantur.

IV. Ubi continua habetur almi Sacramenti solemnis item in ostensorio expositio, saltem per mensem, etiamsi de nocte interrupta, plenariam christifideles, confessi ac s. Synaxi refecti, et ad mentem Summi Pontificis pie orantes, indulgentiam assequi valeant, semel tantum in singulis hebdomadis; septem autem annorum et totidem quadragenarum, in alia quacumque, corde saltem contrito, peragenda visitatione. Celebrantibus vero sacrosanctum Missae sacrificium in eadem ecclesia vel oratorio, privilegio altaris, in defuncti alicuius levamen, die quolibet gaudendi esto potestas.

V. Quotiescumque demum diverso modo provisum minime sit de aliqua indulgentia acquirenda, pro quavis alia venerabilis Eucharistiae palam expositae visitatione, tribuitur, quoties haec, corde saltem contrito, peragatur, indulgentia septem annorum totidemque quadragenarum.

VI. Omnes praedictae indulgentiae, per modum suffragii, animabus in Purgatorio degentibus, ad cuiuslibet christifidelis arbitrium, applicari possunt.

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. « S.

f D. Archiep. Seleucien., *Adsessor S. O.*

# S. CONGREGATIO RITUUM

I.

## VERSALIEN.

DE BAPTISMO EXTRA ECCLESIAM COLLATO.

Rmus Dnus Episcopus Versaliensis sequentes quaestiones de administratione Baptismi a sacra Congregatione Sacramentorum ad sacrorum Rituum Congregationem transmissas pro opportuna solutione humillime proposuit:

I. An, in administratione Baptismi¡, quando imminet periculum mortis, post infusionem aquae, urgeat sub gravi Ritualis Romani praescriptum quoad unctionem Chrismatis, traditionem linteoli et cerei?

II. Quum in Versaliensi dioecesi et, uti fertur, nonnullis circumstantibus locis, obsoleverit usus addendi hos ritus in casu enunciato, nonne curandum est ut isti ritus stricte adimpleantur, et sacerdos in casu sanctum Chrisma, linteolum cereumque secum deferre atque adhibere debeat?

III. An, quando extra casum necessitatis, quum Ordinarius ob rationes ipsi expositas, licentiam concesserit administrandi domi Baptismum, urgeat praescriptio Ritualis explendi ritus unctionis Chrismatis et traditionis linteoli et cerei?

Et sacra eadem Congregatio, audito Commissionis Liturgicae suffragio, omnibus accurate perpensis, respondendum censuit:

Ad I et II. Standum Rituali Romano.

Ad III. Detur Decretum Bellunen. 17 ianuarii 1914.

Atque ita rescripsit die 23 ianuarii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

## II.

## DUBIA

### DE FESTO DEDICATIONIS ET DE OGTAVIS.

A sacra Rituum Congregatione, pro opportuna declaratione reverenter expostulatur!! est, nimirum.

I. An Festum anniversarium dedicationis omnium ecclesiarum alicuius dioeceseos ita sit intelligendum, ut, ob enunciatum Festum, singulae ecclesiae suam propriam Dedicationem celebrent?

II. An reviviscant Octavae de iure vel ex privilegio concessae Festis a die 19 ad diem 23 decembris occurrentibus, quum ipsae deinceps a Festo Nativitatis D. N. I. C. haud amplius impediantur?

Et sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, omnibus mature perpensis, respondendum censuit:

Ad I. Affirmative: nempe ut in singulis ecclesiis consecratis agatur Festum Dedicationis propriae ecclesiae.

Ad II. Affirmative.

Atque ita rescripsit, die 12 februarii 1914.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. & S. ;

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# SAGRA ROMANA ROTA

## HELIOPOLITANÁ.

### IURISPATRONATUS.

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, RR. PP. DD. M. Lega, Decanus,* Ponens, *Guilelmus Sebasiianelli et Seraphinus Manu, Auditores de turno, in causa* Heliopolitana - Iurispatronatus, *inter D.* Petrum Dib, *repraesentatum per legitimos procuratores adv. N. Ferrata et H. Benvignati, et Revmum D.* Ioannem Dib, *repraesentatum per legitimos procuratores adv. F. Solieri et T. Ambrosetti, die 22 novembris 1913, sequentem ediderunt definitivam sententiam.*

Cum Pius Pp. VII fel. rec. plura decrevisset pro instauranda ecclesiastica disciplina in monasteriis sive monachorum, sive monialium erectis in natione Maronitarum in Monte Libano, iussit quoque recognosci et firmari iura quae habebantur a patronis in monasteria iuripatronatus subiecta. Ad hoc habita est synodus in monasterio a S. Maria de *Loaisa,* in eoque edictum fuit sub die 28 octobris 1818, recognosci et ratum haberi iuspatronatus quod ad instantiam khoury (sacerdotis) Moussa Dib vindicabatur eodem decreto familiae Dib, in tria monasteria fundata in dioecesi Heliopolitana, scilicet primum in monasterium arabice nuncupatum *Saidet-eUHakU;* alterum *Mastita,* tertium *Afs,* ita dicta, haec duo postrema, a locis in quibus erecta sunt.

Antiquius et praestantius est primum monasterium Saidet-el-Haklè a quo veluti dependent cetera, quare, primo nuncupato, et alia duo comprehendi intelliguntur: [1]

Iurepatronatus concordes asserunt contendentes, eos tantum frui qui per masculinum sexum descendunt a quodam Dib qui sub initio anni 1700 vivebat in *oppido Dilepta* dioecesis Heliopolitanae; quare ab hoc stipite originem habere se asserunt qui hodierna actione iuspatronatus sibi vindicant.

Discordia autem in hoc est quia Petrus Dib qui actionem apud hunc S. O. ex commissione beatissimi Patris instauravit, contendit hunc Dib, stipitem suae familiae, tres masculos tantum genuisse, nempe: Salomonem, Heliam, Petrum; Salomonem autem obiisse absque filiis masculis; Petrum, sacerdotio auctum, coelibem semper fuisse; Heliam vero

quatuor filios masculos habuisse, scilicet Moysen, Ioannem, Genadios, et Petrum: ex his autem familiam Dib iurepatronatus gaudentem, tantum descendere.

Ex adverso, Ioannes Dib, in ius raptus penes Nos a Petro Dib, contendit Dib, stipltem familiae, non tres sed quatuor filios masculos habuisse, nempe, praeter tres ab adversario recensitos, quartum quoque, idest Ioannem, patrem Nicolai, qui genuisset Todros, Ioseph et Heliam, a quo per Heliam progeniti fuissent ii qui hodie in hoc iudicio conventi sunt, quasi extranei familiae Dib, utpote non provenientes a stipite Dib, sed a quodam Abou-Todros, cum ita nuncuparetur huius familiae stipes.

Hodierna quaestio videtur suam ducere primam originem ab instantia exhibita iam a mense decembri 1893 a sac. Gabriele Dib, patre Ioannis, hodie penes Nos in causam conventi.

De hoc supplici libello referebat S. Congr. Propagandae Fidei praeposita in litteris datis Delegato Apostolico pro Syria: tenorem autem libelli hunc fuisse describitur: nempe adducebantur « i titoli per dimostrare i « diritti di giuspatronato che la famiglia Dib ha sul convento di Saidet- « el-Haklè e sue dipendenze, ed aggiungeva che abusivamente continuava « a risiedervi il vescovo di Balbek, Mons. Mourad, per disposizione del « suo predecessore zio, Mons. Hagg, ora Patriarca. L'esponente conclu- « deva che fosse rettificata la nomina legittima del suo figlio sacerdote « Dib a superiore ed amministratore del detto convento e degli altri due «dipendenti da quello, e che si adottassero da questa S. C. analoghi « provvedimenti

Quum libellus Gabrielis Dib ad notitiam deductus fuerit Patriarchae, hic reposuit : eiusque responsionem Delegatus Syriae remisit S. Congregationi Propagandae Fidei, quae in litteris datis eidem Delegato die 2 augusti 1897, advertit: « Dall'esposizione del Dib e del Patriarca si « vede che non è chiamato in dubbio che alla famiglia Dib spetta in «verità il giuspatronato. Però Mons. Hagg nega che il sac. Gabriele « Dib, e perciò anche suo figlio Giovanni, appartengano alla discendenza « dei Dib ai quali spetta il giuspatronato »; et dein statuit: « A dirirnere « pertanto tal questione di fatto, sarei di avviso di costituire all'uopo « un tribunale, composto del Delegato Apostolico, in qualità di presi- « dente, e di due assessori. Un tal tribunale dovrebbe definire la que- « stione *ad tramites iuris,* come fu fatto nel 1818 per la divisione dei « monasteri misti e per il riconoscimento dei diritti patronati ».

Delegatus Apostolicus litteris 14 septembris 1897, adprobavit propositum sacrae Congregationis, dirimendae nempe quaestionis per tribunal ad tramites iuris: quamobrem eadem S. C. dabat ad hoc facul-

tates, ita significatas litteris diei 1 octobris 1897,nempe: « Le do piena « facoltà di costituire a nome di questa S. C. il tribunale per dirimerla « *(praefatam quaestionem)* associandosi Ella per assessori quelli che cre- « der à più capaci ed adatti all'uopo ad esclusione dei Maroniti, come « Ella stessa osserva; potendo questi essere tacciati di parzialità. Il tri- « bunale così costituito per questo unico negozio, giudicherà a tramite « di diritto e di quanto Le scrissi nella mia precedente del 2 agosto p. p. « alla quale mi rimetto interamente ».

Sententia Delegati Apostolici prodiit die 15 iunii 1900, qua excepta est petitio sac. Gabrielis Dib: edictum est nempe in'parte dispositiva: « Déclarons ... à la famille Dib à laquelle le Synode de *Loaise* a reconnu « le droit de patronage sur le couvent de Saidet-el-Haklè et ses dépen- « dences et que par conséquent le kh. Gabriel et sa famille ont les « mêmes droits et privilèges sur le susdit couvent et ses dépendences « que la famille de Mr Sander Dib ».

Actoris Patroni in suis animadversionibus referunt Alexandrum Dib ab hac sententia appellationem interposuisse ad S. Sedem, appellationem vero excipere noluisse Delegatum Apostolicum, quippe ipse nomine S. Sedis iudicaverat; unde Delegatum accusant ipsum ignorasse a delegato ad delegantem dari appellationem, prouti exploratissimi iuris est

Verum in actis non habetur documentum factae appellationis: ex textu recursus dati ab ipso Alexandro Dib ad S. G. de Prop. Fide sub die 2 septembris 1900 potius desumitur in appellationis instantia non institisse recurrentem: hic enim narrat sub die 17 iulii 1900 ipsi sententiae exemplar fuisse denunciatum et remissum: examinatis vero rationibus ob quas ipsi eadem sententia videbatur iniusta, voluntatem appellandi significasse Delegato Apostolico, et concludit, quin mentionem faciat de appellatione, « pour tous ces motifs et tant d'autres » se in propositum devenisse supplicandi S. Sedem ut sententiae revisionem concederet. At sententiae revisio concessa non fuit ipsi Alexandro Dib, qui iterum ad S. Congregationem recurrit adversus sententiae confirmationem.

Quia in suis litteris, ad S. Congregationem datis, Delegatus loquitur de appellatione et de non simplici recursu, S. Congregatio litteris diei 3 maii 1901 reposuit appellationem exceptam non fuisse: sed revera non agi nisi de appellatione extraiudiciali seu dé recursu patet ex datis; nam sententia edita est die 15 iunii et denunciata die 17 iulii 1900, posthac, die % septembris, habitus est recursus; quare non appellatio proprie dicta, sed recursus tunc tantum dari potuit.

Ast idem propositum impetendi sententiam Delegati Apostolici numquam dimiserunt eiusdem adversam, quare hi sub die 21 aprilis 1911

supplicem libellum dederunt beatissimo Patri ut dignaretur rem committere H. S. O. et Sanctissimus annuit rescripto diei 5 maii 1911. Hodierna autem controversia sub sequentibus dubitandi formulis ita proponitur: I. *An constet de nullitate sententiae Delegati Apostolici in casu;* II. *An Gabriel Dib de quo in praefata sententia fuerit revera de gente Dib quae monasterium* Saidet-el-Haklè *et alia monasteria adnexa* Afs. *et* Mastita *fundavit, ita ut ipse et alii de eius familia super his monasteriis iuspatronatus cum dicta gente* Dib *participare possit in casu.* Et quatenus negative ad secundum: III. *An patri Ioanni Dib, Gabrielis filio, aliisque de eius familia competat alia quacumque de legitima causa iuspatronatus in casu.*

Praeterea ad *factum quod attinet,* animadvertere praestat, a contendentibus documenta non exhiberi quae naturam doceant huius iurispatronatus in conventum Saidet-el-Haklè dictum, nempe an familiare seu gentilitium, agnatitium aut hereditarium sit: quomodo sit exercendum: et quibusnam activum ius aut passivum competat.

De aliis monasteriis Mastita et Afs nuncupatis quaestio non est, quia certe haec fundata sunt a familia Dib, sed censentur uti accessorium conventus principis Saidet-el-Haklè, a quo veluti mutuantur sua iura. Imo inter disputandum, dum ne videbatur quidem in dubitatione versari familiam Dib ex primigenia fundatione et dotatione sibi comparasse iuspatronatus, documentum ab ipso Petro Dib editum fuit, quod valde diversam originem huius patronatus fuisse perhibet.

Ioseph Assaf antistes qui, sede Heliopolitana vacante, vicarii munus gessit, ad instantiam Alexandri Kanaan Dib, avunculi Petri Dib, hodie penes Nos instantis, haec retulit: « La terre où est bâti le couvent de «Saidet-el-Haklè appartenait au khouri Assaf, fils du khouri Jean». Dein narrat hunc filios et filias habuisse 'qui tamen omnes vitam monasticam:, amplexi sunt, et prosequitur: «Le plus âgé entre *eue* était le « periodeuta khouri Ioseph qui partit avec sa sœur Rafea à Fendroit « constitué en legs pieux par leur père. Et là ils ont fondé un couvent « sous le vocable de la Ste Vierge *(Saidet)* et l'on donne au dit couvent « le nom de Saidet-el-Haklè». Quo anno fundatio facta sit non refert, sed narrat conventui propositos fuisse superiores de familia fundatoris usque dum is qui superior erat dicti conventus accitus fuit ad aliud monasterium administrandum, quare, uti docet testis: « Alors on a confié « la gestion des affaires du couvent Saidet-el-Haklè à l'un de ces moines « qui avait l'aptitude pour remplir cette fonction. Et les choses en « étaient restées là jusque à ce que Boutros, fils de Dib, dont la famille

« a porté le nom comme nom dë famille, eut pris l'habit monacal au « couvent de Saidet-et-Haklè. Il a excellé dans l'administration de ce «couvent. 11 a été supérieur du couvent de Saidet-el-Haklè dont il a «fort.bien administré les affaires pendant un long espace de temps. « Puis il est mort. Il a eu comme successeur Moussa etc.... », et hic texit successionem superiorum prouti hodie retexit Petrus Dib.

Sed si fides huic relationi habenda est, nullus alius titulus vel ratio adfuisset iurispatronatus in familia Dib nisi commissa administratio in primis Petro Dib, qui cum sedulo rem commissam gererét, et bene conventus patrimonium administraverit, hoc forsan augere valuit, uti bonus paterfamilias praestare debet; sed videtur hac tantum de ratione eius nepotes administrationem successivo tempore fuisse adeptos.

Hodie in novissimo documento a Petro Dib allato, fundatio controversi conventus attribuitur familiae EI Ehazen. [1]

Mens in hisce considerandis non est evertere ipsum patronatus ius quod sibi vindicant contendentes, eo magis quod in relatione facta a Ioanne Dib de suae familiae origine et iuspatronatus, quam relationem tamen reiecit uti falsam Petrus Dib¿ revera non fundatio huius monasterii attribuitur familiae Dib sed eius veluti dotatio. Praeterea synodus de Loaisa iuspatronatus familiae Dib vindicavit, idemque in dubium vocari non licet. • •

Ast in ipsa ratione facti inde infertur, nedum huius iuris ignorari certam originem, sed omnimode latere modum, ordinem quo exerceri debeat, et genus personarum quibus competat.

Cum tot et tantae incumbant tenebrae super ipso controverso iure, non est mirum si in tenebris delitescit legitima methodus qua usi patroni sint in praesentandis moderatoribus domorum conventualium, seu procuratoribus ad gerendam administrationem constitutis.

Sane uti se gessit khoury Ioseph Assaf, qui per quamdam delegationem facultatem administrandi hos conventus concessit et commisit Boutros Dib (quem contendentes, in hoc concordes, hodie exhibent uti primum procuratorem in conventu Saidet-el-Haklè constitutum in vim iurispatronatus) sibi confirmavit in suo munere successorem khoury Moussa, suum nepotem, cui iam anno 1779, actu quo se dimisit ab officio procuratoris, declaravit: « Nous cédons notre poste dans lé dit couvent « à notre neveu Cas Moussa qui nous y remplacera ».

Hic Cas, seu khoury Moussa, vice sua, per testamentum diei 1 ianuarii 1826 haec mandat: « Mon oncle paternel, le khoury Boutros « m'a remis l'administration du couvent Saidét-el-Haklè et de celui de «Mastita et de leurs propriétés. Je remets à mon tour, étant sain de

« corps et d'esprit, cette administration à mon neveu (fils de mon frère) « Gas Boutros »,

Notatu dignum est testamentum fuisse manu exaratum sacerdotis Ioseph Assaf, cuius avus, uti relatum est, conventum fundaverat, ipse vero ita apponit suam subscriptionem. « Le khoury Joseph Assaf qui a « écrit ce testament, comme il a été énoncé ». Habitusne est eius interventus ut ratam haberet concessionem administrationis factae rev. khoury Boutros ?

Nihil affirmare licet quia desunt omnino documenta quae hanc hypothesim aut reddant probabilem aut excludant.

Praeteriri non debet documentum institutionis seu nominationis eiusdem khoury Boutros, quam concedere sibi vindicat Archiepiscopus Heliopolitanus per decretum 1 februarii 1826. Inquam *institutionis,* seu *nominationis,* nam animadverterunt Domini quod Archiepiscopus explicite sibi arrogat *nominationem;* dum res fuisset de *institutione,* si hic confirmasset nominationem factam. Nominationem vero sibi arrogare videtur Archiepiscopus, respuens cuiuscumque alterius intromissionem vel Patronorum, et in specie exclusio dirigi videtur adversus testamentarias dispositiones editas superiore mense ianuario eiusdem anni supra relatas. Ita enim conceptus est hic nominationis actus. « Gomme l'administra- « tion des couvents des Religieux qui se trouvent dans notre diocèse * dépend de nous et que le mot d'ordre à y donner nous appartient, à *« nous seul,* nous avons jugé opportun de nommer notre fils Cas Bou- « tros Dib procureur du couvent, etc. ».

Proindeque in hoc Decreto non secus ac in aliis ab Ordinariis editis ante exortam hodiernam controversiam circa procuratorum nominationem, numquam sermo habetur de praesentatione, neque haec attenditur, quae procedere debuisset facta a patronis iuxta tabulas fundationis.

Ast non haberi in actis ullum documentum referens rationem praesentationis faciendae, iam adnotatum fuit; et gravius est - dixerunt Domini - neque in more fuisse patronis aliquam praesentationem faceré, cum ageretur de deputando procuratore, saltem antequam lis moveretur.

Quandoquidem primus actus nominationis certum praeseferens iurispatronatus exercitium in forma iuris, continetur in nominatione facta per nonnullos de familia Dib, nempe Faddoul Eliam, Gennadium Dib, nominantes seu praesentantes Ioannem Dib in conventuum procuratorem : quae nominatio cum nacta sit contradictores, exorta est praesens controversia.

Alius actus habetur in quo patroni ius praesentandi exercent, quum nempe anno 1853, occasione mortis Petri Dib, superioris conventuum,

conveniunt in dando mandato Eliae Gennadios Dib, ut ipse eorum nomine superiorem eligat: at hoc documentum esse supposititium mordicus contendit Petrus Dib: quam vero fidem mereatur et faciat, Domini expendent inferius.

Denique maxime in ratione facti, Domini animadvertendum esse duxerunt, quod documenta hinc inde a partibus contendentibus prolata, paucis exceptis, non habent signa authenticitatis certae et incontroversaé. Hae scripturae proinde recensenda sunt inter documenta privata quae per se non probant, nisi eorum authenticitas demonstretur, seu, uti in foro dicitur, sunt probationes probandae. Deficiente autem vel non invocata opera notariorum, publicorum officialium, ad comprobandam veritatem scripturae adhibita sunt, ut plurimum, privata sigilla cum subscriptione sigillum apponentis. Immo pluries requirere solitum fuit subscriptionem et sigillum excellentium personarum distinctum locum vel optimum nomen in populo habentium. Sed quorsum haec attestatio probat, petierunt Domini?

Reiffenstuel *de fid. Instrument,* num. 89-90, perpendens hanc speciem probationis, docet: « Scripturae seu instrumenta illa quae pro sui confir-« matione habent sigillum authenticum, faciunt plenam fidem. Ita tex. « in c. % h. t. ubi dicitur corruere instrumentum, si testes inscripti « decesserint, nisi per manum publicam seu notarium quempiam fuerit « confectum... Est autem hic notanda differentia inter sigillum authen-« ticum publicum et. privatum. Nam instrumenta publica seu publico « sigillo munita, perpetuam habent firmitatem ad damnum et commodum «utriusque partis... At vero privata instrumenta seu privato sigillo « munita, valent quidem in praeiudicium illorum qui ea scripserunt, non « vero ad commodum eorum, nisi ab adversario fuerint approbata ».

Inde factum èst ut in hodierno conflictu vicissim partes respuant documenta ab adversario allata eademque nihil valere contendant quippe non authentica. Neque facile negotium est inquisitionem instituere et recognitionem habere iudicialem de controversa authenticitate: siquidem ut plurimum agitur de actis privatis privato sigillo munitis et a privatis subscriptis, iisdemque a remoto tempore confectis: deesse proinde omnimode videntur elementa quibus innitatur iudicium de authenticitate. Hac certe de ratione, cum in audientia coram Me habita 7 augusti 1913 procurator Ioannis Dib adverso procuratori, et hic vicissim, exciperent authenticitatem documentorum exhibitarum, tamen procurator Ioannis Dib fieri recognitionem non instituit: adversus autem procurator professus est se expresse substinere exceptiones factas, ast recognitionem non expostulare, peritiamque fieri eius non interesse, fassus est.

Tunc ex officio decreta est peritia circa documentum editum anno 1854 quo khoury Moussa Dib constituitur conventuum procurator et Gas Hanna Dib, Inspector. <

De aliis nihil ex officio decernendum erat. Iisdem vero ille valor tribuetur quem merebuntur, omnibus pensatis rerum adiunctis et documentis absolute et relative comparatis; Videtur ita se cessisse, dixerunt Domini, synodus praecitata anno 1818 cum edixit, familiae Dib competere iuspatronatus, his perpensis: «Abbiamo esattamente esaminata « questa causa (oratoris khoury Moussa Dib) e constatato dai docu« menti che ci sono presentati e dalla fama pubblica e dall'uso con » tinuo... Inoltre ci presentò il nostro suddetto figlio l'atto di posses« sione della famiglia Dib del convento di Mastita fatto dal principe « Giuseppe ». Quamobrem Synodo suam sententiam non satis persuasissent scripta documenta nisi praesto fuisset et publica fama et usus continuus et actualis possessio.

Hanc regulam et nos praestituere debemus, Domini dixerunt, nostrae sententiae, cum scripta documenta certe non sufficiant. Forsan exhibita elementa probationum non erunt adeo perspicua et certa ut veritas omnimode et tute attingatur, ut contigit synodo Loazeni, quae affirmavit familiam Dib *a fundatione* conventus Saidet-el-Haklè iuspatronatus exercuisse, cum hodie e documentis hoc videtur erui et non inficiatur hodie eadem familia Dib, nonnisi progressu temporis, *aliis titulis* familiam istud esse assecutam. Sed inde seu ex eiusmodi argumentis cumulative sumptis ea desumitur certitudo moralis et relativa quae in eiusmodi negociis sufficiens est ad edendam sententiam quaestionis resolutivam.

Hisce prenotatis, modo ad dubiorum solutionem deveniendum est, quorum primum quaerit: *An constet de nullitate sententiae Delegati Apostolici in casu?* Et sententiam nullitatis vitio laborare contendunt procuratores Petri Dib:

*a)* quia non fuerunt citati ii quorum intererat sua iura coram iudicem tueri;

*b)* quia Delegatus Apostolicus solus sententiam pronunciavit, cum S. G. de Prop. Fide ei adiunxisset duos assessores;

c) quia ii qui adversabantur instantiae Ioannis Dib copiam non habuerunt sua documenta exhibendi, prout ius postulat, nec cognoscendi ea quae adversarius deduxerat.

Ad primum caput exceptionis quod attinet, Domini dixerunt, recolendum esse, defectum citationis reapse haberi substantialem etiam apud S. Rotam, quae solemne usque habuit nullum aliud vitium inducere

nullitatem in processibus, nisi hoc proveniat ex defectu citationis, mandati et iurisdictionis. Sane aliae nullitatis rationes haberi possunt, sed hae non attenduntur nisi adducatur lex specialis eam inducens, aut decretum, aut conventio legitima quae sub nullitatis conditione aliquid statuant.

Iamvero ex actis non patet quaenam forma citationis sit adhibita, seu an revera iudex in ius vocaverit omnes interesse habentes, sed in confesso est utrique parti et incontroversum habetur, fuisse citatum aut in personam aut *per edictum generale*, Alexandrum Dib, qui apud Delegationem Apostolicam se . exhibuerat iurispatronatus assertorem et vindicatorem ex parte familiae Dib originem habentis ab Elia Dib. Quia Delegato Apostolico compertum erat, non omnes de hac familia adversari Ioanni Dib, inde ratus est Alexandrum Dib vel esse solum contradictorem ex altera parte, vel certe agere etiam nomine aliorum: quare admirationem suam significat, hunc nullo mandato procuratorio esse instructum, unde deducit ipsum solum esse contradictorem, et argumentum non obscure infert ex hoc silentio in favorem Ioannis Dib, cui et praesumpti adversarii favebant. Huic admirationi autem locus non fuisset si Delegatus Apostolicus citationem dedisset in solam personam Alexandri et non potius citasset omnes interesse habentes per consuetum edictum *generale.*

Sacra Rota autem in hac materia secuta est has regulas, nempe citationem non requiri ad validitatem iudicii si ista omittatur quando qui citari debuissent habent certam scientiam litis et hanc scientiam esse iudici perspectam, ex probabilibus indiciis et coniecturis dubitari non possit: ita in dec. 466, num. 73 et seq., part. XIX, tom. II. Recent, et c. Dunozet seniore, dec. 89,'num. 5 et c. Ubaldo, dec. 450, num. 11 et dec. 685, num. *1%* quae regula eo magis viget, si iam citatus is fuerit qui habetur aliorum praesumptas procurator: id eruitur ex dec. 357, num. % part. III. Recent, et. in alia dec. inter Rec. nempe 19, num. 4-5, part. VIII, ubi firmatur regula, sufficere citationem expeditam adversus unum ex fratribus aut confratribus, cum hic habeat mandatum praesumptum.

In casu nostro autem cum controversia inter partes agitaretur cum non mediocri animorum aestu et quaestio esset annosa, iudex iure merito praesumpsit, Alexandrum agere nomine etiam aliorum contradicentium de familia, hos vero non haberi coniecit, cum eum mandato expresso instructum non vidit. Quocirca dixerunt Domini ad tramitem harum regularum et inspectis facti adiunctis nullitatem argui ex hoc capite certe non valere.

Neque ex altero capite inferri valet nullitas sententiae seu ex defectu iurisdictionis in Delegato Apostolico qui iudicare debuisset non uti iudex singularis, sed uti iudex collegialis.

Quippe S. Congregatio ei tribuens facultates mandavit eum procedere debere ad tramites iuris, et tribunal constitui iussit, deputatis duobus assessoribus. Revera dicendum esset inutile decretum et iussum constituendi tribunal, nisi delegans intendisset adiungere assessores, quasi iudices cum voto deliberativo. Siquidem Delegatus Apostolicus ex ipso iure communi recensetur inter iudices ordinarios.

Hanc conclusionem urget Petrus Dib, ut inferat sententiam nullitate laborare quia revera Delegatus solus sententiam tulit, eamdem suo nomine et solus subscribens.

Quam conclusionem probabili fundamento *iuris* niti, Domini rati sunt, infici non posse: tamen pati exceptionem, nempe Delegantem non dixisse assessores esse cum voto *deliberativo,* cum iudicio operam dare possent etiam cum voto *consultivo.* Et cum actus iam positus debeat uti validus haberi usque dum contrarium demonstretur evidenter, et hoc non evicerit contradictor, hinc etiam ex hoc reflexo principio standum esset pro valore sententiae: eo magis quod excludi absolute non potest ex actis Delegatum ita habuisse sibi significatam voluntatem Delegantis ut sufficeret assessores adhibere cum voto *consultivo.* - Sed necesse non est recurrere ad hanc indirectam quaestionis solutionem, cum in actis habeatur votum ab utroque assessore redditum, idemque conforme sit sententiae a Delegato pronunciatae, quam non ita pronunciasset praesumendus est, si adsessorum vota fuissent contraria.

Praeterea ipsa littera sententiae significat mentem fuisse Delegati obtemperare decreto S. Congr. et assessores assumere veluti iudices; testatur enim Delegatus Apostolicus, in exordio sententiae: « Nous avons « constitué un tribunal ecclésiastique à la fin d'examiner et juger le « litige en question ».

Quod tertio loco deducitur ad nullitatem sententiae asserendam, est multo infirmius argumentum. Conqueritur enim Alexander Dib in libello ad S. Congregationem de Prop. Fide dato die 2 septembris, et hodie instat Petrus Dib, sententiam non posse dici iudicialem seu vim non habere dirimendi quaestionem apud iudicem promotam, quia Alexander Dib conventus non obtinuit facultatem cognoscendi argumenta a suo adversario adducta, et hinc ea refutandi, novis quoque deductis instrumentis. Verum animadverterunt Domini, adversus hanc exceptionem in primis militare ipsam Delegati sententiam asserentem « après que les « deux parties nous ont déclaré par écrit qu'elles n'avaient plus de pièces

« à produire que celles déjà versées par elles au procès»; Alexander hoc negat perfracte, aiens: « Or nous n'avons pas du tout dit cela, ni « verbalement ni par écrit ». Quae negatio nedum fidem non meretur, cum contraria iudicis assertio tempore non suspecto in sententia facta, plenam pariat certitudinem : sed ista falsa assertio fidem detrahit eidem reo convento, dum protestatur se petiisse a iudice « de nous donner « connaissance des preuves de l'adversaire pour que nous sachions ce « qui.nous est demandé et ce qu'il faut faire à ce sujet, puisque jusqu'ici «rien nous a été communiqué »; iudicem vero petitioni non respondisse. Ast saltem ex parte hoc non esse conforme veritati ipse Dib fatetur, qui paulo ante narravit: « La Délégation Apostolique nous a commu- « nique seulement copie de;la réfutation de notre susdit recueil», seu de probationibus a se productis. Sed quomodo hae refutantur totidem in facto consistentes nisi deductis contrariis attestationibus? Quare ex responsione adversam iam ipse eius argumenta cognoscere poterat. Cum vero tota quaestio in sua periodo instructoria plures annos duraverit, uti refert ipse Alexander Dib, quis sibi persuadet interim adversarios ad invicem sua argumenta non cognovisse, potissimum quia agebatur de factis domesticis?

Praeterea quaestio iuris est utrum sustineatur iudicium in quo iudex documenta ab abversario exhibita alteri parti non denunciai; et concordi sententia Doctores respondent, uti docet Pellegrini *(Prax. civ.,* part. II, subsect. II) publicationem non esse de substantialibus iudicii, seu exinde, non facta publicatione naturam iudicii non violari, quia probationes et omnia documenta in genere exhibentur iudici ut veritatem cognoscat: adversae parti autem denuntiantur ut se defendat, et hoc sensu publicatio dicitur de substantialibus processus: quare si pars petat publicationem probationum adversarum et haec denegatur, ius habet appellandi ad superiorem iudicem, et, nisi iudex inferior doceat se probabilibus rationibus publicationem denegasse, istam facere cogetur.

Sed, per se, negata publicatio non inducit nullitatem processus. Conf. c. *fraternitatis, 17, de test,* et istam regulam inculcat Instructio Austriaca, §§ 164, 226 et 230. Quare hodie nullimode invocari potest exceptio nultitatis, cum hanc *quaestionem* non moverit per *incidentem* petitionem et per *appellationem,* Alexander Dib tempore utili, antequam deveniretur ad sententiam definitivam.

Si autem credatur huius assertioni, sibi nempe fuisse negatam notitiam omnium adversarum probationum, forsan iudex Delegatus ratus est ex iis quae iam didicerat reus conventus, satis potuisse suae defensioni consulere; noluisse vero exhibere singula adversa documenta cum

facile tunc novae attestationes obtineri poterant istis adversantes, in quarum tamen fide iudex parum confidere poterat.

Quare nullimode probata est nullitas sententiae Iudicis delegati quam proinde firmam et ratam haberi debere dixerunt Domini.

Commissio autem pontificia hoc nobis in mandatis dedit ut eognosceremus utrum haec* etsi valida probaretur, tamen rescindi deberet utpote minus iusta seu solidis probationibus non innixa. Discordia vero acris est circa qualitatem utrique litiganti tribuendam, cum uterque sibi vindicet commodam rei conventi conditionem in alterum respuens onus probandi.

Quaestio solvenda est in puncto *iuris,* cum in *facto* iam fuerit explicata. In iudicio apud Delegatum Apostolicum Ioannes Dib eiusque pater actores fuerunt: Alexander Dib, eiusque familia, conventi, seu rei partes egit. Has partes sibi arrogat hodie Petrus Dib, qui Alexandri eiusque familiae iura tuetur et vindicat, recolens regulam qui actor est in iudicio, adhuc actoris partes retinet in appellationis instantia.

Hanc regulam tradit De Luca, ***de lud.,*** disc. 4, n. 54, et hanc ultro citroque admittit nostra iurisprudentia uti in Florentina coram Me die 5 maii 1913.

Sed diversus est casus noster, quia hodie non agitatur instantia *appellationis,* sed ex commissione pontificia fit iudicium *revisionis.* Praeterea Ioannes Dib fruitur re iudicata et possessione quam obtinuit in sequelam rei iudicatae. Unde ex hoc capite obtinet Ioannes Dib commodam possessoris conditionem et in hodiernum iudicium raptus fuit a Petro Dib, qui proinde in hac iudicii sede est actor.

Sed haec animadversio non conficit ? rem. Nam ulterius perpendi debet hodierna actione non agitari ordinariam instantiam sive primi sive secundi gradus: sed haberi iudicium *revisionis,* cum quaeratur an sententia Delegati Apostolici iusta fuerit eademque confirmanda, attentis quoque novis adductis probationibus. Quamobrem ad rem nostram non plurimum refert considerare quinam habeat hodie onus probandi, cum quaestio sit an sententia, attentis potissimum iuribus noviter deductis, iusta dicenda sit. Quare modo examinanda est sententia Delegati Apostolici, quae si probetur ius asseruisse quod revera competit Ioanni Dib, confirmanda est.

Hic iudex in primis perpendit versari extra controversiam iuspatronatus competere familiae Dib iuxta Decretum synodi de Loaisa, quaestionem vero esse an Ioannes Dib sit de hac familia.

Dein asserit in dubium vocari non posse ex adductis documentis, hoc cognomine nunciipatos fuisse avos Gabrielis et Ioannis Dib, iam

nonaginta et amplius abhinc annis; quare hoc cognomen posse dici familiare et ex hoc capite repelli non posse hanc familiam ab exercitio iurispatronatus. - Hanc considerationem iudicis omnimode oppugnare nisus est adversarius, sed denique concludere debuit, posse hoc concedi, quia revera in Monte Libano plures familiae hoc cognomine utuntur, quae tamen a familia Dib iurepatronatus aucta apprime distinctae sunt. Cognomen Dib non posse abiudicari familiae Ioannis Dib recognoscit etiam archiepiscopus Antonius EI Ehazen in litteris in novissimo summario editis a Petro Dib.

Quod attinet ad cognationem familiae Ioannis Dib cum familia Petri Dib, sententia Delegati invocavit pene innumera documenta, ubi membra utriusque familiae se interpellant arctioris cognationis nominibus, veluti avi, avunculi, consobrini. Ast opponunt adversam Ioannis Dib hoc nihil probare, quia in Oriente, potissimum, hae appellationes non significant cognationem sanguinis sed amicitiam.

Verum haec animadversio vim non destruit contrarii argumenti, quia hae appellationes nedum usurpantur in litteris familiaritatem et amicitiam significantibus, sed etiam in contractibus et litteris cambii, ubi proprietas verborum rigide attendi solet, et accurate personae distinguuntur per cognomina et affinitatis aut cognationis gradum, ne subsit aequivocatio.

Praeterea cum Petrus Dib documenta referat quibus comprobare contendit iam a prima medietate superioris saeculi simultates inter duas familias fuisse excitatas, quia maiores Ioannis Dib iura e patronatu provenientia sibi arrogare ausi sunt, ad hoc sibi quoque attributo cognomine Dib, tales appellationes non possunt referri ad significationem amicitiae et benevolentiae, praecipue cum hae affirmare visae fuissent quod alii mordicus negabant. Hisce argumentis indirectis addenda sunt expressa testimonia, et in his potissimum locum tenet attestatio reddita die 21 octobris 1862 a Iacobo Hadï patre patriarchae Ioannis Hadï in his terminis: « Le fait que vos ascendents désignés dans votre lettre ont exercé ces « fonctions est notoire et vos parents ne le nient pas ». In litteris datis a patriarcha Ioanne Hadï die 4 iunii 1897, quas exhibet Petrus Dib, et has invocare licet in parte eius adversario favente, in hisce litteris^ ita filius explicat patris attestationem : « Sauf le respect que nous devons à « notre père, nous ne voyons pas qu'il faille prendre cet écrit en con- « sidération et en former une preuve. C'est qu'en effet notre père n'ayant «pas eu à donner une réponse officielle n'avait pas cherché apporter « un témoignage exact et précis. Cependant il dit seulement... qu'ils «sont parents... Il se peut,que les parties plaidantes soient unies par

« une parenté d'alliance ou par une parenté antérieure à l'époque de « Dib, souche de la généalogie en question. Mais cette parenté ne per- « met pas à *Y actor* d'avoir part au droit de patronage ». Quare non diffitetur, revera duas familias esse cognatione sanguinis ex eodem stipite coniunctas, et hoc etiam hodie admittere non detrectant adversarii Ioannis Dib, sed perfracte negant, hunc eiusque familiam sibi arrogare posse iurapatronatus: quia, etsi admittatur hos esse cognatos, tamen, eorum cognatio non originem deducit ab eo qui iurapatronatus acquisivit familiae Dib, quique iura tantum transmisit suis descendentibus, exclusis ceteris cognatis, seu exclusa in genere familia Ioannis Dib, quae in suis -directis descendentibus non contineretur. Ita in terminis iuridicis, enuncianda est thesis ab adversariis Ioannis Dib proposita.

Verum in primis quaeri debent documenta quibus haec asserta patronatus in hisce terminis constitutio innitatur et sustentetur.

Ast quod spectat ad ipsum iuspatronatus, hoc, si attendatur attestatio Iosephi Assaf vicarii capitularis Heliopolitani annis 1858 ad 1861, a suis maioribus acquisitum fuisset per fundationem conventus Saidet-el-Haklè cuius administratio concessa fuisset sacerdoti Petri Dib (Cas Boutros). « Il a fort bien administré », narrat Ioseph Assaf in litteris datis Alexandro Kanaan Dib die 9 martii 1912, « les affaires pendant un long espace de « temps. Puis il est mort. Il a eu comme successeur son neveu, le khoury « Moussa... après lui Cas Boutros... neveu de Cas Boutros a pris la « succession de ce dernier. Mais ce khoury Moussa a été destitué ; et « comme il n'y avait pas alors un prêtre célibataire de leurs parents « pour lui confier les fonctions de supérieur selon les lois ecclésiasti- « ques, il a fallu confier l'administration du couvent a votre père défunt... «il est resté dans ces fonctions pendant un certain temps », seu usque dum archiepiscopus Heliopolitanus renuntiatus fuit Ioannes Hadï, dein patriarcha; qui cum in dioecesi non haberentur aedes episcopales, uti refert ipse Ioseph Assaf, in monasterio fixit suam commorationem, quam prosequutus est retinere eius hodiernus successor archiepiscopus Mourad, usque dum Gabriel eiusque filius Ioannes Dib non moverunt hodiernam litem, et possessionem administrationis monasterii nactus est Ioannes Dib, obtenta favorabili sententia in curia Delegati Apostolici.

Haec est historia et origo iurispatronatus in familia Dib, quam relationem veram esse affirmat Petrus Dib hodiernus Contradictor Ioannis Dib.

In novissimo Summario exhibito a Petro Dib, habetur epistola in qua archiepiscopus Heliopolitanus Antonius El Khazen sub die 30 novembris 1852 haec scribit archiepiscopo Damasceno consobrino suo qui patro-

cinabatur causae Gas Hannae, avunculi Gabrielis Dib, sibi arrogantis iura controversi patronatus: « Vi rispondiamo ora mentre già vi abbiamo « fatto abbastanza sapere che non c'è luogo d'ingeritsi in questo affare. « Perchè se si doveva entrare officialmente nell'affare del convento di « Saidet-el-Haklè, il maggior diritto spetterebbe a Sua Beatitudine (Ioseph « El Khazen), perchè egli fu l'ultimo superiore ed è degli aventi diritto e « della discendenza del primitivo egatore >> Quare in hoc documento exhibito a Petro Dib, nova refertur origo **L** introversi iurispatronatus alii familiae spectantis seu familiae El Khazen, cui asserit archiepiscopus « il maggior diritto spetterebbe » et hinc ad exclusionem familiae Dib. Ex his quae refert Ioannes Dib in documento quod repudiat eius adver^ sarius Petrus Dib, origo eius patronatus in familia Dib haberet aliquod fundamentum in donationibus conventui factis, et forsan in aedificatione ecclesiae conventus Saidet-el-Haklè in qua potissimum adlaborasset Petrus Dib primus procurator ex hac familia electus.

Verum an hae donationes « legs pieux d'une vigne » dotationi accenseri possent, et an curae, labores, sollicitudines a Petro Dib in ecclesia aedificanda adhibitae comparari aedificationi valeant, aeque dubium est, adeo ut inde, etsi documentum esset incontroversum, patronatus titulus certus erui non posset.

Synodus de Loaisa refert fuisse exhibita documenta fundationis, sed non distinguit an haec documenta se referant ad duos posteriores conventus : haec documenta vero non fuisse ex sese sufficientia comprobatur, quia synodus appellat quoque ad famam publicam et usum.

Quamobrem ex dictis fluere dixerunt Domini, certum argumentum desumi non posse nisi ex usu seu praescriptione : quid vero familia Dib per praescriptionem et usum consecuta sit, ex ipso communi iure mensurandum esse: Reiff., *De iurep.,n.* 15. - Praescriptio in hac materia non secus ac in aliis potissimum innititur in possessione seu quasi-possessione iuris : quia uti habet regula tertia in VI, « sine possessione prae« scriptio non currit ». Et de hac tantummodo inquirendum est, cum iii casulam tempus plus quam centenarium decucurrerit ex quo familia Dib hoc iure utitur; quare titulus non est exhibendus et praesumitur melior titulus de mundo, uti firmant decis. 680, n. 31, part. XIX, tom. II; decis. 90, n. 14, part. XII; decis. 290, n. 12, part. XVIII, tom. I. Recent, et cum communi docet Reiff., *De iurepat.*, n. 15 et Pirhing^ eodem tit., n. 118.

Exinde multo minus de bona fide quaerere debemus quae praesumitur multo facilius quam titulus, decis. 181, n. 2. part: II Recent. : quasi possessio autem versari debet circa ius quod praescribitur, iuxta affa-

tum « tantum praescriptum, quantum possessum ». Ius autem patronatus potissimum consistit in iure praesentandi, uti cum communi tradit Reiff, h. t. n. 3, et in themate firmat synodus de Loaisa; et iurisprudentia N. O. semper tenuit, iuspatronatus probari nedum ex instrumentis sed etiam ex subsecutis praesentationibus effectui mandatis, unde nascitur praescriptio; dec. 169, n. 16, part. XVIII Recent.

In specie hinc se offert elegans quaestio. Ex mole documentorum congesta in Summariis, de praesentationibus factis ad normam iuris, ne verbum quidem. Inquam ad normam iuris, seu utrum ad praesentationes faciendas concurrerint aut certa familia, aut plures familiae, aut certae personae hoc ius exercentes. Habentur utique duo documenta. Primum consistit in mandato facto Eliae Gennadios Dib ab iis qui utramque lineam repraesentabant, ut eorum nomine hic Elias Dib praesentaret conventus procuratorem. Sed et adversus hoc documentum mota est a Petro Dib exceptio falsitatis, quia tum sententia Delegati Apostolici, tum vota assessorum referunt hoc mandatum ad tempus mortis khoury Moussa I, defuncti sub anno 1826 : et e contra documentum hodie ad acta exhibitum habet datam 22 octobris 1852. Quare infert adversarius, qui documentum antea confixit non cognoscebat testamentum quo hic Moussa Dib constituit: « Je remets à mon tour cette « administration (quam ipse testamento a suo avo receperat) à mon « neveu Gas Boutros ». Et hic de facto ab Archiepiscopo recepit administrationem.

Verum assessores in suo voto hoc documentum vocant authenticum : quare Ioannes Dib errorem tribuit iudicibus qui in exaranda decisione nomen Moussa posuerunt pro Boutros.

Explicatio videtur omnino probabilis, si admittamus Delegatum Apostolicum antea expostulasse votum assessorum et ex eorum voto in sententiam irrepsisse errorem. In summa, exceptio falsitatis non ea est ut destruat vim controversi documenti, sed certe extenuat, nec parum, attentis locorum adiunctis et pluribus aliis similibus exceptionibus ex utraque parte obiectis, quae omni fundamento carere dicendae non sunt.

Alterum documentum est in praesentatione Ioannis Dib quam homines de utraque familia sub anno 1890 faciunt. Sed postea contigit hanc praesentationem retractari, et dein retractari retractationem, hanc vero falso documento contineri, contendit adversarius Petrus Dib. Quid inde consequitur ? Cuinam fides habenda est ? Quia retractata est praesentatio, allegata ignorantia quaestionis seu facti : sane haec allegatio est parum probabilis, quippe, quamvis praesentans moraretur in Aegypto,

longe ab oppido *Delepta*, tamen quaestio est in hac familia perantiqua et ardens; unde male praesumitur ignorantia. Quum vero postea habita sit palynodia et palynodiae palynodia, patet in themate parum fidendum esse documentis et standum esse factis certis.

Atqui praesentatio est factum incontro versum ; ignorantia quaestionis allegata non est admodum probabilis ex dictis. Quocirca in puncto iuris dixerunt Domini ad effectum praescriptionis vel nullas recenseri praesentationes factas, vel acceptari has duas recensitas faventes Ioanni Dib. Iamvero si non certam probationem, aliquod adminiculum, seu indicium istas praeseferre negandum non videtur, et hinc, ex parte, coniecturae et indicia favent Ioanni Dib.

Eius adversarius Petrus invocat diuturnum factum seu-possessionem plusquam centenariam iurispatronatus, quo usi sunt eius avi absque contradictione usque ad mortem procuratoris Cas Boutros sub anno 1653.

Sed res est de iurepatronato *passivo* et non *activo* quod consistit in praesentatione, quodque est veluti substantia huius iuris. Namque dum Ioannes unum et alterum adducit documentum secutae praesentationis, Petrus ne unum quidem exhibet, impugnans uti falsa et suppositiitia documenta ab adversa parte deducta. Ius autem patronatus passivum a maioribus Petri Dib possessum, non sinit inferre ius activum nonnisi a maioribus ipsius Petri fuisse exercitum, ad exclusionem hominum alterius familiae Dib ; uti consideratur in dec. 49, n. 18, part. IV, tom. II Recent, nempe iuspatronatum passivum et ius praesentandi seu activum ratione ita distingui ut [unum aliud non determinet; tamen aliquando seu quando verba fundationis non obstant, fieri illationem a vocatione activa ad passivam, quia, quod minus est, seu passivum, continetur in maiori, seu activo. Decis. cit. 49, n. 19, sed uti patet ex ratione adducta, ex iure passivo non potest inferri activum, decis. 361, n. 20, part. IV, tom. II, et decis. 84, n. 2, part. IV, tom. II, Rec.

Ad hoc advertendum esse Domini dixerunt, synodum de Loaisa adiudicasse iuspatronatus activum familiae Dib, seu « di presentare « all'Ordinario le persone idonee alle quali si può affidare l'amministra- « zione di questi conventi », quare de iure passivo in familia Dib ne mentionem quidem facit cum loquatur tantum « di persone idonee ».

Sed deficientibus documentis aut cum non constet de secutis praesentationibus, ius patronatus probari potest etiam per publicam famam; uti stabiliunt decis. 149, n. 6, part. XVIII, n. 1 et decis. 530, num. 6, part. IV, tom. III, Rec.

Hanc invocant homines de familia Petri Dib, adductis potissimum attestationibus; quam famam coniunctam eum possessione iuris passivi patronatus, sufficere ad idem comprobandum tenet iurisprudentia H. S. Ordinis in dec. innumeris^ veluti in decis. 235, n. 2, part. II, et et decis. 299, n. 11, part. XVI, Rec.

Verum fama non assistit tantum familiae Petri Dib: sed etiam familiae Ioannis, ut comprobat sententia Delegati Apostolici; et testes ab-eo deducti sive sint de scientia, sive sint incolae [loci *Delepta*, sive sint alienigenae, quippe sunt personae graves et in dignitate constitutae, fidem, faciunt.

Ast non solum famam sibi invocat Ioannes Dib, sed etiam factum, quod ipsum ius passivum docet non a solis hominibus familiae Petri fuisse possessum. Etlrevera hoc confirmant patroni Petri Dib per historiam P. Goudard S. I. in qua tamen historia pag. 204 haec leguntur: « On trouve au couvent de Saidet-el-Haklè une vingtaine de religieuses « sous la sage direction du père Jean Dib, un descendant des anciens «fondateurs ». Cum igitur certo non constat quisnam fuerit monasterii fundator, inutile prorsus est quaestionem instituere hos vel illos directe a fundatore descendere, ex eo praesertim quia impossibile est in Libano exigere alberum genealogicam quae solidis fulciatur documentis.

Facta tamen praecipua indicare censuerunt heic Domini, animadvertentes facta non esse singillatim, sed coniunctim consideranda, quia singula quae non probant, coniuncta iuvant.

1) Quinque patriarchae, plures episcopi et revmus Ioseph Rizk (qui supremum diem obiit anno 1850, aetatis suae anno 80) terminis non dubiis testificantur, Gabrielem quoque iuspatronatus habere super monasterio Saidet-el-Haklè.

Et nihil probant quae adversus haec testimonia, sive in genere, sive in specie, scribunt patroni Petri in suis animadversionibus. Inauditum enim in iure est, fidem denegandam esse authenticis epistolis et attestationibus, sive quia eorum auctores non sunt dioecesis Heliopolitanae, sive quia in iudicio non confirmarunt iureiurando quae scriptis tradiderunt.

2) Die 17 ianuarii 1827 Gas Boutros Dib (ex parte Petri) offert Ioanni Dib (Gas Hanna e familia Gabrielis) officium superioris super monasterio Saidèt-el-Haklè. An Gas Anna officium acceptaverit vel recusaverit et qua de causa nescimus. Certuni hoc est, anno 1841 ipse erat superior conventus Mastitae, ad monasterium Saidet-el-Haklè proprietatis iure pertinentis, uti patet ex epistola patriarchae Iosephi Habeyche 17 augusti 1841.

3) E vivis sublato die 12 octobris 1855 Petro Dib (non Moyse uti per errorem scribit Duval), superiori conventus Saidet-el-Haklè, archiepiscopus Heliopolitanus Antonius EI Khazen, qui interfuit Concilio de Loaisa anno 1818, quique recognovit iuspatronatus familiae Dib, certus fit de statu praefati conventus a Cas Hanna, cui reposuit: « Pour ce qui «est du dit couvent, nous laissons toute chose en son état jusqu'à «l'arrivée du patriarche en ces lieux ». Interim discordia enata fuit inter ascendentes Petri et ascendentes Ioannis circa designationem novi superioris in monasterio Saidet-el-Haklè : « Le désaccord est entre «toute notre famille, la maison Dib du village de *Delepta*, car nous « tous nous sommes d'une seule et même souche, d'un seul et même « ascendant, qui a nom Dib ». Ac die 22 octobris 1853, per conventum, subscriptum a tribus dé familia Ioannis et a quatuor de familia Petri, necnon a tribus testibus obsignatum, mandatum fuit communi patrueli Eliae, filio Gennadios Dib, ut superiorem quem vellet eligeret. At acta non indicant causam ob quam compromissum exsecutioni non fuerit demandatum. Hinc primitus praefatus archiepiscopus EI Khazen die 12 augusti 1854, vocat ad se Cas Hanna et Moussa ex utraque familia, «parce que les affaires du couvent de Saidet-el-Haklè sont en souf- « france soit en spirituel soit en temporel ». Deinde idem archiepiscopus una cum patriarcha Iosepho El Khazen mandant duobus sacerdotibus Iosepho Hagi EI Khazen, nepoti patriarchae, et Kahn Bey El Khazen, ut animos dissidentes in concordiam reducerent, et res composita tandem fuit in monasterio *Saedat et Besciara a Zuk* iuxta modum quem indicaverat patriarcha in sua epistola 21 augusti 1854. Decisum nempe est, utraque parte consentiente, « che i tre conventi suddetti ed il loro « patronaggio su di essi è di un modo eguale tra loro senza distin- « zione come appresso, cioè che il P. Giovanni (Cas Hanna superior « Mastitae) e D. Moussa suddetti superiori del convento di Saidet-el- « Haklè siano compagni nell'amministrazione, e che D. Arsenios (nepos « Cas Hanna) stia al posto di suo zio, superiore nel convento di Saidet- « el-Haklè ». Hunc novum conventum approbaverunt patriarcha et episcopus Heliopolitanus, qui iussu eiusdem patriarchae decretum edidit nominationis die~ 15 septembris 1854, in quo legitur: « Nous constituons « notre fils le khoury Moussa Dib comme procureur du couvent dé «Saidet-el-Haklè et des fondations qui en dépendent. En outre nous « constituons avec lui comme Inspecteur sur le dit couvent notre fils « Cas Hanna Dib, son consocié par la délibération et l'administration « dans les affaires du dit couvent et ce qui concerne sa prospérité; et « il ne fera rien de cela sans son avis ».

Neque esse dicendum, censuerunt Domini, cum patronis Petri, insuetum non esse ut, deficientibus habitibus administratoribus, ex parte eorum qui iurepatronatus passivo gaudent, nominentur extranei. Etenim ex una parte Gas Hanna inspector dicendus est fuisse nominatus, quia monasteriorum passivus quoque erat patronus; ex altera Moussa dici non potest imperitus et inhabilis administrator : haec enim scribebat die 19 septembris 1854 Antonius EI Khazen episcopus Heliopolitanus ad moniales monasterii Saidet-el-Haklè: « Nous avons institué le khoury « Moussa Dib procureur du susdit couvent, et cela après avoir pris des « informations sur sa capacité pour ce poste ». Quod si in hac epistola aut ordinatione episcopus mentionem non facit de inspectore Gas Hanna, hoc contigit forsan quia Moussa tantum hac commendatione egebat, vel alia de Causa: quae certe valorem non detrahit documento nominationis eiusdem Gas Hannâ, de qua tamen inferius redibit sermo.

4) Gas Hanna, infirmitate laborans, coram Moussa, Gabriele, Arsenios atque egregio viro Sciek Dahas Anton Dahdah, tradit Kanaan Dib (avo Petri) summam 60 scutatorum pro exstruenda machina hydraulica (pozzo artesiano) in quodam agro conventus Mastitae, cum conditione quod « se la Provvidenza salva P. Johanna (Gas Hanna), egli stesso « amministra la costruzione della naura (pozzo artesiano) dovuta alla « sua sorveglianza. Ma se la Provvidenza raccoglie P. Johanna, domanda « questo dalle coscienze di P. Gabriele (ex parte Ioannis) e di Kanaan « (ex parte Petri) la costruzione della naura ». Ex quibus evidens est: *a)* Kanaan et Gabrielem non fuisse nominatos ab inspectore Cas Hanna tamquam fabros machinae, nec designatos tamquam redemptores (appaltatori, impresari) eiusdem machinae, prouti scribunt defensores Petri in prima defensione; &) Gabriel et Kanaan Dib patroni utriusque familiae, si e vivis sublatus fuisset Cas Hanna, illam curam et vigilantiam adhibere debebant, quam ipse Cas Hanna si vixisset adhibuisset.

5) Cum anno 1852 Kanaan Dib, Petri avus, lapidem posuisset in ecclesia monasterii ad Afs, subiecta patronatui, absque consensu et auctoritate patronorum alterius familiae, Arsenius Dib consobrinus Gabrielis a conventu Mastitae in alterum de Afs a patriarcha Petro-Paulo Mossaad translatus, die dominica publice lapidem submovit^ nemine reclamante. Haec adnotata voluerunt Domini inter alia quae omittere censuerunt uti superflua, quia satis clare ostendere rati sunt Gabrielem et suos patronatum exercuisse.

Tantummodo nonnulla adnotarunt, praeter iam relata, quoad decretum quo Antonius EI Khazen, archiepiscopus Heliopolitanus die 15 septembris 1854 instituit khoury Moussa Dib procuratorem conventus de

Saidet-el-Haklè, idemque una simul constituit Ioannem Dib, de familia ioannis Dib, inspectorem in his terminis: « Avec lui sur le dit couvent, « et coassocié avec lui dans la délibération et l'administration des affaires « du couvent... Pareillement ils doivent diriger tous leurs efforts à ce « que la conduite des religieuses soit conforme à la règle, etc. ». Quare nomen inspectons significat fuisse Ioanni Dib commissam administrationem conventus quamvis non ipsi soli, sed una cum Moussa Dib. Ast clarius id deducitur ex contextu quo dicitur, hunc constitui socium administrationis de qua unus et alter respondere debet, et de ea rationem redderent archiepiscopo, tam Moussa quam Ioannes Dib. Quare habetur diversitas nominis, non officii, seu auctoritatis, et hac ratione composita tunc est quaestio.

Qua de quaestione, hisce postremis diebus, edita sunt duo documenta, subscripta ab hoc archiepiscopo Antonio EI Khazen, quorum primum datum mense decembris 1850 publice denunciatum ad refutandam petitionem familiae Ioannis Dib, tunc etiam sibi arrogantis hoc iuspatronatus; siquidem « leur prétention est contraire à la vérité ».

Alterum die 30 novembris 1852 subscriptum, quo in familiaribus litteris reiicitur instantia familiae Gas Hannae seu Ioannis Dib, circa controversum iuspatronatus.

E contra dixerunt Domini adverti debere eumdem archiepiscopum mense septembri 1854 instituere hunc Gas Hanna inspectorem conventus ; at si nullum habebat ius, quomodo ei attribuitur hoc mandatum quod esse vere administrativum demonstratum est?

Hinc non est abs re considerare et coniicere) quod hic Cas Hanna eiusque parentes tot et tanta deduxerint monumenta rationum, ut ab animo archiepiscopi removerint pristinam persuasionem.

Quod si ex adverso advertatur, propositum in animo archiepiscopi fuisse conferre non procurationem sed inspectionem, quia sciebat hanc non esse controversam sed controverti procurationem, responderi debet, archiepiscopum talia verba adhibuisse in conferenda inspectione ut haec contineat veram administrandi facultatem, limitatam tantummodo a deliberatione habenda in hisce negotiis cum procuratore Moussa.

Praeterea tales et tantae motae sunt exceptiones contra haec documenta, tum circa tempus exhibitionis, tum quoad eorum substantiam et formam, quas difficultates invicte adversara superare non valuerunt, ut haec documenta certe non sint omni exceptione maiora et in his fundari nullimode potest decisio.

Quamobrem ne unum quidem argumentum univocum et certum, deducit Petrus Dib ad excludendam instantiam Ioannis Dib, et dum

probat se suamque familiam hoc iure frui, aliam a jure excludere non valet.

Ioannes Dib autem multa et solida congerit argumenta, quod si ex his nullum haberi potest uti probatio plena, tamen simul iuncta et perpensa pariunt moralem certitudinem: decis. 139, n. 17, part. XVII, recent.

Ultimo loco adverterunt Domini quod cum Gas Boutros Dib iuxta assertionem Petri Dib, sit primus iurispatronatus possessor, et hic uxorem-et filios rion habuerit, ergo eius collatérales ad huiusmodi successionem vocandi erant, et revera synodus de Loaisa loquitur in genere de familia Dib. Hisce admissis, facilis aperitur aditus etiam familiae Ioannis Dib, quae cum pro se habeat iam recensitas probationes et coniecturas, hinc iure merito in sententia Delegati Apostolici ad participandum hoc ius admissa fuit.

Hisce igitur omnibus attentis et consideratis, Nos Auditores de turno pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, propositis Dubiis respondentes: Ad I *Negative;* ad II *Affirmative, abstractione facta a titulo fundationis, uti explicatur in decisione;* ad III denique, *Provisum in secundo:* expensas vero iudiciales declaramus compensatas inter partes, et pro compensatis haberi- mandamus; harum vero liquationem, non exclusis honorariis advocatorum, Nobis reservamus, eamdemque perficiendam committimus Rmo Domino Ponenti.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 22 novembris 1913.

M. Lega, Decanus, *Ponens.*
G. Sebastianeiii.
S. Many.

L. & S.

Ex Cancellaria, die 9 ianuarii 1913.
T. Tani, *Notarius.*

# SECRETARIA STATUS

## EPISTOLAE.

### I.

AD R. D. P. BELLINUM CARRARA, S. I., QUI OPUSCULUM DE QUAESTIONE GALILEIANA BEATISSIMO PATRI, TAMQUAM FILIALIS DEVOTIONIS OBSEQUIUM, EXHIBUIT.

Reverendo Padre,

Sebbene altri e valenti critici abbiano già preso le giuste difese della Chiesa nella celebre questione Galileiana, è tuttavia da ritenersi sommamente opportuna la monografia colla quale la S. V. ha voluto ritornare sullo spinoso argomento. Ella lo esamina sotto il punto di vista storico; e le prove che adduce a favore della sua tesi sono certamente tali, che, se da una parte fanno vedere la Chiesa gelosa custode di quel sacro deposito che le è stato affidato nei libri santi, la mostrano dall'altra, quale è in realtà e quale è sempre stata, sincera e prudente amica del vero.

È questo il pensiero che si degnava aprirmi il Santo Padre quando mi dava l'incarico di parteciparle l'apostolica benedizione e di esprimerle gli augusti Suoi ringraziamenti per l'esemplare di detta monografìa inviatogli in devoto omaggio; ed io nell'eseguirlo, profitto volentieri dell' incontro per significarle, insieme alle mie congratulazioni, i sensi della mia gratitudine e per professarmi con distinta stima

di Vostra Reverenza

Dal Vaticano, li 6 dicembre 1913.

Affino nel Signore

R. CARD. MERRY DEL VAL.

## IL

AD ANDREAM CARD. FERRARI, MEDIOLANENSIUM ARCHIEPISCOPUM, DE SYNODO DIOECESANA PROXIME CELEBRANDA.

Emo e Rmo Signor Mio Ossmo,

Rispondendo alla pregiata lettera che Vostra Eminenza m'inviava in data del 14 c. m. ho il piacere diparteciparle che il Santo Padre accompagna fin da oggi con i migliori auguri il Sinodo che la medesima E. V. ha in animo di celebrare tra breve. Lodevolissimo è certo il proposito di occuparsi in esso in modo speciale della santissima Eucaristia, a fine di ridestare in tutti e sempre più la fede e l'amore di Gesù in Sacramento. Ma non può certamente sfuggire alla penetrazione dell'E. V.: quanto a tal fine giovi la parola sacerdotale calda di zelo ed avvalorata, dall'esempio di una vita eucaristica. Il clero pertanto, la sua sana cultura, l'ossequio da esso dovuto all'autorità, la sua vita esemplare, l'esercizio diligente del sacro ministero, ecco quanto desidera Sua Santità,' che, unitamente alla santissima Eucaristia, tenga il posto d'onore tra il' lavori del futuro Sinodo milanese. E aftinché questo desiderio, che *M* pure desiderio vivissimo dell'E. V., si compia col maggior frutto possibile, l'augusto Pontefice invia alla medesima E. V., a quanti interverranno al Sinodo ed ai fedeli tutti di cotesta archidiocesi l'apostolica benedizione, quale auspicio delle celesti grazie.

Le bacio umilissimamente le mani e con sensi di profonda venerazione passo volentieri a raffermarmi

di Vostra Eminenza

Roma, 28 gennaio 1914.

umilino devmo Servitor vero

R. CARD. MERRY DEL VAL.

## III.

AD PERILLUSTREM VIRUM RENATUM BAZIN, SODALEM ACADEMIAE GALLICAE, QUI TAMQUAM DEVOTIONIS OBSEQUIUM EXEMPLAR ORATIONIS AB EODEIVÍ HABITAE DE PRAEMIIS, VULGO « PRIX DE VERTU », A PRAEFATA ACADEMIA ADIUDICATIS, BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBUIT.

Monsieur,

Le Saint Père le Pape Pie X, paternellement touché de l'hommage de votre discours sur les Prix de Vertu, décernés par l'Académie Française en 1913, me charge de vous exprimer ses remercîments et ses félicitations.

Le Souverain Pontife applaudit à la noble et chrétienne pensée que vous avez eue de faire remonter à sa source l'amour des hommes les uns pour les autres et de placer à cette hauteur la cause dernière des saintes énergies qui font les âmes rédemptrices. Comme vous le dites en votre beau langage, ces âmes ont subi l'influence du baptême de la France et elles ont laissé transparaître l'image, nette ou effacée, du Maître qui apporta à la terre la charité, et auquel vous avez rendu joyeusement hommage devant cette assemblée d'élite.

Le Saint Père est heureux de vous féliciter d'illuminer et de fortifier votre beau talent par l'esprit chrétien, caractère fondamental de votre grand siècle littéraire, marque glorieuse des lettres françaises à leur apogée, puisque l'humanité vue dans Jésus-Christ et par Jésus-Christ est l'un des traits profonds de la littérature immortalisée par Bossuet, Fénelon, Corneille et Racine.

Une fois de plus vous avez démontré que l'esprit religieux se concilie parfaitement avec le sentiment le plus vif et le plus délicat dès lettres et des arts; une fois de plus vous avez atteint le but assigné à l'illustre Compagnie : « rendre la langue française capable de la plus haute éloquence ».

Avec mes remercîments pour l'exemplaire du même Discours que vous avez eu la gracieuseté de me faire remettre, je vous prie d'agréer, Monsieur, l'assurance de mes sentiments tout dévoués en Notre Seigneur.

Rome, le 29 janvier 1914

R. CARD. MERRY DEL VAL.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO.

### NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*5 febbraio 1914.* — Il rev. D. Ubaldo Mannucci, *Consultore del supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

*9 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore del pio Istituto delle Figlie della divina Pastora di Siviglia.*

*10 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, *Pro» f etto della sacra Congregazione del Concilio.*

*11 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore delle Suore di Carità Figlie di Nostra Signora al monte Calvario.*

*12 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, *Protettore deh V Arciconfraternita dell'Orazione e Morte, detta della Buona Morte.*

*13 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Benedetto Lorenzelli, *Prefetto della sacra Congregazione degli Studi.*

— L'Emo signor cardinale Gaetano De Lai, *Protettore dell'Istituto delle Religiose di sant'Andrea di Tournai.*

*15 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Vincenzo Vannutelli, *Protettore delle Suore Crocifisse Adoratrici di Gesù sacramentato.*

*17 febbraio.* — I revmi padri Don Benedetto Lopez, procuratore generale della Congregazione Cassinese della primitiva Osservanza; Giuseppe Antonio da san Giovanni in Persiceto, postulatore generale dei Cappuccini; Camillo Butti, procuratore generale dei Romitani di sant'Agostino; e Carlo Thèvenon, degli Oblati di Maria immacolata, *Consultori della sacra Congregazione dei Sacramenti.*

*18 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, *Protettore della Congregazione dei Frati Bigi della Carità, e della Congregazione delle Suore Bigie Elisabettine.*

*19 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, *Protettore della Congregazione della Madre di Dio, di Kain-lez-Toumai {Belgio).*

*20 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore delle Suore ospitaliere del sacro Cuore di Gesù, di Ciemposuelos.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Protonotarii Apostolico* ad instar participantium:

*12 febbraio 1914.* — Mons. Luigi Fiacchi, prima dignità del capitolo metropolitano di Ferrara.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*30 gennaio 1914.* — Mons. Martino Howlett, dell'archidiocesi di Westminster.

— Mons. Ernesto Seydl, parroco della Corte I. e R. di Vienna.

*1 febbraio.* — Mons. Giovanni Veronesi, canonico onorario della cattedrale di Vicenza.

— Mons. Leonardo Sbuelz, delParchidiocesi di Udine.

*5 febbraio.* — Mons. Pacifico Massella, nuovo segretario delle lettere latine.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

*Camerieri Segreti soprannumerarii di S. S.:*

*27 dicembre 1913.* — Mons. Carlo Brown, delParchidiocesi di Westminster.

*17 gennaio 1914.* — Mons. Pietro Codemo, della diocesi di Ascoli Piceno.

*31 gennaio.* — Mons. Mariano Cadena, dell'archidiocesi di Angelopoli.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :*

*20 dicembre 1913.* — Mons. Giovanni Carosi, della diocesi di Chiusi e Pienza.

*17 gennaio 1914.* — Mons. Tiziano Veggian, della diocesi di Vicenza.

*21 gennaio.* — Mons. Domenico Scipioni, della diocesi dei Marsi.

— Mons. Vincenzo Gagliardi, della medesima diocesi.

— Mons. Alessandro Paoluzzi, della medesima diocesi.

*Cappellano Segreto d'onore di S. S.:*

*31 gennaio 1914.* — Mons. Luciano Rossi, del clero di Roma.

*Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :*

*16 febbraio 1914.* — Don Vittorio Quesada, marchese di San Sebastiano, conte di San Pietro, dell'archidiocesi di Cagliari.

## ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:*

*9 febbraio 1914.* — A S. E. Alessandro nobile de Krobatin, ministro della guerra in Austria.

*La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*8 gennaio 1914.* — Al sig. barone Ugo de Rhemen, dell'impero austriaco, ed al sig. barone Alessandro de Musulin, della stessa nazione, inviati straordinari e ministri plenipotenziari.

*La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*8 gennaio 1914.* — Al sig. barone Emilio de Konradsheim, al sig. Ladislao de Gömöry-Laiml, consiglieri di sezione in Austria, ed al sig. Béla de Szentirmay, console generale di seconda classe, della stessa nazione.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*11 febbraio 1914.* — Al sig. Carlo del Campo Ortúzar, dell'archidiocesi di Santiago del Cile.

*14 febbraio.* — Al sig. Pietro de la Rochefaucauld, duca de la Roche Guyon, dell'archidiocesi di Parigi.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*27 gennaio 1914.* — Al sig. Leone Payen, dell'archidiocesi di Lione.

*5 febbraio.* — Al sig. Nicola Rossi-Genoese, della diocesi di Mileto.

*8 febbraio.* — Al sig. avv. Gastone Racanié-Laurent, della diocesi di Montpellier.

*11 febbraio.* Al sig. Patrizio Bernardo Malone, dell'archidiocesi di Westminster.

*Il Cavalierato dell'ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:*

*11 febbraio 1914.* — Ai signori Paolo Dumais e Alfonso Drouin, già zuav pontifici, dell'archidiocesi di Ottawa.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*29 gennaio 1914.* — Al sig. ragion. Luigi Tosti, di Roma.

*31 gennaio.* — Al sig. Giuseppe Millefiorini, della diocesi di Albano.

*3 febbraio.* — Al sig. Marciano Di Pesa, della diocesi di Avellino.

*14 febbraio.* — Al sig. Giovanni Abrate, dell'archidiocesi di Torino.

## NECROLOGIO.

*26 gennaio 1914.* — Mons. Matteo Makil, vescovo titolare di Traili, e vicario apostolico di Kottayam.

*9 febbraio.* — Mons. Luigi Filippo Ortiz y Gutiérrez, vescovo di Zamora.

*13 febbraio.* — Mons. Giacomo Domenico Murray, dei Romitani di S. Agostino, vicario apostolico di Cooktown in Australia.

*19 febbraio.* — Mons. Pietro Emilio Rouard, vescovo di Nantes.

Annus VI. - Vol. VI. Die 12 Martii 1914. Num. 4.

# ACTA APOSTOLIGM^EDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. X

## EPISTOLAE.

### I.

AD PERILLUSTREM VIRUM ALOISIUM OSTER, PRAESIDEM CONSILII OPERI A SANCTA IESU INFANTIA. IN GERMANIA SUPERIORE ADMINISTRANDO.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Florere istic praestantissimae caritatis opus quod a sancta Iesu Infantia nuncupatur, atque ita florere, ut corrogatae superiore anno, in toto catholico orbe, pro eodem stipis fere dimidiam partem catholici e Germania pueri obtulerint, haud mediocri Nos cum laetitia ex datis a te nuper litteris cognovimus. Res enim est de curanda aeterna tot miserorum infantium salute, nihilque Nobis iucundius quam in id adiutores habere etiam pueros, qui Ecclesiae matris caritatem student efficere uberiorem, ut sibi ipsa novos filios, novos caelo nanciscatur heredes.

Nos scilicet supplices ad Deum adhibemus preces, ut *mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem det* in horum puerorum *sinum :* votaque haec Nostra ut e sententia expleantur, coelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, ipsis pueris itemque omnibus quibus in administrando opere atque in colligenda piorum stipe uteris adiutoribus, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xx februarii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. x

## IL

AD FRANCISCUM DE PAULA CARD. CASSETTA, EPISCOPUM TUSCULANUM, PATRONUM SODALITATIS A S. HIERONYMO SACRIS EVANGELIORUM LIBRIS VULGANDIS.

Signor Cardinale,

Abbiamo ricevuto colla massima compiacenza una copia della nuova traduzione italiana con note illustrative del santo Vangelo di N. S. Gesù Cristo e coli'aggiunta del Catechismo della Dottrina cristiana. Mentre facciamo le nostre congratulazioni colla Pia Società di san Girolamo e con Lei, signor Cardinale, che con tanto zelo la presiede, preghiamo il Signore a retribuire anche quaggiù il merito della diffusione dei santi Vangeli e del Catechismo, donando a tutti che si dedicano a quest'opera salutare le migliori grazie.

E in segno della nostra particolare predilezione, impartiamo a Lei e a tutti i membri della Società, l'apostolica benedizione.

Dai Vaticano, li 25 febbraio 1914.

PIUS PP. X

## III.

AD PERILLUSTREM VIRUM A. D'HENDECOURT V1CECOMITEM, SOCIETATIS VINCENTIANAE PRAESIDEM, OB LITTERAS DE EIUSDEM SOCIETATIS INCREMENTO BEATISSIMO PATRI VENERATIONIS ERGO EXHIBITAS.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Nuntia rei quidem optatissimae tua Nobis advenit epistola. Cum enim laeta retulit incrementa quae proximo anno accepit Vincentiana Societas, tum laetiora etiam quae vel in dissitis Sinarum, Iaponiae atque Indiarum regionibus est acceptura. De quo Nos equidem gratias tecum agentes Deo, probe intelligimus quantum huiusce rei causa, Societas ipsa sollertiae debeat industriaeque dilecti filii Pauli Caion, tui in moderanda Societate decessoris. Itaque impertitas haud semel eidem laudes libet nunc iterare, teque hortari, ut susceptum munus ita tuearis, ut Friderici Ozanam conditoris incensa studia referas et caritatem novos semper meditantem ac molientem operis actus.

Quod ut secundum vota eveniat, apostolicam benedictionem, caelestium auspicem adiumentorum Nostraeque testem benevolentiae, tibi, dilecte Fili, ac sodalibus universis libenti animo impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxv mensis februarii, anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS).

## I.

## DECRETUM.

CONCEDITUR INDULGENTIA C DIERUM CERTAM PRECEM CHRISTO DOMINO RECITANTIBUS.

*Prière à Notre Seigneur Jésus-Christ.*

O Jésus, très doux fils de la glorieuse Vierge Marie et Fils unique du Dieu vivant, ensemble avec votre Père, qui vous engendre, au sein de son infinie nature, de toute éternité, et vous communique cette même nature infinie, et avec l'Esprit-Saint, qui procède du Père par vous, et qui est votre Esprit à tous deux, votre Amour subsistant, recevant de vous la même infinie nature, je vous adore et je vous reconnais pour mon Dieu, le seul vrai Dieu, unique et infiniment parfait, qui a créé de rien tout ce qui est hors de lui, et qui le conserve et le gouverne avec une infinie sagesse, une souveraine bonté, une puissance suprême; et je vous demande, au nom des mystères accomplis dans votre Humanité sainte, de me purifier dans votre Sang de tous mes péchés passés; de répandre sur moi l'abondance de votre Esprit-Saint, avec sa grâce, ses vertus, ses dons; de faire que je vous croie, queje vous espère, que je vous aime, que je travaille, par chacun de mes actes, à vous mériter; et de vous donner un jour à moi, dans la splendeur de votre gloire, au milieu de l'assemblée de vos saints. Ainsi soit-il.

*Die 22 ianuarii 1914.*

Ssmus Dnus noster D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori impertita, benigne elargiri dignatus est indulgentiam centum dierum, semel in die ab universis christifidelibus lucrandam, qui, corde saltem contrito ac devote, supra relatam orationem recitaverint. Quam indulgentiam animabus in purgatorio igne degentibus, si libuerit, applicari posse concessit. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L.6BS.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

IL

## DECRETUM.

INDULGENTIA C DIERUM CONCEDITUR CERTAM PRECEM B. MARIAE VIRGINI, REPARATIONIS CAUSA, RECITANTIBUS.

*Preghiera di riparazione alla beata Vergine Maria.*

Vergine benedetta, Madre di Dio, volgete benigna lo sguardo dal cielo, ove sedete regina, su questo misero peccatore, vostro servo. Esso, benché consapevole della sua indegnità, a risarcimento delle offese a voi fatte da lingue empie e blasfeme, dall'intimo del suo cuore vi benedice ed esalta come la più pura, la più bella e la più santa di tutte le creature. Benedice il vostro santo nome, benedice le vostre sublimi prerogative di vera Madre di Dio, sempre Vergine, concepita senza macchia di peccato, di corredentrice del genere umano. Benedice l'eterno Padre, che vi scelse in modo particolare per Figlia, benedice il Verbo incarnato, che vestendosi dell'umana natura nel vostro purissimo seno vi fece sua Madre; benedice il divino Spirito che vi volle sua Sposa. Benedice, esalta e ringrazia la Trinità augusta che vi prescelse e predilesse tanto da innalzarvi su tutte le creature alla più sublime altezza.

O Vergine santa e misericordiosa, impetrate il ravvedimento ai vostri offensori e gradite questo piccolo ossequio dal vostro servo, ottenendo anche a lui, dal vostro divin Figlio, il perdono dei propri peccati. Amen.

*Die 22 ianuarii 1914.*

Ssmus Dominus noster D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est ut christifideles, qui corde saltem contrito ac devote supra relatam orationem recitaverint, indulgentiam centum dierum, defunctis quoque applicabilem, quoties id egerint, lucrari valeant. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

*L.* ✠ S.

f D. Archiep. Seleucien., *Âds. S. O.*

III.

## DECRETUM.

BINAE 1ACULATORIAE PRECES AD B. V. MARIAM INDULGENTIA C DIERUM DITANTUR.

*Die 22 ianuarii 1914.*

Ssmus Dominus noster D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut christifideles recitantes, corde saltem contrito, iaculatoriam precem: *Sancta Maria, libera nos a poenis inferni,* indulgentiam centum dierum lucrari valeant, defunctorum animabus etiam profuturam, toties quoties id egerint. In eadem porro audientia, similem concessit indulgentiam, in favorem recitantium sequentem invocationem: *Santa Maria Liberatrice, pregate per noi e per le anime purganti.* Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. « S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

# IV.

# DECRETUM.

PRECES "POST PERACTA EXERCITIA SPIRITUALIA VEL PERACTAS MISSIONES RECITANDAE, INDULGENTIA CCC DIERUM DITANTUR.

*Oratio.*

Iesu Christe, qui pro me cruci affigi voluisti, gratias Tibi ago pro cunctis amoris tui beneficiis, quae hisce sacrorum exercitiorum *(vel* sacrae missionis) diebus mihi contulisti. En iterum mihi persuasum est ante omnia oportere, ut salvem animam meam, unicam et immortalem. Ideoque firmiter propono in primis omne peccatum lethale vitare, omnemque voluntariam atque proximam peccati occasionem, maxime vero hanc..., quae tantopere mihi nocumento fuit. Sed etiam peccato veniali omnique ad ipsum pravo affectui pro viribus obsistere volo. Promitto Tibi me omnia status vel officii mei munera fideliter atque religiose adimpleturum, totamque vitam meam iuxta sanctissimam voluntatem tuam instituturum. Insuper promitto Tibi, o bone Iesu, me quotidianis orationibus instare velle, praesertim vero tentatione urgente ad orationem confugere. Diem Dominicam sanctificare volo et ad mensam sanctam tuam frequenter et devote accedere. Denique totam vitam meam Tibi offero, maxime labores meos atque dolores. Benedic mihi et omnibus qui mecum hisce sacris exercitiis *(vel* huic sacrae missioni) interfuerunt.

O Maria, virgo immaculata, filius tuus *(vel* filia tua) esse volo, Teque per sacratissimi Rosarii devotionem pie venerari libenter intendo. Da mihi, Domine Iesu, Matrem tuam in patronam singularem, et esto solatium et gaudium meum usque ad vitae meae beatum finem. Amen.

*Die 29 ianuarii 1914.*

Ssmus Dominus noster D. Pius div. prov. Pp. X., in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut christifideles, corde saltem contrito ac devote supra relatam orationem recitantes, Indulgentiam trecentorum dierum, semel in die lucrandam, defunctorum animabus, si quis maluerit, applicabilem, acquirere valeant. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. © S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

V.

## DECRETUM.

INDULGENTIA G DIERUM CONCEDITUR RECITANTIBUS IACULATORIAM PRECEM B. MARIAE VIRG. DE PERPETUO SUCCURSU.

*Die 29 ianuarii 1914.*

Ssmus Dominus noster D. Pius div. prov. Pp. X., in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne elargiri dignatus est indulgentiam centum dierum, toties quoties lucrandam, etiam animabus in Purgatorio degentibus profuturam, in favorem eorum fidelium, qui, corde saltem contrito, iaculatoriam precem: *Mater de perpetuo succursu, ora pro nobis,* vel, iuxta peculiarem locorum praxim: *Domina nostra de perpetuo succursu, ora pro nobis,* recitaverint. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. g¡¡ S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

# SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i.

## DECLARATIO.

DE ELECTIONE VICARII GENERALIS DIOECESUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS IN CONSULTOREM DIOECESANUM.

Quaestio quae in dioecesibus Statuum Foederatorum Americae septentrionalis saepius agitata est, utrum Vicarii generales esse possint Consultores dioecesani, ab Emis huius sacrae Congregationis Patribus denuo ad examen revocata est.

Porro considerantes quod in istis dioecesibus Consultores dioecesani eorumque collegium stant loco canonicorum et cathedralis capituli ;

et quod in iure non obstat quominus Vicarius generalis inter cathedralis ecclesiae canonicos accenseatur; concluserunt prohiberi non posse, generatim saltem loquendo, quominus Vicarii generales istarum dioecesum sint de numero Consultorum.

Est tamen casus in quo neque aequum neque opportunum est ut id obtineat, quoties scilicet Consultores iuxta usum vel alia de causa paucissimi sint: eo enim in casu alius sacerdos non de gremio Consultorum est assumendus in Vicarium, vel numerus Consultorum congrue augendus.

Ssmus autem D. N. Pius Papa X hanc decisionem ratam habuit et confirmavit, ac publici iuris fieri mandavit, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die 27 febr. 1914

f C. CARD. DB LAI, Episcopus Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.-

S. Tecchi, *Adsessor.*

II.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

*16 decembris 1913.* — Cathedrali ecclesiae Sancti Galli praefecit sac. Robertum Burkler, canonicum eiusdem ecclesiae cathedralis et dioecesani seminarii rectorem.

— Cathedrali ecclesiae Sanctae Marthae Revmum Franciscum Christophorum Toro, hactenus episcopum de Socorro.

*29 decembris.* — Cathedrali ecclesiae Lemovicensi sac. Hectorem Quilliet, magistrum in catholica universitate Insulensi.

*30 decembris.* — Titulari archiepiscopali ecclesiae Lari ssensi Revmum Antonium Mariam Grasselli, hactenus episcopum Viterbiensem et Tuscanensem.

*1 ianuarii 1914.* — Metropolitanae ecclesiae Toletanae Revmum Victorianum Guisasola et Menendez, hactenus archiepiscopum Valentinum.

*13 ianuarii.* — Metropolitanae ecclesiae de Plata sac. Victorem Arrieu, eiusdem archidioecesis vicarium capitularem.

— Titulari ecclesiae episcopali Hadrumetinae sac. Ioannem Mariam Bourchany, parochum ecclesiae S. Francisci Salesii in urbe Lugdunensi,

quem constituit Auxiliarem Revmi Hectoris Irenaei S e vin, archiepiscopi Lugdunensis.

*22 ianuarii 1914.* — Titulari ecclesiae episcopali Archelaidensi Revmum Modestum Augustum Vieira, hactenus episcopum S. Aloisii de Caceres, quem constituit Auxiliarem Revmi Silverii Gomes Pimenta, archiepiscopi Mariannensis.

*29 ianuarii.* — Titulari ecclesiae episcopali Hierapolitanae sac. Ludovicum I. O' Leary, dioecesis Ghatamensis, ibique cancellarium curiae episcopalis, quem constituit Auxiliarem Revmi Thomae Francisci Barry, episcopi Ghatamensis.

*18 februarii.* — Titulari ecclesiae episcopali Thermensi sac. Iosephum Gregorium Romero, vicarium generalem dioecesis Saltensis, quem constituit Auxiliarem Revmi Mathiae Linares et Sanzetenea, episcopi Saltensis.

*19 februarii.* — Cathedrali ecclesiae Forosemproniensi sac. Paschalem Righetti, canonicum archipresbyterum ecclesiae cathedralis Brugnatensis, ibique vicarium generalem.

# S. CONGREGATIO RITUUM

L

## DECRETUM

### ADPROBATIONE LIBELLI VARIATIONUM IN DIVINO OFFICIO RECITANDO.

Quum ex Motu proprio *Abhinc duos annos* sanctissimi Domini nostri Pii Papae X, diei 23 octobris anni 1913 nuper elapsi, de divinis Officiis noviter ordinandis, cuilibet permittatur in divino Officio persolvendo Breviaria Romana, quae sunt in usu, adhibere, dummodo in peculiari libello habeat varianda quae omnino consonent Apostolicae Constitutioni *Divino Afflatu*, praefato *Motu proprio* atque decretis; sacra Rituum Congregatio, de ipsius sanctissimi Domini nostri mandato, eiusmodi libellum a peculiari Commissione liturgica concinnandum curavit; atque opus absolutum distincte ac ordinate dispositum, revisione rite peracta, probari posse censuit.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis,

Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, praesentem libellum cum variationibus praescriptis suprema sua auctoritate probavit, et ab iis qui recitare cupiunt Horas Canonicas cum Breviario Romano usuali, adhiberi benigne concessit ac decrevit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Ex Secretaria sacrorum Rituum Congregationis, hac die 14 ianuarii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

## II.

## ASTEN, ET TAURINEN. .

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI DOMINICI SAVIO, ADOLESCENTIS LAICI, ALUMNI ORATORII SALESIANI.

Sodales Salesiani, qui excellentes adulescentulos ab ipsis educatos et eruditos laudibus extulerunt, Dominico Savio, Oratorii laico alumno Scripturae sententiam congruere censuerunt: *In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria.* Revera tradunt Dominicum puerum fuisse plenum consilio, pietate erga Deum et parentes conspicuum, modestum, gravem miraeque simul comitatis, acri ingenio supra aetatem, ad studia litterarum aptissimum, seniorum vero virtutes eximie imitatum, ut et matres illum in exemplum suis filiis solitae essent proponere, et ipse Christi bonus odor dici meruerit. Natus est in oppido Ripae prope Cherium, die 2 aprilis anno 1842, patre Carolo, matre Rosa Saiato. Puerulus, utpote non amplius septem annos natus, cum pietatis et innocentiae laude floreret, ad sacram Synaxim admissus est : mox, uti ferunt, eo amore in Ssmam Eucharistiam exarsit, ut, cum anno 1853 litterarum studiis operam daturas in Taurinense Salesianum Oratorium esset receptus, ad tres et amplius horas veluti alienatus a sensibus coram Ssmo Sacramento saepe permanserit. Sanctam Virginem Dei Genitricem ut matrem amantissimam coluit, et auctor fuit ut sodalitium ab immaculata eiusdem Virginis Conceptione excitaretur, in quod adsciti adolescentula fructus vitae perciperent. Quo factum est, ut Superiores magnum animum in puero perspicientes et patientem iniuriarum admirandum in modum, de eo bene confiderent : ipse vero nobile exemplar inter aequa-

les haberetur, a quo omnes praeclarum illud didicerunt: *Malo mori quam peccatum patrare.* Ineunte adolescentia in morbum incidit, quo ab Oratorio invitus discedere et apud parentes se recipere coactus est. Verum, quamvis nihil praetermissum esset quod ad eum sanandum pertineret, morbo in dies crescente, quem aequo fortique animo toleravit, decimo quinto anno aetatis suae nondum exacto, pientissime obdormivit in Domino die 9 martii anno 1857, magnum relinquens desiderium sui cum fama virtutum. Dum vixit, Venerabili servo Dei Ioanni Bosco iucundissima fuit, qui adolescentulum non aetate sed virtute cum esset metitus, *aetas* enim *senectutis est vita immaculata,* post eius obitum historiam scripsit, qua Dominicum suum amantissime expressit *quasi florem rosarum in diebus vernis et quasi lilia in transitu aquae.* Fama sanctitatis quam Dei Famulus in vita adeptus fuerat, post obitum perseverans et crescens, Rmum Ordinarium dioecesis Ästen, excitavit ad Inquisitiones sua auctoritate super eadem fama conficiendas. Quibus perfectis, Romam delatis et sacrae Rituum Congregationi traditis, quum omnia a iure praescripta essent servata, instante Rmo domino Dante Munerati Societatis Salesianae procuratore generali et Causae postulatore, attentis litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum necnon Capitulorum, Ordinum et Congregationum, una cum laicis utriusque sexus praestantibus, Emus ac Rmus dominus cardinalis Vincentius Vannutelli, episcopus Praenestinus et Causae Ponens seu Relator, in Ordinario sacrae Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanum coacto, sequens dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Revmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei promotore, omnibusque accurate perpensis, respondendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 10 februarii 1914.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae servi Dei Dominici Savio, adolescentis laici et alumni Oratorii Salesiani, die 11 eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.* ^

# III.

# VALLISOLETANA.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI P. BERNARDI FRANCISCI DE HOYOS, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

In oppido hispano *Torrelobaton,* dioecesis Palentinae ac provinciae Vallisoletanae, die 21 augusti anno 1711, ex legitimis nuptiis ortum duxit Bernardus Franciscus de Hoyos, quem renatum baptismate parentes Emmanuel et Francisca de Seña Faica sub speciali tutela et patrocinio sancti Francisci Xaverii posuerunt. In pago natali litterariis rudimentis imbutus, cum adolevit, in collegiis Societatis Iesu tum Augustae Emeritae tum Villagarciae humanioribus litteris operam dedit. Divinam sentiens vocationem ad statum perfectiorem, devictis obstaculis, beatissima Virgine opitulante voti compos effectus, anno aetatis suae decimo quarto in ipsam Societatem Iesu cooptatus est, exemplari ad imitandum sibi proposito Ioanne Berchmans. Expleto tirocinio et ad vota simplicia admissus, philosophiae primum, dein theologicis disciplinis sedulo incubuit. Tum de divina voluntate certior factus, sub obedientiae ductu sacros Ordines suscepit, et die 2 ianuarii anno 1725 in altero Vallisoletano collegio S. Ignatii primum Sacrum fecit cum pari animi fervore ac solatio. Divinitus vocatus ad propagandum sanctissimi Cordis Iesu cultum in Hispania, opus sibi demandatum adeo feliciter explevit, ut, gravissimis difiicultatibus divina ope superatis, intra breve tempus in universa Hispania divinum Cor coleretur cum eximio animarum fructu. Hi successus maiora profecto de sancto iuvene portendere videbantur, cum repente lethali morbo correptus die 16 novembris anno 1735 eoque paulatim ingravescente, Ecclesiae sacramentis devotissime receptis, Vallisoleti in collegio S. Ignatii quievit in Domino die 29 eiusdem mensis, aetatis anno vigesimo quarto vix expleto, meritis magis quam annis maturus. Interim, opinione sanctitatis in vita et post obitum Servi Dei usque in praesens invalescente, Inquisitiones super ea Informativae, Ordinaria auctoritate confectae, sacrorum Rituum Congregationi exhibitae sunt. Hinc, servato iuris ordine, instante Rmo P. Camillo Beccari Societatis Iesu postulatore generali, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, complurium Rmorum Sacrorum Antistitum, Capitulorum cathedralium ac praepositorum generalium Ordinum seu Congregationum, Emus ac Rmus dominus cardinalis Hieronymus Gotti, huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacro-

rum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium ad discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur ?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei promotore, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuerunt : *Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 10 februarii 1914.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habuit, et propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis servi Dei Bernardi Francisci De Hoyos, sacerdotis professi e Societate Iesu, die 11 eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L . © S .

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

## IV.

## STRIGONIEN, ET ALIARUM DIOECESUM HUNGARIAE.

### DE FESTO B. MARIAE VIRGINIS, MAGNAE HUNGARORUM DOMINAE.

Festum B. Mariae Virginis, Magnae Hungarorum Dominae, hucusque assignatum Dominicae II octobris, ad normam recentium rubricarum et decretorum, et ad maiorem uniformitatem curandam, sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a sanctissimo Domino nostro Pio Papa X tributarum, amodo die 8 eiusdem mensis octobris sub ritu duplici secundae classis in universa Hungaria recolendum statuit ac declaravit. Hinc, Hymnus *O gloriosa,* hactenus in I Vesperis praefati Festi recitatus, ponatur ad Matutinum. In I Vesperis autem sequens inseratur Rubrica: *'Si I Vesperae dicendae sint integrae recitandus est Hymnus* O GLORIOSA *de Matutino, et ad Matutinum Hymnus* PRAECLARA CUSTOS VIRGINUM *ut in Festo Conceptionis immaculatae B. M. V.* Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Die 27 februarii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

# V.

# DECRETUM

## DE FESTIS LOCALIBUS QUAE A RELIGIOSIS RECOLI DEBEANT.

Rubricae in recitatione divini Officii et in Missarum celebratione servandae ad normam Bullae *Divino afflatu,* tit. IX, num. 2 et 4, perspicue docent quaenam Festa localia sub competenti ritu ex lege generali Regulares, Kalendarium sive dioecesanum sive proprium habentes, celebrare teneantur. Quum tamen constet anteactis temporibus ex mero Indulto sanctae Sedis nonnulla Festa pro utroque Clero alicui regno, aut provinciae, aut dioecesi concessa fuisse, de quibus in memoratis Rubricis et titulo nulla mentio, inde suborta est quaestio de obligatione Regularium ad haec quoque Festa celebranda.

Sacra porro Rituum Congregatio hanc quaestionem dirimere volens, et insuper decernere quo Kalendario uti debeant sive Ordines Regulares, sive Religiosorum Congregationes aut Instituta, itemque alia nonnulla circa eamdem rem opportune definire, audito suffragio Commissionis pro ordine psalteriali reformando constitutae, attentis tenore et mente Bullae *Divino afflatu* et subsequentium Rubricarum et Decretorum, omnibusque accurate perpensis, sequentia statuere censuit:

I. Ordines Regulares proprium omnino habere debent Kalendarium, quod pariter adhibendum est a Monialibus et Sororibus eorumdem Ordinum.

II. Congregationes seu Instituta utriusque sexus 'a S. Sede approbata et sub regimine unius praesidis generalis constituta, si ad recitationem divini Officii teneantur, proprium pariter habeant Kalendarium.

III. Congregationes et Instituta, quae sive Ordinaria sive Apostolica auctoritate sint approbata, non tamen comprehendantur paragrapho praecedenti, uti debent Kalendario dioecesano prouti iacet, additis iuxta Rubricas, Officiis, quae ipsis peculiariter concessa sunt.

IV. Ordines, Congregationes et Instituta, proprio Kalendario gaudentes, amodo celebrare tantummodo debent officia localia Dedicationis et Titularis ecclesiae cathedralis, nec non Festa solemniora Patronorum principalium, ita ut non amplius teneantur ad Officia alicui regno, provinciae aut dioecesi concessa; neque ad Officia localia quae adnexam habuerunt feriationem, nunc autem habent suppressam.

V. Quoad Festa localia, quae a Regularibus ut supra servanda sunt, ipsi uti debent Officio et Missa Clero saeculari concessis, nisi eadem

Festa ab ipsis Regularibus iam habeantur cum Officio et Missa magis propriis.

VI. Si graves exstent rationes ad aliqua Festa localia praeter recensita, pro aliqua Religiosa familia conservanda, sacrae Rituum Congregationis iudicio subiciantur, ut praedicta Festa, quatenus opus sit, in Kalendario inseri possint.

Quas resolutiones sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatas, Sanctitas Sua ratas habuit, probavit atque praescripsit, contrariis quibuscumque Indultis revocatis, aliisque etiam speciali mentione dignis non obstantibus.

Die 28 februarii 1914.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# SACRA ROMANA ROTA

## I.

## POLICASTREN.

### CREDITI.

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, BR. PP. DD. Michael Lega, Decanus* Ponens, *Ioseph Alberti et Petrus Rossetti, Auditores de turno, in causa* Policastren. - Crediti *inter R. D. Archid.* Pignataro *appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem adv. H. Benvignati, et Dom.* Giffoni *appellatum et incidenter appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem adv. Limongelli, die 20 decembris 1913 sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Ecclesia cathedralis Policastrensis adnexam habet curam animarum quam antea exercebant singuli canonici, certo constituto ordine, prout ferebant veteres constitutiones plurium ecclesiarum capitularium ;

ast tractu temporis experientia docuit, personam moralem non apte exercere curam actualem animarum; quare moribus inolevit et legibus constitutum fuit, Capitulo relinqui curam habitualem, attributa cuidam ex capitularibus cura actuali.

In Capitulo Policastren, cura actualis data est archidiacono.

Verum, uti dolet episcopus Laudisius in Bulla diei 23 decembris anni 1826, in cathedrali ecclesia, uti diminutus fuerat canonicorum numerus, ita etiam non amplius habebantur hebdomadam qui certe ante exstiterant, quique sicut functionibus sacris operam dabant, ita coadiuyabant archidiaconum in exercenda cura animarum, praesertim tempore insalubris aëris.

Quae insalubritas forsan causa fuit cur hoc Capitulum in tam miseram conditionem inciderit; cum enim per septem fere menses ab urbe Policastro abessent Capitulares, dispensati e residentia ob aër insalubre, servitium ecclesiasticum tam diuturno tempore tacebat, ut hebdomadarii pene inutiles visi sint.

Quare optimo consilio episcopus Laudisius rerum conditioni consulere studuit, statuens ut aestivo quoque tempore servitium chorale non cessaret, praestandum ab hebdomadariis ab ipso iterum institutis, proindeque Policastri residere obligatis tempore quoque aestivo.

Ex his Hebdomadariis duos deputavit coadiutores archidiaconi in cura animarum, eisdem singulis assignata mercede triginta ducatorum: ita iubente praefata Bulla: « Ducatos 60 quolibet anno percipiendos « super fundo denominato vulgo *Castagnola* in oppido *Cellarum* exsi- « stente, Rñdus archidiaconus duobus hebdomadariis cessit, et pro « eorumdem honorario et substentatione adsignavit deditque ».

Hi hebdomadarii, ex iussu Constitutionis, debebant aestivo tempore Policastri morari et forsan iussum in irritum cessisset, et nemo tam grave pondus sumpsisset tanto cum discrimine vitae, nisi sub brevi conditio locorum melior effecta fuerit, praecipue ob plures molitiones et tabernas commercii causa exstructas ad ora maritima prope Policastrum in loco *Capitello.*

Exinde auctus est fidelium numerus qui inibi morabatur, et videtur iam ab anno 1827 oppidum *Capitello* fuisse attributum pro animarum cura paroeciae Policastrensi. - Quando vero constitutus fuerit coadiutor qui archidiaconum coadiuvaret continuo residens apud capellani ibi exstructam, ex actis et deductis determinari non potest. - Ast in probatis exsistit, iam a multo tempore ante quam hodiernus archidiaconus suae praebendae possessionem caperet, coadiutorem assiduam residentiam ibi tenuisse, et hoc extra hodiernam controversiam versatur.

Hodie enim quaeritur an Blasius Petrus Giffoni ab anno 1888 coadiutor archidiaconi parochi Policastrensis ad diem 16 augusti 1910 (quo die decreta est divisio huius oppidi a paroecia Policastro per legitimam dismembrationem et erectionem in vicariam curatam) ius habeat sibi repetendi ab eodem archidiacono partem[1] ab ipso vindicatam a fisco, ratione congruae duobus coadiutoribus solvendam ex praescripto Bullae episcopi Laudisii; et iudex primae instantiae sententiam dedit favorabilem coadiutori. Interposita appellatione, hodie est respondendum huic rogandi formulae, legitime concordatae inter partes: *An et quaenam summa et a quonam tempore sac. Giffoni ob munus coadiutoris expletum in loco* Capitello *solvi debeat ab archidiacono Pignataro in casu?*

Giffoni repetit sibi summam libellarum annualium 127,50 et ab anno 1899, quia parochus obtinuit hoc favorabile decretum a fisco (Fondo per il Culto) sub anno 1902 pro supplemento congruae ad libell. 1056 computato ab anno 1899 quo ipse parochiam assecutus fuit: et hinc ratio habita est de stipendio coadiutoribus solvendo in hisce terminis : « Il Con« siglio d'Amministrazione nella sua adunanza del 17 gennaio u. s. ha « accolto in parte il reclamo (parochi) aumentando l'assegno obbligatorio « pei due vice-parochi (nempe duorum coadiutorum, alterius Policastri, « alterius Capitelli residentium) ma limitatamente à lire 255, e cioè in «ragione di ducati 30 pari a lire 127,50 per ciascuno, come risulta « altra volta stabilito dal certificato 31 gennaio 1886 del Vescovo di « Policastro ».

Huic petitioni refragatus est parochus Pignataro asserens destinationem summae a fisco factam nullimode parochum obligare in foro Ecclesiae, quae tantas passa est ab eodem fisco direptioriés ; quamobrem summa a competente auctoritate Ecclesiae verti potest in illum scopum quem potiorem eadem auctoritas Ecclesiae censeat habendum esse.

Praeterea iste adnotat, ab episcopo Laudisio 60 ducatos attributus fuisse parochi coadiutoribus qui per totum annum Policastri... moram facere et pernoctare tenentur. - Idem contendit, duos coadiutores usque ad nostros dies fuisse et haberi Policastri quod, etsi et unus haberetur, tamen coadiutor in vico *Capitello* degens, üön sibi vindicare posset quod alii coadiutori attributum fuerat. Equidem hunc coadiutorem Capitelli degentem hos triginta ducatos nunquam assecutum esse extra controversiam est, uti testatur ipsa sententia appellata, sed pro sua congrua substentatione iste reditus vel a civili gubernio, vel a mensa episcopali obtinuit, atque hisce, una aut alia de causa, deficientibus, contentus fuit

iis proventibus incertis, solvi solitis a fidelibus quum sacramenta participant aliasve sacras functiones.

Verum has rationes non evincere parochi intentionem tenet hodie coadiutor Giffpni, et arbitratus est ipse iudex prioris instantiae, qui parocho adversam sententiam tulit.

Sed antequam hodiernae quaestionis examen ad ius quod attinet instituatur, Domini praestare dixerunt inquisitionem facere praeterea in factum, an revera coadiutor ad viçum *Capitello* residens, haberi possit quasi unus ex duobus coadiutoribus constitutis per Bullam episcopi Lauclisii anno 1826.

Quamvis in actis non habeatur documentum hoc comprobans, tamen ipse parochus fatetur ab anno 1827 quo exsecutioni data est Bulla mensis decembris 1826, vicum *Capitello* comprehensum fuisse in parochia Policastrensi. - Attamen, adductis argumentis idem parochus archidiaconus Pignataro contendit, duos habitos fuisse usque coadiutores Policastri, distinctos a coadiutore in loco *Capitello* residente.

Quam tamen assertionem réfutât «expressis verbis iudex ordinarius in sententia asserens: « E difatti, egli (Archidiaconus) non ne ha mai << avuti due, ma uno, il sac. D. Garlo Falcone » et inferius: « In quanto « alla seconda parte delia memoria suppletiva, vale a dire che dal 1910 « sono stati sempre due (mai uno) i coadiutori di Policastro, siamo « davvero meravigliati come si sia ciò potuto asserire. Ma se consta a « noi che dal 1899, epoca in cui siamo venuti in diocesi, sino ad oggi << uno è stato il coadiutore dell'arcidiacono parroco di Policastro, il « sac. D. Falcone, come si fa ora a dire che sono stati due? E poi lo « ha sostenuto esso proprio il convenuto (Archidiaconus) nelle sue prime « deduzioni che per le mutate condizioni dei tempi dovè passare le « lire 225 al suo coadiutore D. Carlo Falcone, come da dichiarazione « scritta da costui in atti », etc.

Quocirca, *ex actis,* et ex confessione conventi, et ex citata declaratione constat, revera Policastri hisce posterioribM annis, uuitjm tantum coadiutorem habitum fuisse.

Praeterea,, uti documentum plenam fidem faciens, etiam adhiberi posse rati sunt Domini, recursum ab episcopo G ione factum ad fiscum (Fondo per il Culto) anno 1886, quo ipse declaravit duos haberi coadiutores archidiaconij alterum Policastri, alterum Capitelli residentem,; et hanc rerum conditionem asseruit et confirmavit ipse arebJ$MQ3&§i$ dum petiit a fisco sibi mioceni suj&mam *ñ$^imk.* bibita ratione du#r rum coadiutorem; sibi. in&ervientium^ quorum alter Poligami, alter Capitelli residebajt.

Neque enim vim harum assertionem destruit animadversio hodie opposita ab ipso archidiacono, nempe haec asserta fuisse ut a fisco obtineretur quod aliter concessum non fuisset; nam in primis advertitur, in actis haberi plura documenta non fisco exhibita, neque ad hunc finem comparata, quibus archidiaconus uti suum coadiutorem recognoscit sacerdotem Gifibne constitutum pro vico *Capitello.* Quo vero ad declarationes factas coram fisco, considerare praestet quod has certe praesertim Episcopus non fecisset, nisi conformes essent veritati, quam detegere tam facile fuisset magistratui civili cum ageretur de parvo oppido, et de rerum adiunctis cuique de populo perspectis.

Quandonam incoeperit haec rerum conditio, seu primo ab anno 1327 cum oppidum *Capitello* certe adnexum est paroeciae Policastrensi, an serius cum numerosior populus ibi est constitutus, hoc ex actis determinari non potest; nec cum nostra quaestione arcte connectitur; nam sufficit in probatis exsistere, iam antequam hodiernus archidiaconus suae praebendae possessionem caperet, Giftbne uti parochi Policastren, coadiutorem in vico *Capitello* fuisse legitime deputatum.

Neque Archidiaconus serio contendit, se non duos sed tres habuisse coadiutores, seu duos habuisse Policastri praeter tertium, nempe Giffone. Etenim Episcopus asserit, unum tantum saltem a tempore quo ipse est loci Ordinarius, haberi Policastri coadiutorem, et hoc concedit archidiaconus, fassus unam tantum conferri a Curia praebendam coadiutorialem; sed una simul declarat, aliquem ex praebendatis solitum fuisse operam conferre in subsidium coadiutoris. Sed hoc nihil proficit eius intentioni, quia hodierna quaestio est de coadiutoribus praebendatis de quibus certa fundatio exsecutioni data fuit per Bullam episcopi Laudisii.

Hisce declaratis in facto, perpenderunt Domini an haec facti conditio sit conformis *iuris* praescriptis, adeo ut inferre liceat, Bullam Laudisii attribuentem duobus coadiutoribus ducatos sexaginta, seu triginta ducatos singulis, applicandam esse in casu favore coadiutoris Giffone', quamvis hic non Policastri, sed Capitelli moretur. Equidem, etsi Bullam interpretemur sensu literali, dum praecipit, *duos coadiutores residere debere diu noctuque Policastri* et intelligamus nedum intention e *m* sed *litteram* esse salvam in coadiutore Capitelli morante, quia Capitelli vicus in paroecia, quasi pars in toto, continetur et comprehenditur; tamen satius est rem in tutiore positione collocare, advertendo ex praescripto Conc. Trid. sess. XXI c. 4 *de Ref.* episcopos facultatem habere parochis dandi coadiutores) et multo magis ipsis' fas esse coadiutores iam datos, de uno in alium locum transferre, uti in locum commodioris

residentiae pro fidelibus; et has facultates Ordinariorum clarius explicavit et praefinivit Innocentius XIII in Constit. *Apostolici ministerii* diei 13 maii 1723, facta quoque potestate- episcopo, pro suo arbitrio et conscientia,, partem fructuum beneficii parochialis coadiutoribus assignandi. v,.-:-;.. v

Neque refert, coadiutorem Capitelli hebdomadarium numquam fuisse; non enim est quaestio, de nomine, sed de re. Una erat Policastri paroecia, cui archidiaconus praefuit: duo fuerant coadiutores, quocumque fuerint titulo vocati, quibus unum idemque ius fuit. Et de cetero, coadiutor Capitelli, et praecise GifföniuSj fuit etiam *hebdomadarias* renuntiatus hanc praecise ob causam «quia multis abhinc annis in « exercitio animarum curae istius suburbii Capitelli Coadiutor Rmi Archi- « diaconi curati exsistis ».

Quamobrem nullam fecisset difficultatem factum, praefatam Bullam loqui de coadiutoribus Policastri morantibus, et hodie compertum est ex his alterum morari Policastri, alterum vero Capitelli; quippe hoc factum iure optimo niti iam explicatum est, idemque ratum et firmum haberi videmus ab episcopo Clone anno 1886, qui, hac facti conditione explicita fìsco, ab eodem petit solvi 60 ducatos, attributus his duobus coadiutoribus per Bullam anni 1826.

Fiscus annuit petitioni Episcopi et hoc decernens non inducit aliquam immutationem in bonis Ecclesiae, sed recognoscit auctoritatem legitimam congruam retributionem ita assignasse coadiutoribus, atque exsecutioni mandat. Archidiaconus proinde recognoscat oportet libellas 127*50 deberi coadiutori Capitelli residenti, non quia hoc iussit fiscus; bene vero quia hic, praevia episcopi attestatione eiusdemque archidiaconi confessione, recognovit his coadiutoribus deberi quod iis concesserat episcopus Laudisius anno 1826.

Neque relevat dicere, Giffonium cum coadiutor Capitelli fuit renuntiatus^ iuri suo Cessisse, et seipsum obligasse ad animarum curam exercendam sine stipendio, Episcopo dicente « che égli non intendeva « pagare a lui più che lire 200 che aveva corrisposto sino allora al << rinunciatario coadiutore D. Lorenzo Pellegrini ». Giffonius haec admisit. Ex hoc unum sequi, animadverterunt Domini, Giffonium qualibet actione carere contra Episcopum, cum quo de non percipienda praestatione libellarum 200 convenerat; non vero pure et simpliciter eumdem obligationem assumpsisse curam animarum exercendi sine ulla mercede, tertias personas quod attinet; si enim hoc esset* certe Episcopus naturae et Ecclesiae legum violator exstitissët, et -Giffonius sanae mentis non fuisset, quod nefas est vel fingere.

Factum autem quod est incontro versum et admittitur a iudice prioris instantiae, seu per 80 annos, controversos 30 ducatos solutos non fuisse, non potest obiici ad fundandam exceptionem praescriptionis. Siquidem istud factum dare posset locum obiectae exceptioni, si demonstraretur ab archidiacono per id temporis, istam summam fuisse revera liquido debitam, eamdemque ita habuisse solutioni paratam ut capellanus suae negligentiae imputare deberet si eamdem non exegit. De Luca, *deiub.*, disc. XXI, n. 12, 18 et d'Annibale II, n. 151.

Ex adverso nedum archidiaconus hoc non probat, sed clara sunt indicia et argumenta quibus convincitur istam summam, saltem toto tempore quo decurrere debet praescriptio, vel non fuisse debitam, vel non liquidam fuisse. Sané fundus *Castagneto,,* uti refert patronus Blasii Giffone, iampridem sub censu cóncessus fuit municipio loci; censum vero solvendo non semper par fuisse municipium, refert idem patronus ; unde summam capellano debitam per illud temporis non fuisse liquidam patet.

Sed etsi semper haec summa *liquida* fuisset, tamen non probatur fuisse *debita;* siquidem capellanus loci *Capitello* certe per aliquod tempus et a mensa episcopali et a gubernio civili certum stipendium recepit ; quod factum fuisse vi pacti aut conventionis initae cum Archidiacono praesumere licet.

Ceterum quia aliunde capellanus suam mercedem recipiebat, per id temporis quando expetere debuisset controversam summam ab archidiacono, consequitur probabiliter hanc non expetisse, quippe ius ad hanc, una vel alia de ratione, tunc non habebat. Unde obiectae exceptioni nulla vis est.

Quibus ex animadversionibus consequi dixerunt Domini, iure merito iudicem primae instantiae adiudicasse coadiutori Giffone summam libell. 127,50 a tempore quo hanc obtinuit a fisco Archidiaconus.

Ast idem iudex censuit dictam summam non deberi nisi deductis

1) expensis ab Archidiacono factis in hac summa vindicanda ;

2) annuis pensionibus a coadiutore perceptis vi locationis suae domus canonicae continenti ipsi ecclesiae;

3) summa libell. 15, legata*ipsi ecclesiae.

Verum ad *primum* punctum quod attinet, Domini dixerunt quod quamvis iustissima sit ratio a iudice invocata, nempe expensas ab eo sustinendas esse qui sentit commodum, tamen recta non est applicatio, nisi fuerit servata debita mensura, quam non servasse videtur iudex in casu. Siquidem Archidiaconus a fisco non tantum vindicavit controversam summam, sed hanc partem fuisse supplementi congruae ab eo

obtentae, invocatis, inter cetera, stipendiis quoque duobus coadiutoribus solvendis.. Quocirca de expensis ab Archidiacono habitis in isto supplemento vindicando, coadiutor Giffone eam tantum partem sustinere debet correspondentem utilitati inde perceptae seu summae libellarum 127,50.

Quoad *secundum* punctum, seu pensiones ex locata domo canonica perceptas, aestimatas ad 70 libell, annuas, Domini dixerunt istas non esse deducendas a summa ab Archidiacono debita, quippe hanc domum canonicam habitandi nedum ius, sed obligationem habebat coadiutor Giffone; quod ius cum alii per locationem cesserit, fructus inde derivantes iure meritoque suos esse contendit.

Nec Domini praetermiserunt considerare huiusmodi canonicam domum fuisse habitationi coadiutoris destinatam. Porro inter fructus praebendae haec nequit computari. « Super domo destinata pro habitatione « episcopi vel rectoris (ecclesiae) dubitari consuevit an veniat in valore, « sed quoties de facto deservit ad usum destinatum habitationis, rece- « ptum est non venire, quamvis in eadem domo inhabitent saeculares « coniuncti titularis, ut ceteris relatis, Buratt », etc. Ita Card. De Luca, *dé benef.,* disc. 90, num. 7 cum DD. inibi citatis quod ceteroquin receptum est etiam in iure civili quo utimur: episcopis enim et aliis beneficiatis congrua a fisco assignatur, nulla habita ratione domorum quas incolunt.

Eo magis vero censuerunt Domini sacerdotem Giffone suos esse, iure posse contendere, fructus locatae domus canonicae, quod cum ipse interim incoluerit suam domum paternam, pensiones locationis domus canonicae debemus computare veluti compensantes fructus quos percepisset ex locatione suae domus.

Equidem advertere praestat* attentis ss. canonibus, non esse laudandam rationem agendi praefati coadiutoris, quippe qui habitare debuisset domum canonicam, a fundatoribus legitime destinatam in habitationem coadiutoris. Exploratissimi autem iuris est, uti probat Lucidi, *De visit, sacror* limin.,* lib. I, cap. III, art. 3, adducens iurisprudentiam Ss. Congregationum, residentiam debere esse *materialem* et *formalem,* seu habitam in loco destinato ipsi beneficiato in habitationem ; sed nostram quaestionem spectantes, concludere debemus forsan fuisse minus licitam et laudandam hanc rationem agendi Coadiutoris, per se consideratam, sed effectum certe, pepërisse ut conductor suos fecerit fructus pensionis.

Inquam *per se consideratam;* quia in themate coadiutor potest invocare tacitam, si non expressam, approbationem Curiae, quae sivit coa-

diütorem ita commutare locum residentiae ut haberet aliquos reditus quos impenderat in restaurationem suae ecclesiae. Et ita reapse impendisse fructus locationis docet documentum in actis exhibitum, ab adversario non impugnatum.

Denique ad *tertium* punctum, seu ad summam legatam ecclesiae, quod spectat* adverterunt Domini, hanc certe non posse imputari congruae debitae coadiutori in suam substentationem; nam uti perspectum est inter canonistas* alia est dos ecclesiae, alia portio congrua beneficiati, uti firmatum est in *Leodien. - Dismembrationis* coram me, die 4 martii 1911.

Quare haec summa est ecclesiae dos, non capellani congrua. Item incongruum est, uti videtur contendere archidiaconus, coadiutori computari in congruam sufficientem, reditus certos vel incertos qui a coadiutore percipiuntur in administratione sacramentorum. Nam, etsi uti considerat De Luca, disc. XVIII-de *paroc,* n. 12; *de iurispatr.,* disc. X, num. 18. *Adnot. ad Conc. ff id.,* disc. IX, n. 8, reditus *certo* percipiendi ex sacramentis administratis ob necessitatem spiritualem fidelium computari debeant in congruam beneficiati, tamen in casu hoc non obstat quominus alii reditus si qui forte adsint, eidem in congruam substentationem assignati, vindicentur ipsi coadiutori ex legitimo titulo, uti perpensum est.

Summa autem debita ab Archidiacono solvenda est, computatis usuris a die motae litis, quo die iure censetur cessare *bona fides* quae pro anteacto tempore praesumitur, arg. leg. 25, § 7, digest, *de haer edit. petit.*

Hisce igitur omnibus perpensis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus proposito dubio respondentes: *Affirmative; solvendam vero esse annuam summam libellarum 127,50 ab anno 1899 ad 1910; salvo iure Archidiaconi a summa debita deducendi, titulo expensarum factarum in vindicando supplemento congruae, illam quotam partem quae pro mensura emolumenti inde percepti seu libell. 127,50, sustinenda est a coadiutore Giffone.*

Expensas autem iudiciales edicimus et decernimus inter partes compensari et pro compensatis haberi decernimus, quarum tamen taxationem, non excluso advocatorum honorario, nobis reservamus, quam tamen perficiendam remittimus Rmo P. D. Ponenti.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacro-

rum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXI, *De Beform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et .coercitivis mediis,- quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint. ¿

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 20 decembris 1913*

Michael Lega, Decanus, *Ponens.*
Ioseph Alberti.
Petrus Rossetti.

Ex Cancellaria, die 20 ianuarii 1914.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

II. ; - ' "

CITATIO EDICTALIS.

## WESTMONASTERIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (LLEWELLYN-ROBINSON).

Cum ex actibus processus in Curia Westmonasteriensi peracti, constet Dnum Petrum Robinson (12 Hawthorne Road, Willesden Green, London), hac in causa conventum, reperiri non posse, per praesens edictum eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime 'constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 3 aprilis 1914, hora undecima, ad videndum subscribi infrascriptum dubium, nec non destinari diem, qua habebitur turnus rotalis pro definitione causae.

Dubium: *An constet de nullitate matrimonii in casu?.*

Ordinarii locorum et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco domini praefati, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de edictali citatione moneatur.

Romae, die 3 martii 1914.

Ioannes Prior, *Ponens.*

L. & s.

Tancredes Tani,
*Notarius S. B. Botae,*

## TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE,

*Citation par Edit.*

^VESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII (LLEWELLYN-ROBINSÖN).

Puisqu'il conste des actes du procès, qui a été fait dans la Curie de Westminster, que monsieur Pierre Robinson (12 Hawthorne Road, Willesden Green, London), défendeur en cette cause, ne peut être trouvé, Nous citons par le présent édit le même défenseur à comparaître par propre personne ou par un procureur légitimement Constitué au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine le 3 avril 1914 à 11 heures du matin, pour voir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote.

Doute: *Conste-t4l de la nullité du mariage dans le cas présent?*

Les Ordinaires des lieux et les fidèles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence du dit défendeur doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

Rome, le 3 mars 1914.

Jean Prior, *Ponent.*

L. S.

Tancrède Tani,
*Notaire de la Bote.*

# SECRETARIA STATUS

## EPISTOLAE.

L

AD R. P. D. *G.* PIPFL, VIENNENSIUM ARCHIEPISCOPUM, OB MNEMOSYNON A PERILLUSTRI VIRO COMITE HEREDITARIO FERDINANDO TRAUTTMANSDORFP, PRAESIDE SOCIETATIS SIC NUNCUPATAE « KATHOLISCHER VOLKSBUND », BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Illmo e Rmo Monsignore,

Assai vivo rincrescimento provò il Santo Padre nell'apprendere le gravi controversie ed agitazioni manifestatesi in questi ultimi tempi fra i cattolici dell'Austria, ne meno Lo sorprese ed afflisse il sapere come

eransi travisate la natura e la portata di parole da Lui dette in una udienza puramente privata concessa ad una ben nota persona di Vienna, ed alle quali si è preteso dare il significato di una definitiva sentenza circa gravi questioni, ch'Egli si riserva invece di esaminare d'intesa col degnissimo episcopato di cotesto impero.

Ora poi la stessa Santità Sua, dopo aver presa esatta conoscenza della Memoria testé umiliataLe dal signor conte ereditario Ferdinando Trauttmansdorff, quale presidente del « Katholischer Volksbund », mi ha dato il gradito incarico di significare alla S. V. Ilìfiia e Rma tutto il sovrano Suo compiacimento per i sentimenti, ivi espressi, di filiale devozione alla Sede Apostolica e di piena obbedienza alle sue direzioni. In tale documento, infatti, la sullodata Associazione non solo rigetta con energia Ogni erronea dottrina o tendenza, specialmente in materia sociale e politica, e si professa del tutto aliena dail'introdurre in co teste cattoliche regioni il sistema delle società interconfessionali, dall'augusto Pontefice dichiarate non illecite, con cette condizioni e cautele, in taluni paesi, unicamente in vista delle particolari circostanze dei medesimi ; ma riconosce altresì, nel modo più formale ed espresso, in conformità coi ripetuti insegnamenti della Santa Sede, che la questione sociale non è puramente economica, sibbene in primo luogo, religiosa e morale, e, per questo rispetto, soggetta al giudizio ed all'autorità della Chiesa, e si propone di lavorare attivamente in tutti i campi della vita pubblica a norma della dottrina cattolica, affine di cooperare all'attuazione del nobilissimo programma del Santo Padre : « Instaurare omnia in Christo ». Quindi Sua Santità loda ed incoraggia questi ottimi propositi, cui s'ispira il « Katholischer Volksbund », benedice le egregie persone le quali lo dirigono, e non dubita che, attenendosi a così sani principi e curandone, sotto la guida dei loro legittimi Pastori, la pratica applicazione, i cattolici dell'Austria potranno combattere vittoriosamente per il trionfo della verità, per il bene della Chiesa e della Patria e per la salvezza delle anime, insidiate, soprattutto ai giorni nostri, da numerosi e potenti nemici.

Dopo di ciò, mi è grato confermarmi con sensi di ben sincera stima

Della S. V. Dima e Rma

Dal Vaticano, 26 gennaio 1914.

Servitor vero

R. CARD. MÉRÉY DEL VAL.

## II.

AD R. D. R. DE TEIL, PRAESIDEM CENTRALIS CONSILII OPERIS « DE LA S A INTES-ENE ANCE » NUNCUPATI, QUI, DEVOTIONIS ERGO, EXEMPLAR ANNALIUM PRAEFATI OPERIS PRO ANNO 1913 BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBUIT.

Monseigneur,

Le Souverain Pontife, Pie X, a eu pour très agréable le filial hommage du recueil des « *Annales de la Sainte-Enfance* », pour l'année 1913.

Lé vif désir que le Saint Père exprimait dernièrement, et qu'il se plaît à renouveler aujourd'hui, « de savoir tous les enfants catholiques agrégés à cette pieuse et très salutaire association », est une preuve éloquente de l'intérêt tout particulier qu'il porte à cette œuvre excellente, qui à mérité les encouragements et la bienveillante approbation des Souverains Pontifes et de l'Épiscopat du monde entier.

Aussi bien, Sa Sainteté est-Elle heureuse de féliciter le Président et les membres du Conseil central de la Sainte-Enfance, ainsi que leurs collaborateurs, de leur zèle et de leur dévouement à promouvoir le développement de cette oeuvre qui devrait être chère à tous les catholiques.

Comme gage des bénédictions célestes toujours plus abondantes sur l'oeuvre de la Sainte-Enfance et sur ceux qui la propagent et la soutiennent, le Saint Père accorde avec effusion de cœur à vous, Monsieur le Président, et aux membres du dit Conseil central, la bénédiction apostolique.

Je vous suis bien reconnaissant de l'exemplaire de ces mêmes Annales que vous m'avez gracieusement offert, et je saisis avec plaisir cette occasion pour vous exprimer, Monseigneur* avec mes félicitations personnelles, mes sentiments dévoués en Nôtre-Seigneur.

Rome, le 11 février 1914.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

# III.

AD R. P. H, D, CASGRAIN, RECTOREM SOCIETATIS CATHOLICAE PRO IMMIGRANr TIBUS, NUPER IN CANADENSI REGIONE CONDITAE.

Monsieur le Directeur,

Il a été particulièrement agréable au Souverain Pontife, dont la paternelle sollicitude pour les oeuvres on faveur des émigrés s'est manifestée en maintes circonstances, d'apprendre qu'une société catholique d'immigration a été fondée naguère, dans le Canada, sous le patronage de Mgr le Délégué Apostolique, de NN. SS. les Archevêques et Évêques de cette région, du Gouverneur de la province de Québec et d'autres notabilités laïques.

Le Saint Père applaudit à cette noble et salutaire initiative ayant pour but d'offrir à tous les émigrants catholiques, sans distinction de nationalité) qui s'établiront dans le Canada, à ces personnes toujours plus nombreuses que les besoins et les nécessités de la vie obligent à quitter leur famille, le sol natal pour aller chercher à l'étranger une amélioration à leur sort, à leur condition matérielle, de leur offrir, dis-je, et de leur procurer, avec l'assistance et la protection temporelle, les bienfaits inestimables et de beaucoup plus nécessaires de l'assistance et de la protection morale et religieuse.

Voilà, certes, une œuvre de zèle qui répond aux exigences et aux besoins de l'heure présente.

En vous félicitant ainsi que vos dévoués collaborateurs du zèle avec lequel vous vous consacrez à cette belle œuvre, et comme gage d'heureux résultats, Sa Sainteté vous envoie de tout cœur pour vous, monsieur le -Directeur, pour les membres 4e votre Société, et pour votre œuvre protectrice des émigrés, la bénédiction apostolique.

Je saisis bien volontiers cette occasion pour vous exprimer, avec mes félicitations, monsieur le Directeur, mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 12 février 1914.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

## IV.

AD R. D. H. DELASSUS, QUI BEATISSIMO PATRI TAMQUAM DEVOTIONIS SPECIMEN EXEMPLAR OBTULIT OPERIS QUOD INSCRIBITUR: « LA MISSION POSTHUME « DE JEANNE D'ARC ET LE RÈGNE SOCIAL DE NOTRE-SEIGNEUR JÉSUS-« CHRIST ».

Monseigneur,

Le Souverain Pontife a eu pour très agréable l'hommage que vous lui avez fait de votre récent ouvrage intitulé : « La Mission posthume de « Jeanne d'Arc et le Règne social de Notre-Seigneur Jésus-Christ ».

Justement frappé des graves et réconfortantes paroles, prononcées par Sa Sainteté en une circonstance mémorable, vous avez pris à tâche de les développer et de. les mettre en lumière par une série de considérations également consolantes pour votre foi et votre patriotisme. Vous y montrez une clairvoyance et une sûreté de vues, qui font de votre beau livre une contribution précieuse au relèvement moral de votre pays.

Le Saint-Père vous en félicite et vous accorde de-tout cœur la bénédiction apostolique.

Je vous remercie de l'exemplaire que vous m'avez gracieusement offert, et vous renouvelle, Monseigneur, l'assurance de mes sentiments très dévoués en N.-S.

Rome, le 4 mars 1914.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

V.

AD R. D. IACOBUM DE AMICIS, VICARIUM CAPITULAREM DIOECESIS IANUENSIS, OB CONGRESSUM PRO CHRISTIANA EDUCATIONE GENÜAE PROXIMO MENSE MAIO HABENDUM.

Illmo e Revmo Monsignore,

Il Santo Padre ha appreso con piacere la notizia di un Congresso per la educazione cristiana, da tenersi in cotesta città nel prossimo Maggio. L'iniziativa, quanto mai utile specialmente ai giorni nostri, è merito dello zelante signor cav. Mario Palau benemerito fondatore del *Giornaletto,* che coli'aiuto della locale Sezione dell'Unione Popolare la propose pel primo sotto forma di convegno, e del Presidente generale dell'Unione suddetta, che, accogliendola favorevolmente, ha creduto di trasformarla in un Congresso nazionale, affinchè più autorevole ne fosse la voce, più abbondante la messe di duraturi frutti. Sua Santità pertanto se ne congratula di cuore coli' uno e coli' altra, ed affida alla S. V. F onorifico incarico di partecipare ai promotori del Congresso ed a quanti vi prenderanno parte l'apostolica benedizione, che loro invia di cuore, facendo voti di felice riuscita.

Con sensi di sincera stima

Roma, li 6 marzo 1914

Affino nel Signore
R. CARD. MERRY DEL VAL.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO.

### NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato dì nominare:

*21 febbraio 1914.* — L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore della Congregazione dei Benedettini Silvestrini.*

*23 febbraio.* — L' EiRo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore della Congregazione dei Missionari Figli del Cuore immacolato di Maria.*

— L' Eöio signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore della Società dei Missionari Gmseppini, del Messico.*

*24 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Religiose Terziarie di san Francesco d'Assisi della divina Pastora, di Madrid.*

*28 febbraio.* — L'Emo signor cardinale Vincenzo Vannutelli, *Protettore delle Suore della. Carità Domenicane della Presentazione della santa Vergi/ne di Bretèche presso Tours,*

— L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettóre delle Monache Gerolimine, di Spagna.*

*1 marzo.* — L'Emo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, *Protettore dell'Arciconfraternita dei santi Angeli Custodi.*

— L'Emo signor cardinale Gaetano De Lai, *Protettore dell' Ordine di san Gerolamo, Congregazione del beato Pietro da Pisa.*

*2 marzo.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, *Protettore detta Congregazione delle Suore Missionarie di Nostra Signora d'Africa.*

*4 marzo.* — Il medesimo signor cardinale Domenico Ferrata, *Proiettore delle Suore Orsoline dell'Unione Romana.*

— L'Emo signor cardinale Pietro Gasparri, *Membro della sacra Congregazione dei Religiosi.*

— Il revmo padre Alessio Maria Lépieier, priore generale dei Servi di Maria, *Consultfixe^ della stessa sacra Congregazione dei Religiosi.*

*8 marzo.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, *Protettore della Congregazione dei Servi dßlla* ***Carila.***

*10 marzo.* — L'Emo signor cardinale Ottavio Cagiano de Azevedo, *Protettore dell'Ordine dei Servi di Maria,*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Prelati Domestici di S. S::*

*13 febbraio 19tá.* — Mons. Simone Spannbrucker, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.

*21 febbraio.* — Mons. Ermenegildo Montaner, della diocesi di Tortosa.

*23 febbraio.* — Mons. Arturo P. Hameì, della diocesi di Portland.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Cameriere Segreto soprannumerario di S. S.:*

*21 febbraio 1914.* — Mons. Giovanni Licitri, segretario del Cardinale Arcivescovo di Catania.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:*

*26 febbraio 1914.* — Mons. Rodolfo Böhm, dell'archidiocesi di Vienna.

— Mons. Francesco Saverio Miklàszèwski, parroco nella diocesi latina di Premislia.

ONORIFICENZE.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*1 marzo 1914.* — A S. E. il sig. Ignazio de Landsberg-Steinfurt, libero barone dell'Impero e vice-presidente della Camera dei Signori, della diocesi di Münster.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*8 gennaio Î914.* — Ai signori Ferdinando Graf e Cario Klein, consiglieri di Governo in Austria.

*19 febbraio.* — Al sig. dott. Giuseppe Rech, della diocesi di Metz.

*La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*8 gennaio 1914.* — Al sig. barone Egon de Berger, al sig. barone Rodolfo de Prandau ed al sig. barone Leone de Di Pauli, segretari aulici e ministeriali in Austria.

## NECROLOGIO.

*27 febbraio 1914.* -r- L'Emo signor cardinale Giovanni Katschthaler, arcivescovo di Salisburgo.

*2 marzo.* — Mons. Uberto Voss, vescovo di Osnabrück.

*4 marzo.* — L'Efiio signor cardinale Giorgio Kopp, vescovo di Bresla via.

Annus VI. - Vol. VI. Die 31 Martii 1914. Num. 5.

# AGÍA APOSTOLIGAEIËDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. X

## EPISTOLAE

### I.

AD R. P. CLEMENTEM A SS. FAUSTINO ET IOVITA, PRAEPOSITUM GENERALEM, ET UNIVERSUM ORDINEM FRATRUM CARMELITARUM EXCALCEATORUM, TERTIO PLENO SAECULO AB HONORIBUS CAELITUM S. THERESIAE TRIBUTIS.

Dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Ex quo Nostrae humilitatem personae ad fastigium Pontificatus evexit divina benignitas, hoc Nobis pro Apostolico officio cum primis duximus faciendum, ut quandocumque sollemnis se obtulisset occasio ad celebrandos filios Ecclesiae, virtutum splendore, doctrinae laude rerumque gestarum gloria maxime nobilitatos, ea Nos perdiligenter uteremur. Cum enim ad movendos animos multo plus facta quam verba valeant, semper Nobis persuasum fuit, illi proposito, quod urgemus, instaurandi omnia in Christo, non tam hortamenta Nostra conducere, quam exempla eorum, qui studiose in Christum ipsum, imitationis causa, intuentes, eius in se formam sanctitatis mirifice expressissent. Itaque in saecularibus sollemnibus Gregorii Magni, Ioannis Chrysostomi et Anselmi Augustam litteras ad orbem catholicum dedimus, quibus eorum laudes persecuti sumus: similiterque haud ita pridem Caroli Borromaei celebrem commemorationem egimus, tertio exeunte saeculo postquam in Sanctorum numerum est relatus.

Iam sollemnitatem id genus, dilecti filii, inclyto Ordini vestro proximus aprilis allaturus est, quod ipsos trecentos ante annos decessor Noster Paulus V beatorum caelitum honores Theresiae, Matri legiferae,

decrevit: vosque, ut affertur, in generali coetu Ordinis, suscepistis nuper consilium, actuoseque paratis laetabilis facti memoriam sollemnibus sacris ac multiplici gratulantis animi significatione prosequi. Hoc enimvero Nos admodum probamus, libenterque, totius Ecclesiae nomine, domesticae laetitiae vestrae venimus in partem. Nam commune orbis catholici decus et lumen, idque e praeclarissimis, quibus ipse ornatur, non sane postremum Abulensis Virgo est; quam: «Dominus implevit « spiritu sapientiae et intellectus et thesauris gratiae suae adeo illu« stravit, ut splendor eius, tamquam stella in firmamento, fulgeat in « domo Dei in perpetuas aeternitates » *(Bull. Canonia).* Ita Gregorius XV de Theresia, et verissime quidem, praedicavit: tanta enim tamque utilis ad salutarem christianorum eruditionem fuit haec femina, ut magnis iis Ecclesiae Patribus et Doctoribus, quos memoravimus, aut non multum aut nihil omnino cedere videatur.

Etenim ad caeleste magisterium, quod gessit, sanctae disciplinae, mirum in modum ipsa eam natura conformavit. Singularis erat et acies mentis et magnitudo benignitasque animi et iudicii constantia et rerum hominumque prudentia, nec minus iucunditas ingenii et morum suavitas, quae omnium illi animos conciliaret. Sed multo admirabiliora his naturae bonis illa erant supra naturam. Non paucos quidem vitae sanctimonia divinarumque rerum scientia praestantissimus viros haec habuit aequales - adeo ut illa Hispaniae catholicae aetas aurea recte nominari possit -; at quibus, ex eo numero, consiliariis aut familiaribus uti consuevit, eorum omnium in se virtutes et charismata cumulasse dicenda est.

Longum profecto est et alienum proposito, si, quaecumque in hac femina eluxerunt, persequi omnia scribendo velimus; sed tamen nonnulla de virtutibus eius vobis proponere, dilecti Filii, quae et ipsi non sine fructu recolatis, et per vos christianus populus addiscat, valde his temporibus opportunum arbitramur.

Ac primum omnium, cum videmus, quae modulum rationis humanae superant quaeque angustum sane naturae gyrum excedunt, ea nunc a tam multis temere negligi, aut etiam pervicaciter, ut nulla, contemni, iuverit recogitare quanta Theresiae fuerit Fides. Quae cum sit *sperandarum substantia rerum,* id est quasi radix quaedam in homine divinae ac caelestis vitae et fundamentum quo tota christianae perfectionis tamquam fabricatio nititur, mirabile est quomodo haec ex fide viveret, et sola fides omnia ipsius consilia, verba, factaque gubernaret. Ecclesiam igitur, magistram veritatis, nemo obedientius coluit, nemo doctrinis eius adhaesit firmius: atque non modo nec haereticorum fallaciis nec diaboli

insidiis unquam commoveri potuit; sed etiam scriptum reliquit, si aut aliquis angelus aut missa de caelo vox quid sibi nuntiaret credendum quod cum Ecclesiae doctrina parum congrueret, nequaquam se fuisse credituram. Quare paratissimam scimus fuisse millies mortem oppetere, si opus esset ad defensionem fidei : • neque enim quicquam ei erat tam perspicuum atque evidens, quam christianorum veritas dogmatum; quae quidem quo humanae mentis acumini impenetrabiliora erant, eo vehementius in ea Theresiae assensus ferebatur.

Itaque ad Sacramentum augustum cum accesserat, sic animo affici videbatur, quasi in contemplatione tanti mysterii toto pectore conquiesceret : nempe, ut idem Gregorius decessor Noster ait, « Domini nostri « Iesu Christi corpus in sanctissima Eucharistia mentis oculis adeo clare « intuebatur, ut assereret nihil esse quod invideret eorum beatitudini qui « corporeis oculis Dominum conspexissent » *(Bull, canonia.).* Ac merito suae fidei consecuta etiam est, ut arcana Dei, vel altissima omnium longissiméque ab hominis intelligentia sensuque disiuncta, cum penitus, quoad humana mens in hac mortali concretione potest, introspiceret, tum percommode interpretando explanaret: in quo non absurde iis, quibus magistris pietatis utebatur, visa est comparanda cum Moysè, cui licuit alloquio aspectuque Dei ipsius frui.

Hoc tantum Fidei donum quam vehementer cuperet cum ceteris, qui carerent, communicare, quis ignorat? Nondum e pueris excesserat cum statuit deliberavitque traiicere in Africam, feris eis gentibus « Christum datura aut sanguinem » *(Hymn. Breviar.).* Quod cum nequicquam tentasset, miseràm ethnicorum et haereticorum sortem, usque dum vixit, defiere, sancteque invidere iis qui animos hominum ab errorum vitiorumve tenebris ad lucem veritatis vel virtutum traducerent. Verum, si muliebris sexus et vitae condicio sibi ad apostolicum munus erant impedimento, Eliae tamquam induta spiritu, *apostolatum* quem vocant *precum* et *paenitentiae* instituit. Propterea, quam prohibeatur fidei propagandae dare operam, eam omnem eo contulit, ut evangelica strenue sequeretur consilia, quippe non dubitans, quin suis precibus, quibus christiani nominis incrementum et animarum salutem flagitabat, maius apud Deum pondus commendationis ex innocentioris vitae instituto accederet. Denique studium, quo flagrabat, tuendae vulgandaèque christianae doctrinae inde etiam apparet, quod plurimi *catechismum* faciebat, neque alium librum malebat filiae suae in manus crebro sumerent studioseque lectitarent.

Illud quoque est in praecipuis Theresiae laudibus maximeque tam alieno saeculi more praedicandum, singulari eam pietate Iesum Dominum

coulisse. Dolendum est enim id vulgo oblitterari, quod Apostolis, quaerentibus qua via ad Deum contenderent, Christus respondit: *Ego sum via, veritas et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.*[1] Id scilicet *Quietistae* qui tunc appellabantur, item ut quidam huius memoriae novatores, oblivioni dabant; sed alte in mente et in animo huius virginis insidebat. Ergo, quae accepisset a Deo beneficia, Christo tribuere; quicquid a Deo exspectaret boni, a Christo exspectare; Christum unice vel magistrum ad conformandos mores, vel ducem ad ascendendos divinae contemplationis gradus habere ; qui de Christo ita sentirent, eos beatos dicere ; misérrimos vero, utpote Fidei expertes, qui contra. Ab his autem sensibus non sane ratio vivendi discrepabat: neque enim aliud summa semper contentione studuit, nisi ad Iesu Christi exemplum vitam exigere, eiusque magis ac magis in se effingere imitando imaginem, ut iure illud usurparet Apostoli : *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum.*[2]

Talem vivendi praeceptorem cum sibi propositum haberet, mature abdicare terrena omnia didicit, diligenterque tum vel minimas animi eluere maculas, tum ornamenta virtutum consectari. Itaque sensim ad eam Domini sui similitudinem pervenit, ut quicquid Ipse, cum aevum mortale ageret, aerumnarum, sollicitudinum dolorumque passus esset, id omne Theresia itemque solatia Eius et gaudia, intima caritatis communicatione, sentiret. Quae caritas cum ita inflammet animum, ut aciem quoque mentis illustrando exacuat, singulari Dei munere huic contigit, ut non modo Christi Hominis perfectas cumulatasque virtutes perspiceret, sed etiam inaccessa Verbi penetraba contemplando attingeret, dignaque fieret, cui non pauca Trinitatis augustae aperirentur arcana et quae Filium Dei audiret cum sibi diceret: *Deinceps ut vera sponsa meum zelabis honorem; iam ipse sum totus tuus et tu tota mea.*[3]

Huius foederis quam diligenter servant officia, nihil attinet disserere : cognitum est eam, cum antea non quae sua essent, sed quae Iesu Christi, consuevisset quaerere, postea usque ad extremum spiritum iam non sibi vixisse, sed Christo. Sed omnino est animadvertendum, quemadmodum, maiori Sponsi gloriae studens, sese erga illa duo praesertim gesserit, maxima ex omnibus, quae infinitus Iesu amor invenit, quaeque, utpote ex animo vel supremum decedentis vel in cruce dormientis profecta, debent optimo cuique esse carissima: Eucharistiam dicimus et Ecclesiam.

[1] Io., XIV, 6.
[2] *Philip.*, 1, 21.
[3] Bulla Canoniz.

Nam quis magnificentius umquam Dei laudavit sapientiam et benignitatem, qui, tali Sacramento condito, incredibili modo et sese exiguitati Nostrae accommodasset, et suae caritati satisfecisset, et sacrificium, quo semel humani generis salutem redemerat, in perpetuum prorogasset? Quis Panem Angelorum appetivit ardentius? Quo enim tempore hanc mensam ipsi boni haud ita saepe frequentabant, quotidie Theresia ad eam accedebat, et quidem tam cupide, nulla ut vi, ne si obstaret quidem gladiorum seges, a divina dape prohiberi posse videretur. Quis cum homines cerneret tam se in hoc Sacramentum aut negligentes exhibere aut impios, indoluit vehementius? Quis iniurias huic mysterio immensae caritatis illatas studiosius compensavit? Quod ipsum ut suae quoque alumnae summo cum studio facerent, hortari eas non desiit. Atque haec aliquando, quasi non ferens nimiae aegritudinis morsum, supplex clamabat ad Deum, ut aut improbitati tantae hominum ingratissimorum celeriter finem imponeret, aut orbem terrarum funditus everteret.

Communem vero christianorum matrem quanto opere dilexit! quae affirmabat neminem posse amare Deum ex animo, quin, uti Iesu Christi gloriam, ita Sponsae eius incrementa quaereret. Quantum Ecclesiae in rebus omnibus, deditissimae filiae more, profitetur obsequium I Quam divinis effert laudibus datam Ecclesiae a Christo eius auctore potestatem ! Etenim, si non - ut potest rem specie tenus aestimantibus videri - nimium, certe mirum est, tam Spiritus Sancti donis ornatam feminam, quae divinae maiestatis consuetudine quasi familiariter frueretur, tanti fecisse ea divinae gratiae adminicula, quae sacramentalia vocantur, ut pro iis atque adeo pro minimo Ecclesiae sanctae ritu vel millies emori paratam se diceret. Ut autem erat acris iudicii et caelestis sapientiae plena, non eam sane illud fugit vel secundas vel adversas Ecclesiae res, magnam partem ab ipsius administrorum pendere moribus, multoque plus ad animarum salutem unum proficere sacerdotem qui recte in officiis suis ambularet, quam plurimi qui claudicarent. Quare, cum dolet non sine lacrimis quod videt Ecclesiam tantis iactari fluctibus tamque multos in sempiternum interitum mere, simul et vitae austeritate corporisque castigatione multiplici et humilium assiduitate precum a Deo contendit, ut affluât Ecclesia sacerdotibus, qui probe doctrina ac virtutibus idoneis instructi, sic aliorum saluti serviant, ut suae non capiant detrimentum.

Nec vero satis .Theresia habuit ipsa per se in commune prodesse ; sed - quae natura caritatis est, ut beneficam vim suam in quam plurimos possit, effundat - alios sibi ascivit adiutores, quos deinde insti-

tuti sui ac studii heredes relinqueret. « Postquam mirabili victoria carnem « suam perpetua virginitate, mundum admirabili humilitate et cunctas « adinventiones diaboli multis maximisque virtutibus superasset, excel« siora moliens et virtutem sexus animi magnitudine supergressa, accinxit « fortitudine lumbos suos et roboravit brachium suum et instruxit exer« citus fortium, qui pro domo Dei Sabaoth et pro lege eius et pro man« datis eius armis spiritualibus decertarent » *(Bull, canonie.).* Concitata enim duplici Eliae spiritu, divinitusque cum altero parente vestro, Ioanne, conspirans, illustrem Ordinem, cui nomen dederat, ad veterem disciplinae severitatem revocare aggreditur. Magnum sane propositum atque ad peragendum perdifficile; quod eam tamen feliciter, opinione celerius, assecutam esse nemo ignorat. Itaque, Theresiae maxime opera, licuit per id tempus ingentem admirari hominum multitudinem qui, cum ex agitatione communis vitae ad vacandum Deo secessissent, duro quidem vivendi genere at multa caelestis contemplationis suavitate mollito, priscos illos Carmeli et Thebaidis anachoretas aemularentur, iidem vero quicquid contemplando didicissent conducibile ad aeternam vitam, id omne deinceps vel paenitentiae et precum apostolatu quem diximus, vel actuosa sacrorum perfunctione munerum cum aliis communicarent. - Equidem iam pridem novimus, dilecti Filii, non vos a virtute maiorum discedere, multoque minus degenerare a Theresiae spiritu: diu enim fuit Nobis cum Ordine vestro domesticus usus et consuetudo. Nunc autem, cum opportunitas datur, libet palam aperteque magnam eam profiteri benevolentiam, qua tantae Matris tum filias tum filios merito complectimur. Et vero institutum vitae numquam satis laudandum illae tenent, quae mundi opibus, laudibus deliciisque nuditati Crucis posthabitis, cum sese in siientia sacri recessus abdiderint, ad aram christianae paenitentiae igne caritatis, gratae Deo victimae, absumuntur; atque, ignotae huic saeculo, saeculi tamen salutem interdiu noctuque implorare non cessant. Nec minus ii probandi sunt religiosi viri, qui non adeo in divinarum rerum contemplatione versantur, nihil ut tribuant actioni vitae, sed, utrumque rite et ordine insistentes, bonum Christi odorem, quem in suis claustris magnarum virtutum exercitatione collegerint, foras in communem fructum diffundere consueverunt. Quare vos, dilecti Filii, hanc duplicem in vita rationem et contemplandi et agendi, more institutoque Patrum vestrorum, non modo retinebitis constanter, sed efficietis etiam, ut vigeat semper in vobis et floreat. Nunc enim maxime, si umquam alias, talibus Sacrorum administris indiget Ecclesia, qui utraque laude abundent, intimae cum Deo coniunctionis sollertisque erga homines caritatis, quales nimirum Theresia mater cum primis expetebat.

Postremo, quoniam rerum novarum cupido, quae nimio plus hodie dominator, in ipsum asceticae et mysticae disciplinae campum invasit, nemo non videt quanti referat in hoc duplici genere ea religiose custodire quae Theresia docuit. Namque « adimplevit eam Omnipotens spi- « ritu intelligentiae, ut non solum bonorum operum in Ecclesia Dei « exempla relinqueret, sed et illam caelestis sapientiae imbribus irrigaret, « editis de mystica theologia aliisque etiam multa pietate réfertis libellis » *(Bull. Ganoniz.).* Quos quidem qui perlegerit, is profecto ad vitam sancte instituendam nihil praeterea documenti desideret. Hic enim praeclara magistra pietatis tutam demonstrat .viam inde a rudimentis vitae christianae ad absolutionem perfectionemque virtutis proiiciendi ; hic rationes accurate tradit perquam accommodatas ad animi vel corrigendas pravitates vel sedandas perturbationes vel labes abstergendas ; hic denique legenti, quaecumque sunt virtutum incitamenta, suppeditat. Atque haec omnia explicans, non modo insignem ostendit rerum divinarum scientiam, sed etiam aperte indicat naturam omnesque latebras et recessus humani animi penitus sibi esse cognita. Ex hac autem tanta cognitione infirmitatis humanae, quae nimium quam debuit flectere tenerum pectus ad misericordiam, eoque magis ex ardore caritatis illa repetenda est vis orationis et suavitas, quae mirifice ad permovendos animos valet, ut pulchre decessor Noster fel. rec. Leo XIII de Theresiae scriptis affirmavit: « Inest in ipsis vis quaedam, caelesti quam humanae propior, « mirifica emendatrix vitae, ut omnino cum fructu legantur, nec ab iis « solum qui aut animis regendis student aut diviniorem vitae sanctimo- « niam appetunt, sed plane ab unoquoque homine qui de officiis, de vir- « tute christiana, hoc est de salute sua cogitet paullo diligentius ».[1] Iam vero, quod ad mysticam theologiam attinet, supremas illas quasi regiones spiritus tanta cum libertate peragrat disputando, ut ibi, tamquam in suo regno, habitare videatur. Nullum est enim huius disciplinae arcanum, quod non acute rimetur, ac per omnes gradus contemplationis assurgens, in sublime fertur adeo, ut nisi qui divinas affectiones animi expe riendo noverint, non assequi eam possint ; et tamen nihil exponit quod non ex intima theologia catholica petitum sit, exponit autem tam commode tamque perspicue, ut nobilissimi eius aetatis doctores admirarentur, quae de mystica theologia Patres Ecclesiae passim et obscure tradidissent, ea concinne in unum corpus ab hac virgine esse redacta. Nobis autem, in hac re considerantibus errores horum maxime temporum, illud admodum notatu dignum videtur, quod Theresia in motibus

[1] Epist, ad M. Boujx e S. I., die 17 Martii 1883.

animi mysticis non modo accurate distinguit inter id quod humanum et quod divinum est, acuteque intelligentiae ac voluntatis partes describit, sed etiam iis ipsis motibus perpetuo vult virtutum omnium exercitationem comitari. Docet enim: gradus orationis quot numerantur, veluti totidem superiores in christiana perfectione ascensus esse; imo hominis in oratione progressus hac una re maxime cerni, si religiosius officia servet, moresque sanctius conformare studeat; quo denique magis quis Deo mystice *uniatur*, eo ferventiorem ipsius fieri erga alios caritatem, magisque de animarum salute sollicitam. - Haec omnia qui reputant, intelliget quam recte quotquot de rebus scripsere tam arduis Theresiam uti magistram coluerint et secuti sint, et, quod maius est, quam iuste Ecclesia huic virgini honores qui Doctorum sunt, deferre consueverit, comprecans publico ritu Deum « ut caelestis eius doctrinae pabulo » « nutriamur et piae devotionis erudiamur affectu ». Atque utinam qui de psychologia, ut aiunt, mystica nunc disserunt, a vestigiis tantae magistrae non discedere, aliquando animum inducant!

Habetis, dilecti Filii, praecipua quaedam de sanctae Theresiae laudibus; quae quidem, divulgata per vos, non parum posse videntur et ipsius in populo augere cultum, et sacris saecularibus, quae acturi estis, addere celebritatem. Optabile enim est eam apud omnes bonos notitia et veneratione florere «quae - ut ex his quae strictim diximus, liquet - « tamquam splendidissimum Garmeli sidus effulsit, et catholicam Eccle- « siam tum angelicae vitae virtutibus, tum caelestis sapientiae docu- « mentis, tum etiam laeta prole, tantae matris et magistrae exempla fide- « liter persequente, illustravit - Ea vero sollemnia quo vobis aliisque fructuosiora eveniant, plenariam peccatorum veniam, quater anno MCMXIV vertente, concedimus omnibus, qui, cum usitatis Ecclesiae praescriptionibus satis fecerint, sive singulatim, sive catervatim, unam ex iis aedibus adeant, quae infra scriptae sunt;

vel aedem Carmelitarum Abulae, quo loco S. Theresia nata est;

vel Abulensem Carmelitarum Excalceatarum, ubi emendandi sui Ordinis initium fecit;

vel Carmelitarum Calceatarum Abulae, quo loco diu commorata est;

vel Carmelitarum Excalceatarum Albae, ubi sacrum eius corpus requiescit.

Praeterea Indulgentiam item plenariam semel iis tribuimus qui quamlibet aedem aut publicum vel semipublicum oratorium prioris,

[1] Leo XIII Epist, ad Ep. Salmanticensem, *10 oct. 1882.*

alterius tertiique Ordinis Carmelitarum per eos dies celebraverint, quibus contigerit triduanas vel novendiales supplicationes in iisdem aedibus aut oratoriis haberi.

Caelestium interea munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili, alumnisque sanctae Theresiae universis apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum die VII mensis martii, in festo S. Thomae Aquinatis, anno MCMXTV, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X

## II.

AD R. P. D. HENRICUM SIBILIA, ARCHIEPISCOPUM TIT. SIDENSEM, APUD CHILENAM REMPUBLICAM LEGATUM PONTIFICIUM, QUI, PRAEFATI MUNERIS SUB EXITU, INTER ECCLESIAE PRAESULES PONTIFICIO SOLIO ADSTANTES, A BEATISSIMO PATRE BENEVOLENTI ADNUMERATUR ANIMO.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ad te Romam brevi rediturum mens provolat Nostra, studiosae memor voluntatis qua pontificii legati partes ita explevisti, ut amicitiae necessitudines Nos inter et Chilenam Rempublicam arctiores fructuosioresque in dies effeceris. Haud enim obscura, haud ignota Nobis animi, ingenii consiliique tui documenta: libetque, sub exitu muneris quo per spatium quinquennio maius te Nobis egregie probasti, merita tibi eaque publica laudis testimonia hisce impertiri litteris. Nihil sane diligentiae debitae in te desiderari contigit: plurimum fuit quo de religione ac de omni exquisitiore humanitate bene merueris. Ceterum de te, de tua virtute non dissimile iudicium facere novimus cives, ex omni ordine, recte sentientes, in primisque viros praeclarissimos qui Chilenae Reipublicae praesunt amplissimumque Episcoporum coetum. Quod si, ea proh dolor! sunt tempora, non defuerunt qui prorsus immemores religionis urbanitatisque cultus quo Chilensium nomen tantopere inclaruit, vel Apostolicae Sedi minus sincere adhaerentes, eo usque pervenerint ut tecum calumnióse contumelioseque agerent, id facinus illico expiarunt eram pentes bonorum omnium expostulation es réprobation esque, et obsequentissimarum in te significationes voluntatum. Consilium quidem Nobis est, Venerabilis Frater, solerti opera tua vel posthac utendi, cum, ubi tempora expetierint, te ad altiora vocaverimus. Interim, ne insigne tibi desit

benevolentiae Nostrae testimonium probataeque praemium navitatis, te adsciscendum decrevimus inter Ecclesiae praesules qui pontificio adstant proxime Solio.. Accedat demum apostolica benedictio, quam caelestium auspicem gratiarum, tibi ex animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxii ianuarii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## DECRETUM

SUPER INSUETOS CULTUS TITULOS PRO ECCLESIIS ET SACRIS IMAGINIBUS NON ADHIBENDOS.

Nuper a sacra Rituum Congregatione exquisitum fuit: « An ecclesia « dicari possit sacratissimo Cordi iesu eucharistico eiusque tituli Tmago « seu Statua in altari maiori collocari? ». Et sacra eadem Congregatio respondendum censuit: « Episcopus Ordinarius loci in casu substituat « titulum liturgicum tam pro ecclesia quam pro Imagine seu Statua « cum respectivo festo die propria recolendo et Officio adprobato, « ex. gr. Ssmi Redemptoris, vel sacratissimi Cordis Iesu, aut Ssmi Cor- « poris Christi, etc. : iuxta alia ipsius sacrae Congregationis responsa «in similibus casibus: quae omnino consonant praescriptioni sa. me. « Pii Papae IX diei 13 ianuarii 1875 et decreto S. Universalis Inquisi- « tionis feriae IV 27 maii 1891 : servatis de cetero quoad sacras ima- « gines seu statuas decreto Tridentino sess. 25, *de veneratione sanctorum « et imaginum,* et Constitutione fel. rec. Urbani Papae VIII *Sacrosancta « Tridentina,* 15 martii 1642 (Decr. S. R. C. n. 810) ».

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 28 martii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

Decreto S» U. I. feria IV 27 maii 1891 per litteras diei 30 eiusdem mensis et anni communicata sacrae Rituum Congregationi, sancitum fuit: «Nova emblemata « sacratissimi Cordis Iesu in Eucharistia non esse ab Apostolica Sede approbanda. « Ad fovendam fidelium pietatem satis esse imagines Ssmi Cordis Iesu in Ecclesia iam « usitatas et adprobatas ; quia cultus erga Ssmum Cor iesu in Eucharistia non est « perfectior cultu erga ipsam Eucharistiam, neque alius a cultu erga Ssmum Cor Iesu ». Insuper ad memoriam et normam revocata fuit praescriptio sa. me. Pii Papae IX diei 13 ianuarii 1875, nempe « monendos esse fideles, etiam scriptores, qui ingenia sua « acuunt super iis aliisque id genus argumentis quae novitatem sapiunt, ac sub pie- « tatis specie insuetos cultus titulos, etiam per ephemerides, promovere student, ut <' ab eorum proposito desistant ac perpendant periculum quod subest pertrahendi « fideles in errorem etiam circa Fidei dogmata, et causam praebendi Religionis « osoribus ad detrahendum puritati doctrinae catholicae ac verae pietati ».

# SACRA ROMANA ROTA

## CAMERACEN.

### DIFFAMATIONIS.

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, BR. PP. DD. M. Lega, Decanus,* Ponens, *Guilelmus Sebastianeiii et Seraphinus Many, Auditores de turno, in causa* Cameracen. - Diffamationis, *actore* D. Iulio Lemire, *sacerdote dioecesis Cameracen., repraesentato per legitimum procuratorem advocatum Vincentium Sacconi, contra DD.* Henricum Delassus *et parochum* Beck, *conventos repraesentatos per legitimum procuratorem adv. Nazarenum Patrizi, die 27 ianuarii 1914, sequentem definitivam sententiam protulerunt.*

Iulius Lemire, sacerdos dioecesis Cameracen., populi Orator (député) in publicis Galliae comitiis, actione iniuriarium prosecutus est dominum Henricum Delassus, sacerdotem moderatorem ephemeridis *La Semaine religieuse du diocèse de Cambrai,* et dominum Beck, parochum loci Ameke, eiusdem dioeceseos: sed non eadem de ratione utrumque in ius rapuit.

Etenim adversus Delassus triplex caput *iniuriarum ex diffamatione* deducit :

1) quia hic in dicta ephemeride, die 20 mensis maii documentum edidit quo asserebatur sacerdotem Lemire fuisse expunctum ex albo canonicorum ad honorem inscriptorum inter canonicos cathedralis ecclesiae Bituricensis, et hoc contra veritatem;

2) quia eum uti censura suspensionis publice mulctatum per eamdem ephemeridem in fasciculis dierum 20 et 27 maii et 10 iunii 1911 denuncia vit, quippe in publica taberna biberat et manducaverat, stipatus caterva suorum electorum, eius invitatione ibi adunatorum, ita spernens et violans statuta dioecesana, vetantia clericis bibere et manducare intra fines suae paroeciae in publica taberna sub poena suspensionis ipso facto incurrendae;

3) quia de eo in ephemeride diei 10 iunii 1911 asserere non dubitavit, ipsum suum sacerdotalem decorem iampridem a se abiecisse, imo proculcasse, scribens : « Quant à son honneur sacerdotal il y a longtemps « que Mr l'abbé Lemire en a fait litière ».

Adversus parochum Beck conquestus est *de iniuriis*, quippe eum prohibuit publice, seu coram frequenti populo, a Sacro faciendo in parochiali ecclesia. Cum enim recurrente die festo divi Gowaert peregrinorum ingens concursus ad oppidum Ameke haberi soleat, etiam dominus Lemire pro suo more huc se contulit, die 7 maii 1911, et petiit in ecclesia parochiali Sacrum facere, adstante magno peregrinorum numero.

Ast parochus ei Missam dicere prohibuit, quam, ait, nonnisi cum magno fidelium scandalo celebrare inibi potuisset iste sacerdos, propter ea quae acciderant in oppido, ante unum annum, occasione electionis dñi Lemire in populi oratorem.

Haec est materia querelarum: et curia Cameracen, iam edidit sententias, quibus actione iniuriarum et diffamationis impeti non posse conventos edixit. Inquam sententias: quia duas protulit sententias, seu alteram in causa Lemire-Delassus die 8 februarii 1913 editam; alteram in causa item diffamationis Lemire-Beck, eadem die 8 februarii 1913 editam. Distinctas enim voluit ista curia esse iudiciales pronunciationes, quia distinctum erat caput querelae in utrumque conventum.

Penes H. S. O. e contra, pro more, duplex erit tantum rogandi formula, cui sacrum Tribunal respondebit, dans sententiam definitivam.

Praeterea curia Cameracen, consideravit quoque actionem iniuriarum sub aspectu poenali, seu an locus esset prosecutioni poenali adversus reos conventos, quam nullimode poenalem actionem in istos urgeri posse edixit, hanc ne expetente quidem Promotore Iustitiae.

Rogandi formulae ab Actore per suum procuratorem concordatae in quaestionem adducunt tantummodo actionem civilem diffamationis et iniuriarum, seu ad indemnitatem : eidem vero, integrum erat, uti indulgent sacri Canones, instituere etiam actionem poenae persecutoriam, quam ex officio instituendam non esse censuerunt RR. Domini de Turno.

Proinde, hodierna controversia hisce dubiis continetur:

1. *An constet de iniuria et damno illato famae dñi Lemire a parocho loci Ameke, ita ut sit locus refectioni damnorum, in casu?*

2. *An constet de diffamatione et damno dato a dno Delassus domino Lemire, ita ut sit locus refectioni damnorum et reparationi in casu?*

*In solutionem prioris dubii* praeterea ad *factum* quod spectat, Domini advertendum esse dixerunt, in Actis a parocho et ab eius coadiutore ita exponi facti adiuncta querelae obiecta. Narrant, videlicet, tantummodo pridie diei Dominicae, seu die 6 maii 1911, certum rumorem spargi coepisse in vulgum, dnum Lemire adventurum sub mane et libenter occasionem esse arrepturum S. Missam celebrandi ut se suaque gesta cohonestar et sacro ritu.

Equidem recurrebat anniversaria dies, qua dnus Lemire electus fuerat populi orator et inter pocula et in concionibus popularibus hic alte conclamavit et commendavit politica placita, quae fidelibus catholicis et in primis sacris praesulibus maxime displicebant, utpote adversa sanae doctrinae catholicae et communi bono Ecclesiae in Gallia.

Ac insuper idem dnus Lemire in aula oratorum populi non semel verba protulerat, quae graviter fidelium mentes oflenderant: sic initio anni 1911, placitis hodiernis in re religiosa et philosophica deberi non tantum tolerantiam, sed etiam obsequium: « Si nous sommes d'accord. « sur le respect mutuel de nos convictions religieuses et de nos opinions « philosophiques, nous aurons fait un pas énorme pour la pacification « de ce pays » ait, cumque interrupisset orator populi Talamas : « La libre « pensée doit être respectée aussi », sic respondit dnus Lemire : « Je ne « vous ai jamais dit que je ne respecte pas la libre pensée ». Quae verba profecto sunt absona et maxime scandalosa.

Item, die 2 octobris anni 1910, paratum fuit in honorem dñi Lemire eiusque amicorum, qui in recentibus electionibus politicis victoriam retulerant, magnum convivium *democraticum* in oppido *Hazebrouck:* porro, ut retulit ipse archiepiscopus Delamaire, coadiutor illmi archiepiscopi Cameracen. : « Après... le scandaleux banquet du 2 octobre, je « considère de plus en plus sa présence au Parlement comme un

« malheur ». Quod convivium, animadverterunt Domini, ex parte domini Lemire eo magis scandalosum fuisse quod hic sacerdos convivio interfuerit aperte violans statuta dioeceseos Cameracen.

Praeterea die 5 februarii anno 1911, alterum convivium paratum est in oppido Hazebroùck a sic dicto *Congrès de V Union des Sociétés de Gymnastique du Littoral,* cui dnus Lemire interfuit cum aliis, inter quos plures sectae massonicae addicti, et in quo dictus sacerdos Lemire veneranda Christi verba in sensum alienum et profanum detorquens, admirationem omnium commovit: dixit enim: « Le Christ à été le pre« mier anticlérical, quand il a dit: " Rendez à Dieu ce qui èst à Dieu, « et rendez à César ce qui est à César „. Par là-même il a séparé la « religion de la politique. Il y a une parole sur laquelle nous ne prê« chons pas assez: " Je suis venu au monde pour apporter la vie, et je « veux que la vie circule sur la terre „. Oui, vous avez raison, mon« sieur Vachmar, le Christ serait aujourd'hui avec les gymnastes, parce« que ceux-ci recèlent une vie plus large et plus généreuse ». Quibus omnibus addenda est nova violatio publica et notoria statutorum Cameracensium, uti supra.

Denique in ipso pago Arneke, die 2 maii 1910, paucis diebus ante electiones politicas, dnus Lemire in collatione (conférence) quam habuit, plura dixit sensui catholico contraria et piarum aurium offensiva, v. g. in Republica Gallicana nullum esse discrimen inter scholas liberas, idest catholicas, et scholas publicas, idest sic dictas neutras; libros scholasticos, quos damnaverànt episcopi, nil continere quod sit reprehensione dignum; famosas inquisitiones (inventaires) in bona ecclesiastica non fuisse ex parte gubernii nisi actus conservatorios ; et alia huiusmodi ex quibus ortum est grave fidelium scandalum.

Die 8 maii qui dies erat electionum, in eodem pago Àrneke, ipse, tempore Missae et prope ecclesiam parochialem, aliam collationem habuit in qua disseruit de bonis et malis ephemeridibus, ad confutanda ea, quae vicarius parochialis paulo antea, hoc ipso die, de iis ephemeridibus inter Missarum celebrationem, de mandato Ordinarii, explânaverat; quod pariter graviori scandalo fidelibus fuit.

Perpendentes curatus eiusque coadiutor, quam gravem iacturam in sensu catholico fidelium, quam grave scandalum peperisset praesentia huiusmodi sacerdotis solemniter in ecclesia sacram Hostiam litaniis : quumque ex alia parte tempus non suppetiisset pro admonenda curia Cameracen, ut iussa daret ad rem necessaria, cogitarunt de opportuno modo, quo sine admiratione fidelium evitaretur huiusmodi inconveniens. Vicarius coadiutor, de consensu sui parochi, consilium coepit

adeundi publicam stationem viae ferratae, sub hora qua dictus sacerdos adventurus erat, eo consilio admonendi ut abstineret a Sacro faciendo in ecclesia parochiali, quod commode facere ei fas erat in ecclesia Hospitii, ubi omnia ad hoc erant parata. Reapse die dominica a mane vicarius coadiutor ad stationem viae ferratae se contulit.

Ast malo fato, uti narrai ur, sacerdotis aliorumque viatorum adventus serius habitus est quam horarius statutus ordo ferebat: quare vicarius aliis negotiis incumbere coactus, istius sacerdotis adventum exspectare non valuit.

Verum neque hoc adiunctum praevidere praetermiserunt in antecessum curatus eiusque coadiutor, atque huic ut occurrerent, statuerunt omnes sacras vestes et supellectiles armariis occludere, et clericos admonuerunt, ne dno Lemire expetenti missam celebrare, obviam irent aut operam darent.

Cum hic advenit, statim ecclesiam parochialem petiit atque parocho invenit se calefacientem in quodam cubiculo ecclesiae continenti. Eum salutat amice sac. Lemire, manus porrigens prout de more inter amicos: ast parochus ne salutationi quidem respondit, neque oculis annuit, eo proposito ut sacerdos Lemire ab ecclesia ei recedendum esse intelligeret.

Ast hic sacrarium ingressus est quaerens sacras vestes et supellectiles pro Sacro litando, quas non inveniens, exspectavit ad sacrarium redire quemdam sacerdotem interim Missam celebrantem a quo istas mutuaretur.

Hoc pacto ei res successisset, et vestem induere aggressus est : ast clericus non aderat qui celebranti inserviret vel alia deerant S. Sacrificio necessaria: quare Lemire pene ad dimidiam horam cunctatus est et quum non sine indignatione percepisset se ita impediri a Missa celebranda, sacras vestes deposuit, ipsum parochum interpellaturus an revera ei fas non esset Missam celebrare.

Parochum invenit in choro sedentem, circumdatum fidelibus peregrinis Missam audientibus, et cum interrogasset parochum utrum sibi fas esset Missam dicere, iste primo respondit : « Adi vicarium », at, insistente sac. Lemire, ut parochus responderet, hic rotundis verbis respondit: « Non ».

Factum hisce in adiunctis ex se publicum, per ephemerides vulgari coepit, cum querelis quas Lemire movebat adversus parochum ei tantam iniuriam irrogantem, arbitratu suo, destitutum nempe auctoritate cuius est censuras irrogare et prohibitionem a Sacris.

Haec facti adiuncta querelans non negat, imo eius Procurator non obscure omnino confirmat, et in sententia Cameracensi asseruntur. Ibi

enim sic: « Attendu qu'à l'audience du 4 décembre Mr Lemire deman-« deur et Mr Beck défendeur ont accepté un récit du fait comme maté-« riellement exact dans ses grandes lignes ; qu'à la même audience ils « ont déclaré n'y avoir lieu à enquête... ».

Quocirca factum supra narratum in suis adiunctis uti verum et a partibus admissum esse habendum dixerunt Domini.

Nihilominus sac. Lemire, animadverterunt ipsi Domini, in iudiciali audientia excepisse, se nullimode hoc scire, sibi nempe paratum fuisse oratorium Hospitii pro Sacro faciendo.

Verum, ex narratione facti eruitur hoc revera non cognovisse Lemire, neque ei fuisse propositum hunc modum evitandi publicam admirationem, quia habitum non est alloquium praevium cum Vicario, ab eoque preordinatum ad stationem viae ferratae.

Hisce praeiactis, Domini dixerunt dispiciendum esse in *iure,* an hisce facti adiunctis contineatur ea iniuria, de qua conqueritur sacerdos Lemire quaeque sit resarcienda ut idem efflagitat.

Porro heic de iniuria, non de diffamatione proprie sermo est, quippe per prohibitam celebrationem, non verbis sed facto inlata esset iuris laesio cum magno dedecore pro sacerdote.

Hanc speciem iniuriae comprehendi per ss. cc. sub tit. XXXVI, *de iniur. et damn. dat.,* lib. V, X, non est dubium, et est communis interpretatio apud DD. et in foro: siquidem verba cap. IX, nullam relinquunt ambiguitatem : haec sunt : « Si tua culpa datum est damnum, « vel iniuria irrogata . . . iure super his satisfacere te oportet, nec igno-« ranfia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verosimiliter « posse contingere vel iacturam ». Quare iure canonico habetur haec lex desumpta a iure Romano, ita enunciata in fragmento Ulpiani, 1, in Dig. *De iniur.,* 1, 47. « Iniuria ex eo dicta est quod non iure fit... § I, « Iniuriam autem fieri, Labeo ait, aut re aut verbis ».

In themate autem iniuria, si qua revera habita sit, facta est re seu prohibitione celebrandi Missam. Querelae de iniuria autem locus esse non potest, nisi doceatur iniuriam, seu iuris laesionem, factam fuisse.

In primis considerandum est an sacerdos Lemire in themate celebrandi Missam in ecclesia parochiali loci Ameke ius haberet.

Atqui quisque sacerdos ex eo quod sacri presbyteratus ordine auctus est, ius, immo officium et obligationem suscipit celebrandi Missam, quousque a legitima auctoritate, legitimis de causis, ab exercitio huius iuris non prohibeatur. Quod tamen ius nonnullis regulis est .subiectum.

Siquidem exteri et peregrini clerici prohibendi sunt e celebranda Missa, nisi habeant suorum Ordinariorum litteras commendatitias, vel alias ita sint cogniti ut nulla suspicio esse possit eos esse irregularitate aut suspensione innodatus. Hoc cautum fuit in synodo Ghalcedonensi cuius Decretum refertur can. 7, dist. 71, in Decret. Gratiani. Idem praecipitur in cit. cap. V, *de cleric. peregrin.,* in Decret. Greg. IX et explicavit expressius Tridentina synodus in sess. XXII *de Sacrif. Miss.,* et in sess. XXIII, cap. 16, *de Ref.*

Haec omnia declaravit S. Congr. EE. et RR. Instructione diei 12 octobris 1709, quam refert De Albertis, *De sacris utensilibus.*

Quare ius clericorum celebrandi in ecclesiis, illa excepta cui sunt adscripti, est submissum quibusdam regulis et conditionibus, adeo ut rectores ecclesiarum quemlibet sacerdotem, Sacra facere volentem, necessario admittere non teneantur.

Nulla enim est lex canonica quae vel sacerdotibus ius absolutum tribuat huiusmodi: vel parochis aliisque ecclesiarum rectoribus onus imponat, quemlibet sacerdotem celebrare volentem admittendi. Nec litterae commendatitiae proprii episcopi (vulgo *celebret),* sacerdoti has litteras exhibenti praefatum ius tribuunt: hae enim authentice testantur, sacerdotem his munitum, nulla censura aut alio canonico impedimento teneri, et ideo tuto admitti posse ad Sacrorum celebrationem : ad summum continent episcopi commendationem, qua ille sacerdotem sibi subditum, benevolentiae et caritati rectorum ecclesiarum commendat.

Unde receptum est iurisprudentia SS. RR. Congregationum, parochum aliumve ecclesiae rectorem non teneri sacerdoti celebrari volenti, subministrare paramenta sacra, aliaque ad Missae sacrificium necessaria. Sic S. Rituum Congregatio, in *Egitanien.,* die 10 iunii 1692 ad hoc quaesitum, nempe: « Ad 3. An episcopus possit cogere rectores ecclesiarum « parochialium suae dioecesis ut vinum, hostias, paramenta et cetera « ad celebrandum necessaria, subministrare presbyteris in eorum paro- « chiis commorantibus et in eorum ecclesiis celebrare volentibus, iuxta « antiquam consuetudinem?», respondit: « Episcopos non posse cogere « praedictos rectores sed hortari, et rectores recte facturos, si monitio- « nibus et hortamentis episcopi pareant » (Decret, authent., num. 96). Quam decisionem innovavit, iisdem prorsus terminis, tum quoad Capitulum curatum, in *Soanen.,* die 31 maii 1698, tum quoad parochum in *Nebien.,* die 31 martii 1703 (loc. cit., nn. 1999, 2197). Hanc disciplinam secutae sunt etiam Ss. Congregationes Concilii in *Derthonen,* 6 iulii an. 1726 ad II, et EE. et RR. in una *Montis f alisci,* 15 maii 1699 (apud Girai, ad ßarb., *de off. et pot. par.,* part. I, cap. 11, n. 51-52).

Ad rem iuvat quoque advertere, in aliquibus curiis facultatem celebrandi Missam concedi expressa cautela ut sacerdotes consensum recipiant a rectore ecclesiae in qua volunt sacrificium offerre. Ita facultas quae conceditur a curia Romana, his verbis exprimitur: « Tibi, dilecto « Nobis in Christo N. N. ut in quibuscumque almae Urbis eiusque sub« urbiorum ecclesiis, de consensu rectorum, celebrare valeas, licentiam « concedimus et impertimus »*

Sed in casu quia sacerdos Lemire versabatur in sua dioecesi et in ecclesia parochiali loci Arneke pluries celebraverat de consensu eiusdem parochi, praeterea debet considerari, animadverterunt Domini, utrum iure et legitime parochus egerit, illum prohibens a Missa celebranda, unde grave incommodum et non levis famae iactura obvenit sacerdoti querelam moventi, et eiusdem querelae in hoc est fundamentum et ratio potissima.

Hac de re, certum est, parochum iurisdictione ordinaria non frui in foro externo, et reprobanda est reprobataque fuit Jansenistarum doctrina hoc asserens, quasi parochi haberent necessariam partem in hierarchia ecclesiastica (Bouix, *de par.,* p. 93 ssq., Devoti, *Inst. Can.,* I, § 87, not. 1, Wilmers, *de Chris. Eccl.,* pag. 340 ssq). Attamen parochis negari non potest quaedam externa potestas administrativa qua regunt parvam societatem, utique imperfectam, seu paroeciam sibi concreditam.

Quare docet Wernz *(Ius decret.,* II, num. 818) : « Nam parochi ex « officio externa et publica possunt dare praecepta (vetitum matrimonii) « aut investigare (in examine sponsorum de impedimentis) aut mode « rate coercere disculos : item, ex missione canonica exercent publicum « magisterium et iurisdictionem quamdam voluntariam ».

Ergo potestas parochorum, licet vera perfectaque iurisdictio fori externi non sit, tamen est potestas quaedam oeconomica vel domestica in parochiam ut societatem imperfectam quae praeter iurisdictionem fori poenitentialis, administrationem quoque vere externam habet adnexam.

Ob officium parocho commissum administrandi suam paroeciam, seu regendi aliquam portionem populi christiani, ab ea re movendo in casibus particularibus, impedimenta, obstacula quae adversantur eius sanctificationi, derivatur potestas ei recognita a Doctoribus, dispensandi a lege ieiunii in casibus particularibus et pro particularibus personis: dandi veniam, item particularibus personis, non toti paroeciae, vacandi operibus servilibus in diebus festis. Ita Giraldi, *Additament. ad Barb. de par.,* p. I, c. 16, n. 3 et D. Alfonsus, *Theol, moral.,* 1. III, nn. 228 et 1032. Hic sanctus Doctor scite advertit parochum non tantum interpretari legem in certo casu non obligare, quod a privato doctore praestari

posset, sed potius ex legitima consuetudine ei attributam fuisse potestatem dispensandi, tamen in casu particulari et cum certis personis urgente gravi necessitate, ad impediendas fidelium anxietates. Quam conclusionem ita tutam et fundatam habet divus Ligorius, 1. cit. III, n. 1032, ut asserat: «Imo, valde probabiliter potest parochus in iis « dispensare, etiam praesente episcopo ».

Quare Domini censuerunt in casu nil obstare declarationem curiae Cameracen., se nempe nemini concessisse facultatem dñi Lemire arcendi a divinis ministeriis.

Itaque neque imperitiae aut ignorantiae argui potest sacerdos Beck, adeo ut sacerdos Lemire, ad obtinendam expetitam indemnitatem, invocare non possit praescriptionem cit. cap. 9, *De iniuriis,* iubentem, damnum esse resarciendum etsi hoc imperitia aut ignorantia alterius evenerit.

Prudenter autem se gessit parochus Beck in controverso casu, notarunt Domini. Non dixit enim ipse, dnum Lemire non posse celebrare in sua paroecia, sed censuit et praecepit ei non fas esse celebrare coram iis fidelibus, iis in adiunctis peculiaris solemnitatis, quin gravissimum spirituale detrimentum eis inferret. Libenter parochus alio in loco, veluti in ecclesia Hospitii, huic sacerdoti nedum permisisset celebrare, sed ut celebraret amicam opem contulisset. Quare suo iure usus est, imo est suo officio functus, dum vetuit sacerdoti querelanti Missam celebrare.

Quibus ex postremis animadversionibus Domini dixerunt patere, aliud certum deesse fundamentum, idemque non minus necessarium querelae iniuriarum, nempe dolum, seu animum iniurandi in parocho Beck, dum ista praecepit.

Hic enim adeo habebat alienum animum ab inferenda laesione famae istius sacerdotis, ut deliberet opportunum esse accedere ad stationem viae ferratae, eo consilio nempe persuadendi eidem sacerdoti ut sponte se abstineret a Missa dicenda in parochiali; cum omnia essent parata in ecclesia Hospitii.

In audientia dnus Lemire excepit eum latere hoc adiunctum: sed quia non petiit fieri inquisitionem iudicialem, imo eidem libenter renunciavit, praesumere licet noluisse impugnare veritatem huius facti, cuius gravitas ad effectum instantiae ab eo instauratae, certe eum effugere non poterat.

Praeterea, cetera industriae iam narrata argumenta, quibus Parochus et Vicarius conati sunt inducere hunc sacerdotem ut ipse sponte se abstineret, et quasi ex voluntate sua, a Missa dicenda, quin expressum vetitum fieret, hoc probat evidenter, ipsos persensisse maxime fore

nociturum illi sacerdoti expressum vetitum, quod pro viribus impedire sategerunt.

Ipsa Parochi agendi ratio qua ipse dno Lemire ingredienti sacrarium non restituit salutationis signum, et ipsa postrema responsio dilatoria quum nempe hunc, post longissimam moram, et tot denegationis tacita indicia, percontantem a Parocho veniam celebrandi, remittebat Vicario pro responsione, nonne significabat aperte, nolle dari apertam repulsam, praecipue tot adstantibus et audientibus fidelibus parochianis et peregrinis, ne haec nimis gravis ei evaderet? Itaque dixerunt Domini abfuisse omnimode animum iniurandi, et hinc iniuriae facinus, quod in ratione civili, per reparationem damni, emendandum esset.

Ad *ius* autem quod spectat, expressa est lex 3, § 1, *De iniur.,* in Digesto: « Iniuria ex affectu facientis consistit ». Quae in casu ne praesumi quidem potest: siquidem quando verba vel facta sunt per se iniuriosa, praesumptio est, dolum non defuisse: ex adverso, si actus ex se non est maius neque prohibitus, dolum adfuisse in agente probari debet ab eo qui querelam movit de iniuria: quippe dolus in hisce adiunctis non praesumitur. Menoch., *De praesumpta* lib. V, praes. 3, n. 17. Mascard., conclus. 902 et 903. Maschat., *Instit. canon.,* 1. V, tit. 36, n. 6.

Parochus Beck autem ita se gessisse uti decebat prudentem populi christiani pastorem iam satis in aperto positum est. Quocirca non esse locum promotae querelae de iniuriis adversus parochum Beck consequitur.

*Ad secundum Dubium* gradum facientes Domini, seu ad querelam adversus dnum Delassus promotam, animadverterunt primum querelae caput in hoc situm esse, quia hic in sua ephemeride *La Semaine religieuse* excepit documentum quo asseritur dnum Lemire fuisse expunctum ab albo canonicorum. Et rem *in facto* esse primum explicandam dixerunt.

In fasciculo diei 20 maii 1911 dictae ephemeridis (in parte non officiali) edebantur hae litterae, ita enunciatae : « Mgr D'Harangier, protono-
« taire apostolique, doyen du Chapitre métropolitain de Bourges nous
« écrit à la date du 15 mai : " La lettre de S. G. Mgr l'archevêque-co-
« adjuteur de Cambrai, au sujet de la nouvelle et scandaleuse incartade
« de Mr Lemire, me porte à vous faire savoir, qu'autant qu'il est en
« nous, nous sommes soustraits à la solidarité qui nous liait à ce col-
« lègue encombrant. Sur l'instance que j'adressai à Mgr Dubois, au nom
« du Chapitre, j'ai obtenu que le nom de Mr l'abbé Lemire fût radié
« de la liste des chanoines honoraires de notre Métropole. J'avais à

« cœur de vous le notifier. La lettre de Mgr Goadjuteur justifie pleine-
« ment la mesure „ ».

Cum hoc cognoverit documentum dnus Lemire illico protestatus est, et has dedit litteras moderatori ephemeridis, die 3 iunii 1911: « Je « proteste de toutes mes forces contre les odieuses accusations que « vous avez portées contre moi . . . Il est absolument faux que j'ai « cessé d'être chanoine honoraire de l'église métropolitaine de Bourges ».

Quam referens protestationem ephemeridis moderator, haec adjecit : « Mr Lemire peut venir prendre connaissance de la lettre authographe « par laquelle Mgr D'Harangier, protonotaire apostolique et doyen du « Chapitre métropolitain de Bourges, nous a informé et a voulu que par « nous fût informé le publique... ».

Praeterea ex textu sententiae, redditae Cameraci die 8 februarii 1913, comperimus nonnulla facta fuisse a dno Delassus contestata nec querelantem contradixisse, scilicet: «Attendu ... qu'il allègue, pour « maintenir son dire, non seulement la lettre de Mgr le doyen du cha- « pitre de Bourges ... mais encore la suppression du nom de Mr Lemire « dans l'ordre diocésain de Bourges pour les années 1911, 1912, 1913: « la notoriété du fait porté à la connaissance de tous par les journaux « de l'époque, et cette particularité que la *Semaine Religieuse de Cam- « brai* a attendu que l'incident fût rendu par d'autres voies, pour le redire « à son tour... ».

In hac publicatione reperit dnus Lemire et dolet non verba injuriosa, sed diffamationem, ex editis documentis cum veritate non cohaerentibus, sibi inlatam fuisse, et proinde, uti fassus est coram iudice primae instantiae : « Je ne demande à Mr Delassus qu'une rectification en guise « de réparation ».

Causa iuridica autem est *iniuria* diffamationis. Inquam *iniuria diffamationis,* quia si non adfuerit iniuria, diffamatio non potest imputan ad damni reparationem, quae forsan ex alio titulo repeti posset, nempe ex lege Aquilia, in Digesto *Ad legem Aquiliam,* 16.

Sed in themate reparatio expetitur ob iniuriam diffamationis. Seu heic non haberetur simplex iniuria, uti considerata est in prima quaestione, de qua potissimum cavetur in cit. tit. Decret. Gregorii IX: *De iniur. et damn. dato,* sed de diffamatione seu iniusta laesione boni nominis, facta per edita typis documenta, famam laedentia. Unde cum fiat alteri damnum per iniuriam, ista prohibetur per praescriptum cit. tituli *de iniur et damn. dat.,* pressius vero ex praescriptis cap. I, *De maledicis,* lib. V, X et ex can. I, qu. I, caus. V, in Decreto, necnon vi

legum contentarum in Pandectis, lib. 47, tit. *De iniuriis et libellis fcimosis.*

Omni procul dubio in themate res est de libello famoso quippe ephemeris si convincatur de diffamatione, hanc patrat per notitias typis editas in vulgus sparsas, et in hoc consistit, quoad substantiam, libellus famosus. Reiff, tit. *De iniur.*, n. 7.

Leges autem prohibentes libellum famosum se extendunt etiam ad eos qui operam praestant seu cooperantur in eorumdem divulgationem, Can. I, qu. I, caus. V, iam citat, ita se habet: « Qui in alterius famam « publice scripturam aut verba contumeliosa confixerit et repertus scripta « non probaverit, flagelletur; et qui ea prius invenerit, rumpat si non « vult actoris facti causam incurrere ». Idem conceptus sanctionis in cooperatores firmatur in 1. unica Cod., 1. IX, tit. 36 *de* ***libell,*** *famos.* praecipiente, libellos famosos destruendos esse ab iis qui eos repererint « sin « vero non statim easdem carthas vel corromperit vel igne consumpserit, « sed vim earum manifestaverit, sciat se quasi auctorem huiusmodi delicti « capitali sententia subiugandum ».

Quocirca nedum attenditur complicitatis reitas, sed ad maiorem criminis detestationem et animadversionem, statuitur eadem poena teneri auctorem principalem et complicem ex divulgatione libelli famosi.

Haec perpenderunt Domini, non ut urgere velint has leges quae ad sanctionem quod attinet certe sunt antiquatae, et hodie poenae in diffamationem patrantes sunt arbitrariae iure canonico (Reiff., loc. cit.): multo magis eiusmodi sanctiones ad rem non faciunt quia de crimine diffamationis in themate tantum postulantur effectus civiles ad indemnitatem, sed advertendam fuisse rati sunt Domini hanc efficaciam Cooperationis in crimine diffamationis, quia ista animadversio excludit excusationem quae posset deduci ex facto, nempe ephemeridem eiusque moderatorem non respondere de litteris evulgatis testantibus de expunctione dñi Lemire ex albo canonicorum honorariorum, quippe hae litterae erant a suo auctore subscriptae, cuius erit respondere de facto asserto et de diffamatione forte inde sequuta. Siquidem ephemeris cooperatur efficaciter in divulgationem et hinc in crimen, si hoc revera adfuisse convincatur.

Sed evidentibus argumentis comprobatur ex parte ephemeridis eiusque moderatoris deesse necessaria elementa cooperationis delictuosae in factum diffamationis.

Primo, defuit animus iniuriandi per diffamationem, potius elementum in eiusmodi crimine, quia moderator absque ullo commentario edidit litteras ei remissas, omnia praeseferentia indicia et argumenta veritatis tum in forma, tum in substantia. In forma, quia certe erant

authenticae, scribentis subscriptione munitae: in substantia, quum ipse decanus seu caput Capituli, de suo facto fidem faceret, seu se ab Ordinario postulasse et obtinuisse expunctionem dñi Lemire ab albo canonicorum ad honorem. Praeterea ratio reddebatur quae factum reddebat non solum vero simile, sed pene necessarium: invocabatur enim attestatio Ordinarii Cameracensis qui graviter et iuste reprehendebat illius agendi rationem, presbyteri omnino indignam. Unde haec sanctio disciplinaris valde utiliter evulgabalur in dioecesi Cameracen., ut repararetur scandalum.

Adeo autem longe aberat ephemeridis moderatoris animus ab iniuria inferenda in dnum Lemire, ut statim ac edita est in ephemeride Bituricensi, haec declaratio sub die 24 iunii 1911, scilicet: « Le fait que le « nom de Mr Lemire ne figure pas cette année dans notre ordre dioce- « sain, ne saurait lui enlever son titre de chanoine honoraire de Bour- « ges », eamdem declarationem et ipse statim publici iuris fecerit.

Haec ex parte intentionis: sed ex parte quoque facti diffamationis, dnus Delassus sategit, ne ipse illius diffamator exsisteret: exspectavit enim ut aliae ephemerides antea accusatas litteras ederent, et ipse tunc tantum edidit quum, nempe, si non edidisset, suum officium moderatoris ephemeridis dioecesanae veluti proderet. Abstinuisset enim a promulgando facto quod cognoscere apprime intererat suorum condioecesanorum quando iam alibi factum erat divulgatum, uti asseruit dnus Delassus in audientia coram iudice Cameracen., neque dnus Lemire facta contestata refutare valuit.

Quocirca neque in intentione neque in facto ephemeris rea diffamationis convincitur. Neque ab eius moderatore aliquid hodie repeti potest, in famae reparationem, etsi admittatur curiam Bituricensem tunc revera non intendisse dno Lemire auferre titulum canonici honorarii.

Nam omni lege, etiam caritatis, satisfecit quum evulgaverit ephemeris, absque ulla temporis mora, declarationem a curia Bituricensi datam.

Denique heic praetermittenda non est animadversio quae in hodierna facti specie est fundamentalis, et comprobat rationem agendi dñi Delassus, non posse aestimari quasi res esset de privato negotio et de privatis personis, quarum actus et gesta non praetergrediuntur spheram alicuius familiae aut oppidi, neque in vulgus eorum bona vel mala merita disseminari non debent quin eorum modestia vel bona fama offendatur; sed quaestio est de viro rem publicam capessendi studioso et vota catholicorum ambiente, ut liceret in publicis Galliae comitiis causam catholicam defendere, tueri.

Quamobrem ii omnes qui in hodiernis statuum ordinationibus per suum suffragium influunt in ipsam reipublicae gubernationem, eligentes suum oratorem, probe scire debent quid valeant viri qui tantum honorem expetunt et tantum onus ferre non recusant.

Exinde Domini dixerunt nedum facultatem, sed officium esse eorum qui ephemerides moderantur, sedulo facta referre quae illustrant intentionem, propositum, virtutes, laudes oratorum populi, qui se indignos si reddant tanto mandato, ab electoribus in scrutiniis iudicabuntur prout res postulat. Animadverterunt tamen Domini, non exinde vero licitum esse calumniari seu facta falsa imprudenter aut leviter impingere.

Quamobrem quia expedit reipublicae ut homines publici publicae censurae subiiciantur, exinde evulgator factorum in ephemeridibus quae istorum famae nocent, non traducendus est uti vulgaris diffamator, sed praesumptio est ipsum suo officio induisisse et non fecisse animo nocendi famae cuiuscumque: imo vero iuvandi rem publicam, ab oneribus publicis retrahendo homines admodum nefastos sibi et aliis, seu universae reipublicae.

Omnibus exploratissimum est, regulam hanc alte conclamari in foro et in scholis penes omnes excultas nationes: pro foro nostro autem sufficiat advertere quod recolit Raynaldus (Observat, *lib. 1, cap. 11, § 1, n. 32, Romae, 1688),* nempe, ipsos sanctos Patres in reprehendendis doctrinis falsis et periculosis, usos esse acerrimis verbis et apertis insectationibus ad detegendas fraudes hominum qui errores in populo christiano disseminabat. Nemo tamen umquam eos accusare auderet, quasi offenderint leges iustitiae et caritatis: historia autem docet hac ratione populos defensos fuisse a vaferrimo contagio haeresum et haereticorum.

*Ad secundum caput querelae* quod spectat, Domini *in facto,* haec perpenderunt:

1) Articuli legis dioecesanae, quam offendisse fertur dnus Lemire ita se habent, prouti exscribuntur ab ipso advocato querelantis : « Clericis quibuscumque in sacris ordinibus constitutis, sub poena suspen- « sionis ipso facto incurrenda, prohibemus ne umquam intra finés « paroeciae ubi degunt in popinis edant vel bibant, nec etiam extra hos « fines in locis quae ab ipsorum habitatione, non una saltem leuca « distarent. Porro popinarum nomine intelligimus domos omnes et loca « in quibus minutim et petentibus quibusque di venduntur liquores cuius- « libet generis, inibi bibendi ».

Versatur extra controversiam dnum Lemire non semel seu 2 maii 1910 et 7 maii 1911 ad publicum hospitium *La fleur de Lys* convocasse suos electores, et in concione habita non defuisse, uti mos fert, libationes ab eodem Lemire oblatas.

2) Hoc factum referens in sua ephemeride dnus Delassus ita commentatus est, ut inferret dnum Lemire certe incurrisse censuram clericis comminatam ipso facto incurrendam, quum in popinis edant vel bibant, advertens sufficere facti notorietatem ad habendum legis violatorem uti poena mulctatum. Haec asseruit uti privatus doctor et in parte non officiali suae ephemeridis.

3) Ex adverso dnus Lemire quoad ipsum factum negat se legem violasse, quia non versatus est in adiunctis in lege significatis ad poenam incurrendam. Non enim usus est hospitio publico ad edendum et bibendum, sed ibi habuit concionem ad suos electores ab ipso invitatus, et si potio cuiusdam liquoris libata est, hoc veluti per incidens et urbanitatis gratia factum est, non popinarum more, sed uti fieri solet in coetibus profanis ad ostensionem animi grati, amicitiae et gratulationis.

4) Ad ius autem quod spectat, dnus Lemire asserit nonnisi animo liocendi suas animadversiones et criminationes scripsisse dnum Delassus, quippe non usus est iure suo, sed usurpavit publicam auctoritatem Ordinario loci tantummodo competentem, videlicet declarandi poenas incursas per sententiam declaratoriam, iudiciali ordine a competente iudice edendam.

Haec argumenta hinc inde allata, sunt modo perpendenda *sub aspectu iuris,* et dispiciendum est utrum dnus Delassus in hoc usus sit sua legitima facultate, qua potitur ephemeridis moderator et scriptor, uti supra advertimus, vel potius fuerit egressus limites sui officii indulgendo cupiditati inferendi iniuriam in virum, suis placitis politicis adversum.

Dnus Delassus suam rationem agendi probat, advertens poenam *ipso facto* incurrendam, a privato quoque fideli posse declarari incursam, nullo interveniente iudice aut iudicis decreto, statim ac constet de violatione legis. Quae sententia, dixerunt Domini, quamvis apud Doctores plures nanciscatur limitationes, tamen in sua substantia est vera.

Porro Iuris canonici mens in his ferendis poenis, nuncupatis in foro et in scholis *latae sententiae,* est plectere hominem criminis reum et sibi conscium, *ipso facto,* seu ab ipso momento patrati criminis, etsi crimen sit occultum, et quin ulla interveniat iudicis declaratoria sententia.

Eiusmodi puniendi ratio est apprime conformis instituto Iuris Canonici, adnitentis in primis obtinere sanctitatem morum etiam internam : quamobrem hominem deterrei a delinquendo, cum sciat) etsi occulte delinquat, tamen poenam ipsum esse incursurum.

Tamen haec poenarum inflictio est certe gravior et severior, cum anxietatibus et dubiis locum dare possit in casibus singularibus, et per se est conveniens potissimum quibusdam poenis *negativis,* et in primis, censuris, quae sunt *poenae negativae spirituales.* At tractu temporis hic gladius poenalis, succrescentibus difficultatibus coercendi fideles in foro Ecclesiae per ordinaria iudicia, magis exerceri coepit, et ipsae *poenae positivae vindicativae* infligi coeperunt ipso facto incurrendae: sed quia hae poenae pro sua exsecutione, ut plurimum, exquirunt ministerium iudicis, hic intervenit per sententiam declaratoriam, nempe poenae declaratoriam iam incursae a momento patrati criminis. Suarez, *de Leg.,* 1. V, cap. 5; Thesaur., *De poenis,* part. I, c. 5; Berardi, *Ius canon, univ.,* dis. III, 1. V, *De reis per censuras coërcendis;* D'Annibale, 1, n. 303. Hi Doctores notant aliquando declaratoriam esse necessariam, nempe in poenis positivis: etiam in negativis, veluti in censuris, ut plurimum esse utilem et invocandam, ut omnis cesset dubitatio, et certiores fiant fideles, officio iudicis, aliquem fidelem incurrisse poenam, et hinc certis iuribus esse interdictum.

Verum quando crimen est notorium, quippe factum nulla tergiversatione valet negari, nonne cuique fideli inferre licet et alte conclamare, salva prouti casus fert, caritate, legis violatorem poenam incurrisse quam ipso facto incurrendam ipsa lex tulit? Utique sane. Neque iuvat excipere legis violatorem aliquam semper defensionem sibi invocare posse. Nam in humanis prudenter agit, qui probabiliter agit. Videlicet quando legis ignorantia invocari non potest, uti supponimus, neque factum negari in suis substantialibus elementis, iam inferre licet, legem poenalem tali ratione latam ab Ecclesia suum effectum sortitam esse ex ipsa intentione Ecclesiae. Quare nullum habet fundamentum exceptio usurpatae auctoritatis obiectae dno Delassus quum declaraverit auctoritate privati doctoris dnum Lemire incurrisse suspensionem ipso facto latam.

In themate autem nullimode negari potest externa facti elementa continere apertam violationem praefatae legis dioecesanae: siquidem reapse sac. Lemire in popina bibit, publica taberna utens, quod lex dioecesana non permittit clericis. Non negant Domini in factispecie nonnulla haberi adiuncta quae neque praevisa sunt neque praevideri poterant a legislatore, cuius mens non erat prohibere eiusmodi coetus

sive electorales sive in alium scopum civilem et per se honestum habitos, potissimum quia hi coetus adunantur in cubilibus amplioribus ubi hospites bibere et manducare non solent: sed hae rationes visae sunt Dominis sapere subtilitates, et in lege interpretanda ratio legis non est lex.

Ceterum, abusus quos praecavere intendit lex in prohibendis clericis ab ingressu tabernae publicae intra fines suae paroeciae, non minores haberi possent si invaleret interpretatio, in iisdem tamen a clericis posse frequentari coetus electorum vel amicorum (ratio est eadem), quia tunc neque fit commercium potionum aut ciborum, neque taberna inservit ad suum ordinarium scopum.

Quamobrem etsi subtilis doctor in otio suarum lucubrationum imaginari et texere posset rationes excusationis pro huiusmodi legis violatore, tamen sensus practicus fidelium his excusationibus non commoveretur, neque minus sentiret scandalum, si clericus tabernas ingressus hac ratione se excusaret.

Iure merito proinde dixerunt Domini concludendum esse, querelae etiam quoad hoc caput nullum reperiri fundamentum.

*Ultimo loco* examinanda est postrema ratio querelae, nempe verba quae scribere Delassus non dubitavit in sac. Lemire, scilicet, ipsum non posse conqueri ab aliis suam dignitatem sacerdotalem proculcari, asserens: « Quant à son honneur sacerdotal, il y a longtemps que Mr l'abbé « Lemire en a fait litière ».

De homine privato cuius facinorum, quamvis pessimorum, notitia contineretur inter parietes domesticos, vel saltem non egrederetur fines loci sui domicilii, non liceret talia asserere, nisi - limitant moralistae (Card. D'Annibale, II, 260, innixus graviorum theologorum sententiae) - iam per sententiam iudicialem legitimam condemnationem iste subierit, tunc enim famae amisit ius. Quae limitatio non absolute probatur nec admittitur hodie generatim a legibus aut a iurisprudentia pro civili societate, quia condemnationis improperatio, seu *rinfaccio di condanna*, non permittitur privato civi adversus alterum, praecipue ne amittatur spes resipiscentiae in cive iam per iudicem condemnato, tamen non sine spe moralis emendationis.

At de homine publica munera obtinente, cuius mores probandi sunt ab electoribus, expedit, imo maxime interest reipublicae, ut eius mores discutiantur: asserere vero quae de sac. Lemire asseruit dnus Delassus, nullimode continet diftamationem novam. Siquidem neminem latet quaenam fuerit agendi ratio sac. Lemire a momento quo lata est infausta lex, ita dicta, separationis Ecclesiarum a statu.

Hanc legem reprobavit iure meritoque S. Sedes, et hanc aperte respuere eique adversarium se exhibere, elata fronte, non est ausus dnus Lemire, qui immo visus est magis in dies favere, adhaerere illis partibus quae eiusmodi legem omnimode foverant. Quae supra recoluimus gesta et dicta et praedicata a sac. Lemire aperte hoc comprobant.

Qui favor in Gallia habitus est ita alienus a dignitate sac. Lemire et adeo obsecundans intentioni fautorum illius legis, ut hic nuncupatus fuerit iocose et sagaciter *l'aumônier du Bloc.* Haec locutio veluti in proverbium pertransiit apud multos, eademque concinne praedicat laudes sacerdotis qui bene meritus est de adversariis Ecclesiae. Quapropter scriptor ephemeridis catholicae, dum professus est dnum Lemire suis moribus proscidisse suam dignitatem eamque proculcasse, id significavit quod multorum in opinione et aestimatione est, quodque non latet ipsos adversarios catholici nominis, aestimantes eiusmodi sacerdotem eorum causae op.time inservire.

Hisce igitur omnibus perpensis, et sedulo consideratis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus propositis dubiis respondentes: *Negative ad utrumque* et sententias curiae Cameracen, in omnibus confirmamus. Ita pronunciamus, dnum Lemire in expensas iudiciales condemnantes, quarum taxationem Nobis reservamus, eamdemque remittimus perficiendam Revmo P. D. Ponenti.

Mandamus autem Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXI, *De reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 27 ianuarii 1914.

M. Lega, Decanus, *Ponens*
G. Sebastianeiii.
S. Many.

L. © S.

Ex Cancellaria, die 27 februarii 1914.
T. Tani, *Notarius.*

# SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

## NEO-EBORACEN.

NULLITATIS SENTENTIAE ROTALIS.

*(Inter Paulum Boni de Castellane et Annam Qould).*

Recursus hac in Causa penes supremum Apostolicae Signaturae Tribunal interpositus, nullitatis quidem querelam afferebat in Rotalem sententiam diei 9 decembris 1911 ; at non ex motivis sententiae meritum attinentibus, verum ex defectu formae iudicialis; quasi, scilicet, in ea secunda penes Rotalem turnum causae pertractatione, regularis citatio partis recurrentis defuisse!.

Cum tamen ex Actis evidenter constiterit citationem per regularem tramitem Parisiensis curiae diligenter missam fuisse litteris in publico diribitorio commendatis, addito onere receptionem denunciandi; atque idcirco imputandum unice esse ipsi mulieri, si litterae illae apertae ab ipsa non fuerint: eminentissimi Iudices, in plenaria sessione diei 10 ianuarii 1914, recursum reiiciendum esse decreverunt, nihil impedire declarantes, quominus in ipso S. R. Rotae Tribunali causae pertractatio prosequatur, atque ad propositum de more dubium: *Sit-ne nulla Rotalis sententia in casu, et sit-ne locus eius circumscriptioni,* responderunt: *Negative, salvo iure partis recurrentis alia, si quae habeat, deducendi in tertia instantia.*

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

L. « S.

Iosephus adv. Fornari, *S. 1. A.*

# SECRETARIA STATUS

## EPISTOLAE

### L

AD R. P. D. ANTONIUM PADOVANI, EPISCOPUM TITULAREM CANOPITANUM, AUXILIAREM CREMONENSEM, DE CONSTITUENDO COMITATU PERPETUO PRO CONGRESSIONIBUS EUCHARISTICIS IN ITALIA CELEBRANDIS.

Illmo e Rmo Monsignore,

Opportunamente il Congresso dei Sacerdoti Adoratori, tenutosi in Roma nel settembre dello scorso anno, emise il voto che venisse ripresa in Italia la celebrazione dei Congressi Eucaristici Nazionali e che fosse all'uopo costituito un Comitato Permanente. Detta iniziativa è stata salutata anche dal Santo Padre con quel senso di fiduciosa aspettazione che Gli suggeriva il desiderio grande che ha, di condurre i cattolici tutti a Gesù in Sacramento. Nè al costituendo Comitato poteva designarsi miglior Presidente della S. V. Illma e Rma. E ben noto lo zelo intelligente ed operoso dal quale Ella è sempre animata, e se ne è avuta una recente prova anche nello Statuto e nel Regolamento che Ella ha avuto l'incarico di compilare pel surriferito Comitato, e che ha compilato con tanta saggezza, da farli pienamente rispondere al fine dell'opera e da ripromettere ad essa un rapido e fecondo sviluppo. Sua Santità pertanto, a Cui non ho mancato di darne conoscenza, mi dà incarico di esprimerle l'alta Sua soddisfazione e di autorizzarla a metterli in esecuzione per tre anni, onde vedere se l'esperienza ha nulla da suggerire per il loro ulteriore perfezionamento. Sono poi lieto di parteciparle che il Santo Padre resta inteso della funzione di Sottocomitato dei Congressi Eucaristici Internazionali assegnata al Comitato suddetto nell'apposito Statuto e Regolamento.

Aggiungo infine l'apostolica benedizione che l'augusto Pontefice ha impartita ben di cuore ed amplissima alla S. V. ed ai suoi collaboratori, aftinché l'abbondanza dei divini aiuti renda la presidenza di V. S.

sommamente proficua all'opera, e l'opera un grande coefficente di vita eucaristica.

Con sensi di profonda stima passo al piacere di raffermarmi

di V. S. Revma

Li 21 febbraio 1914.

Affmo per servirla
R. CARD. MERRY DEL VAL.

## IL

AD DESIDERATUM CARD. MERCIER, MECHLINIENSIUM ARCHIEPISCOPUM, OB PIETATIS CARITATISQUE SPECIMEN, NOMINE ETIAM CLERI POPULIQUE, BEATISSIMO PATRI EXHIBITUM.

Eminentissime Seigneur,

Le Saint-Père me confie l'agréable mission de dire à Votre Éminence la vive satisfaction que Lui a causée votre importante lettre du 23 février dernier.

Et d'abord, le Souverain Pontife a été très touché du nouvel et éloquent témoignage que le clergé et les fidèles du diocèse de Malines ont eu à cœur de Lui donner de leur fidélité, de leur attachement et de Leur dévouement filial à Son auguste Personne et au Siège Apostolique, par leur très généreuse offrande en faveur de l'Œuvre du Denier de Saint-Pierre,

C'est avec le plus vif intérêt que Sa Sainteté à pris connaissance des nouvelles que vous Lui avez communiquées en général, et particulièrement sur l'état d'esprit et sur les œuvres en votre diocèse. Le Saint-Père n'ignore pas, certes, le zèle éclairé et l'activité inlassable avec lesquels Votre Eminence gouverne le cher et vaillant diocèse confié à sa sollicitude pastorale, l'influence salutaire qu'Elle exerce sur ses prêtres et ses fidèles, et la docilité avec laquelle sa parole est écoutée. Sa Sainteté s'en réjouit, et en félicite hautement Votre Éminence.

En priant Dieu de soutenir vos forces que vous dépensez si généreusement pour le plus grand bien des âmes confiées à vos soins, et en exprimant Sa vive reconnaissance à vos chers diocésains pour l'hommage de leur piété et de leur charité filiales, le Souverain Pontife leur envoie avec effusion de cœur, à Votre Éminence en particulier, comme gage de Sa paternelle bienveillance et d'abondantes faveurs célestes, la meilleure de Ses bénédictions.

Je saisis bien volontiers cette occasion pour vous renouveler, Eminentissime Seigneur, l'hommage de la vénération profonde avec laquelle je demeure

de Votre Éminence

Du Vatican, le 6 mars 1914

Le très humble et très dévoué serviteur
R. CARD. MERRY DEL VAL.

# III.

AD R. P. LEONIDAM PERRIN, SUPERIOREM COLLEGII CANADENSIS, OCCASIONE VIGESIMI QUINTI ANNIVERSARII EX QUO IDEM COLLEGIUM ROMAE CONDITUM FUIT.

Monsieur le Supérieur,

Le Souverain Pontife a appris avec satisfaction que le Collège Canadien à Rome célèbre, cette année, le 25ème anniversaire de sa fondation.

Il était bien juste et naturel que le Supérieur, le Directeur, et les élèves eussent pensé à fêter ce premier jubilé de leur cher Institut qui, pendant cette période d'existence, vit inscrire au nombre de ses élèves 320 prêtres, dont la plus grande partie obtinrent les grades dans les Universités ecclésiastiques Romaines, et dont sept furent ensuite promus à la dignité de l'Épiscopat.

Après avoir puisé largement, au sein de la ville éternelle, avec la pure et saine doctrine, l'amour de l'Église et de son Chef vénéré, ces prêtres, répandus aujourd'hui dans tout le Canada, travaillent à inspirer dans les âmes qui leur sont confiées, cette même doctrine et ce même amour.

Les vingt-cinq années écoulées sont le gage d'heureuses espérances pour l'avenir du Collège Canadien et de l'Église catholique en votre cher pays.

Aussi le Souverain Pontife prend-Il volontiers part à vos fêtes en envoyant de tout cœur, avec ses vœux paternels pour cet Institut et comme gage d'abondantes faveurs célestes, aux Supérieurs, Directeurs et élèves présents et anciens de votre Collège, la bénédiction apostolique implorée.

Je saisis avec empressement cette occasion pour vous exprimer, monsieur le Supérieur, avec mes félicitations et mes meilleurs vœux, mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Le 19 mars 1914.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

### AVVISO DI CONCORSO

Si notifica che nella sacra Congregazione dei Religiosi avrà luogo il concorso ad un posto di Ufficiale minore, per esame scritto, che si terrà il giorno 14 del prossimo maggio alle ore 8 ant.

Quegli ecclesiastici, che desiderassero prendervi parte, dovranno, entro un mese dalla data del presente avviso, esibire nella Segreteria di detta Congregazione la domanda corredata dei titoli necessarii per F ammissione.

Roma, 28 marzo 1914.

f Donato Arciv. di Efeso, *Segretario.*

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*16 marzo 1914.* — L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore dell' Istituto delle Suore « du Bon Sauveur ».*

— Il revmo padre Luigi Santoro, dei Frati Minori Conventuali, *Consultore delia suprema sacra Congregazione del sant'uffizio.*

*18 marzo.* — L'Emo signor cardinale Aristide Rinaldini, *Protettore delle Cappuccine del monastero di san Romualdo, in Fabriano.*

*23 marzo.* — L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore dell'Ordine dei Chierici Regolari Minori.*

*24 marzo 1914.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore della Congregazione dei Fratelli di Nostra Signora di Lourdes, di Oostacher.*

*25 marzo.* — I revmi Monsignori Marco Martini, Carlo Grosso ed Enrico Dante, *Maestri soprannumerari delle Cerimonie Pontificie.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Assistente al Soglio Pontificio:*

*28 febbraio 1914.* — Mons. Francesco Ucellini, vescovo di Gattaro.

*Protonotario Apostolico* ad instar participantium:

*4 marzo 1914.* — Mons. Giovanni Radimiri, prepósito capitolare e provicario vescovile della diocesi di Gattaro.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*27 febbraio 1914.* — Mons. Vincenzo Tailetti, canonico della cattedrale di Novara.

*4 marzo.* — Mons. Giuseppe Gazzi, prevosto parroco di Golorno nella diocesi di Parma.

*8 marzo.* — Mons. Francesco Negroni, prevosto della cattedrale e vicario generale della diocesi di Acqui.

*11 marzo.* — Mons. Marcello Slepicki, della diocesi di Cracovia.

*15 marzo.* — Mons. Tommaso C. 0' Reilly, cancelliere vescovile della diocesi di Cleveland.

Con Biglietti delia Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*5 marzo 1914.* — Mons. Tommaso Sabatino, della diocesi di Aversa.

*U marzo.* — Mons. Gaetano Vitali, della diocesi di, Comacchio.

*19 marzo.* — Mons. Daniele Kennedy, della diocesi di Plymouth.

*20 marzo.* — Mons. Carlo Nikiel, della diocesi di Cracovia.

— Mons. Andrea Zajac, della medesima diocesi.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :*

*U marzo 1914.* — Mons. Giacomo Ogier, dell'archidiocesi di Charnbéry.

*12 marzo.* — Mons. Oreste Masini, della diocesi di San Miniato.

*13 marzo.* — Mons. Basilio Woloszinski, della diocesi di Premislia di rito ruteno.

*Cappellano Segreto d'onore di S. S.:*

*22 marzo 1914.* — Mons. Stefano Schulz, della diocesi di Warmia.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*L'Ordine della Milizia Aurata, detto dello Speron d'oro:*

*11 marzo 1914.* — Al sig. conte Vincenzo Macchi, di Roma.

*La Gran Croce dell'Ordine Piano:*

*11 marzo 1914.* — A S. E. il sig. conte Leopoldo Berchtold, Barone di Ungarschitz, Fratting e Pullitz, presidente del Consiglio comune dei ministri d'Austria-Ungheria e ministro della Casa I. e R. e degli Affari Esteri.

*11 marzo.* — A S. E. il sig. conte dott. Giorgio de Hertling, presidente del consiglio dei ministri, ministro di Stato della Casa Reale e degli Affari Esteri di Baviera.

*La Placca dell'Ordine Piano:*

*13 marzo 1914.* — Al sig. comm. duca Gabriele de Rarécourt-Pimodan.

*La Commenda con placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:*

*11 marzo 1914.* — Al Sig. colonnello Giulio Répond, comandante del Corpo della Guardia Svizzera Pontificia.

*La Commenda con placca dell'Ordirne di S. Silvestro Papa:*

*1 marzo 1914.* — Al sig. Costantino Hörmann, preposto governativo nella Bosnia ed Erzegovina per gli affari del culto e dell'istruzione pubblica.

*15 marzo.* — Al sig. Alessio Sebbowa, dell'Uganda.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*11 marzo 1914.* — Al sig. conte Giuseppe Dalla Torre di Sanguinetto, presidente generale dell'Unione Popolare fra i cattolici d'Italia.

— Al sig. cav. avv. Giuseppe Barluzzi, sotto-archivista della Segreteria di Stato di S. S.

— Al sig. dott. Pietro Borromeo, di Roma.

*14 marzo.* — AI sig. cav. Alfredo Bourdin, della diocesi di Belley.

*La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :*

*8 gennaio 1914.* — Al sig. Rodolfo de Steiner, direttore degli Uffici Ausiliari, ed al sig. Emanuele Schwab, archivista della Casa e della Corte I. R. e dello Stato, in Austria.

*II Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*8 gennaio 1914.* — Ai signori Rodolfo de Czech ed Eugenio Marsovszky, vice-segretarii aulici e ministeriali, ed al sig. Felice de Strautz, vice-console, in Austria.

*4 marzo.* — Al sig. àvv. Alberto Sabourin, presidente della Gioventù Cattolica di Touraine nelFarchidiocesi di Tours.

— Al sig. dott. Francesco Hahn, dell'archidiocesi di Colonia.

*7 marzo.* — Al sig. dott. Edmondo Delanglade, della diocesi di Marsiglia.

*12 marzo.* — Al sig. Enrico Maus, consigliere municipale di Colonia.

— Al sig. Pietro Wolter, dottore in medicina e consigliere governativo neirarchidiocesi di Colonia.

*12 marzo.* — Al sig. dott. Ermanno Breur, dell'archidiocesi di Colonia.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*2 marzo 1914.* — Al sig. Vittore Huber, consigliere governativo di economia, dell'archidiocesi di Serajevo.

*9 marzo.* — Al sig. dott. Enrico Arrigo, di Roma.

*14 marzo.* — Al sig. Giovanni Maria De Gasperis, di Roma.

— Al sig. ing. Luigi di Virgilio, domiciliato nell'archidiocesi di Chieti.

## NECROLOGIO

*4 marzo 1914.* — Mons. Giovanni Dérouet, vescovo tit. di Camaco, vicario apostolico di Loango (Africa centrale).

*11 marzo.* — Mons. Paolo Pellet, vescovo tit. di Retimo.

*12 marzo.* — Mons. Eugenio Cano, vescovo tit. di Tenedo.

*14 marzo.* — Mons. Filippo Bacciu, vescovo di Bisarchiò (Sardegna).

*30 marzo.* — Mons. Roberto Fraser, vescovo di Dunkeld (Scozia .

Annus VI. - Vol. VI. Die 23 Aprilis 1914. Num. 6.

# ÄmTÄPÄICAE SEDIS

**COMMENTARIUM OFFICIALE**

# ACTA PII PP. X

## MOTU PROPRIO

### DE ITALIS AD EXTERNA EMIGRANTIBUS.

PIUS PP. X

Iam pridem ex Italia ingentem hominum numerum quotannis vel necessitas quotidiani victus vel melioris fortunae cupiditas in transalpinas praecipueque in transmarinas regiones deducit; neque est qui ignoret frequentissimas in omni America et apud Gallos, Germanos aliosque populos esse colonias Italorum, partim stabiles ac perpetuas ibi sedes habentium, partim de reditu in patriam cogitantium, simul ac certam argenti vim manu et labore confecerint. Horum vix credibile est, quanto in discrimine catholica fides christianique mores saepe versentur, nedum sint extra aleam ipsa, quae sperarunt, huius mortalis vitae emolumenta. Plerique enim, ut natura simplices ac rerum imperiti, iidemque fere non satis doctrina Religionis instructi, cum in loca devenerint, quorum nec linguam nec instituta norunt, facile in insidias, usque quaque paratas, incidunt hominum improbissimorum qui vel eos ad sectas societatesque fidei vitaeque christianae inimicas adiungant, vel opera ipsorum ad immodicos quaestus abutantur.

Omnino igitur faciendum est, ut his, cum domo emigraverint, adsint peregre, qui eorum tum religiosas tum civiles ratio-

nes studiose curent. Postulat hoc christiana caritas, requirit causa humanitatis, atque etiam suadet utilitas communis. Vehementer nimirum interest civitatis hospitae inquilinos cives observantes religionis permanere et frugi : sed idem non parum debet interesse patriae; cuius in sinum aut illi se recepturi sunt, aut certe multiplicem cum ea necessitudinem rationum et officiorum conservaturi. Itaque Apostolica Sedes, quae universi catholici nominis paternam curam agit, cum pro aliis om albus, qui emigrare solent, tum maxime consuevit vigilare pro Italis, quorum multo frequentior quam ceterorum, emigratio est. Quapropter nullam praetermisit occasionem, quae privatim publiceve daretur, ad eorum causam Episcopis commendandam, alios quidem hortando ne qui cuiusvis rei gratia e sua dioecesi abiissent, eos desinerent respicere ut suos; alios autem admonendo, ut qui in suam dioecesim peregre venissent habitatum, iis adiuvandis, usque dum ibi manerent, eandem operam pro gravis officii conscientia impenderent, ac ceteris de suo grege, atque eo maiorem etiam, quo magis esse necessariam intelligerent.

Huius vero sollicitudinis Apostolicae de salute emigrantium, praecipue ex Italia, documento sunt cum dilecti filii Nostri Cardinalis a Negotiis Publicis epistola diei viii septembris anni MCMxi,tum Nostrae litterae, quibus Motu-proprio officium peculiare de spirituali emigrantium cura apud S. Congregationem Consistorialem instituimus, tum decreta S. Congregationis Concilii de non recipiendis in clerum Americanum nisi iis sacerdotibus Italis, qui studio animarum exemploque vitae utiles sacrorum administri fore viderentur.

Suffragante igitur curis Pontificis diligentia Episcoporum, feliciter factum est, ut in compluribus Americae, Galliae et Germaniae dioecesibus multitudines Italorum quae illuc immigrarant, praeclara invenirent adiumenta, idque praesertim opera sacerdotum, qui eiusdem nationis essent, aut eorum linguae morumque non essent ignari. Ad haec, ut erat consentaneum, per Italiam *comitatus,* quos vocant, et *patronatus,* emigrantium causa, bene multi exstiterunt, aliaque id genus ab Episcopis

aliisque de clero, atque ab ipsis laicis, viris egregie munificis, christianaeque sapientiae perstudiosis, instituta. In quo singulari cum laude oommemorandae sunt illae religiosorum ordinum itemque Sororum familiae, quae ad opitulandum omni caritatis officio iis qui caelum mutarent, plures e sodalium numero suasque domus non paucas destinaran! At vero, cognitum experiendo est haec omnia saepe minora esse, quam quae sunt opus, propter continuos emigrationis auctus et mobilitatem; illud autem hac in re praecipue desiderari sacerdotum e clero saeculari copiam, qui rite ad hoc munus instituti sint.

Quare nos, cum velimus huic necessitati, quantum est in Nobis, occurrere, medicinam adhibendo, qua malum radicitus curetur, diligenter perpensa considerataque re, de consulto etiam Congregationis Consistorialis, in hac alma Urbe Collegium sacerdotum Italis peregre adiuvandis instituere decrevimus, ac per has litteras Motu-proprio instituimus. In id autem Collegium ne admittantur nisi iuvenes sacerdotes Itali de clero saeculari, qui e consensu iussuve sui quisque episcopi advenerint : iique manebunt ibi annum aut biennium, quoad sermonem, mores et instituta addiscant alicuius ex externis regionibus, in quibus Italorum coloniae sedem habent; itaque plenius instructi utiliorem navare operam suis popularibus possint. Quibus vero in aedibus habitare, quibus legibus gubernari Collegium debeat, mox aliis litteris declaraturi sumus.

Interea sacrorum Antistites Italiae, eosque praecipue, qui multos numerant e sua dioecesi prof ectos, rogamus, ut si quos in suis sacerdotibus vel clericis animadverterint idoneos, ad hoc Institutum eos destinent. Illi autem quorum sub ditione Italorum coloniae sint non satis ope instructae sacri ministerii, hoc ipso Instituto habebunt id quod Episcopi praesertim Americae pluries Apostolicae Sedi significarent sibi maxime esse in votis; id est, habebunt, unde sacerdotes dignos quaerant et ad ministrandum Italis ibi consistentibus appositos. Atque ita facilius quoque erit aditus in Americam iis intercludere, minus probatis sacri ordinis hominibus, qui non se illuc transferre cupiant Iesu

Christi amore impulsi aut caritate animarum, sed rerum suarum promovendarum gratia. Verum hanc ipsam ob causam proxime, S. Congregationis Consistorialis decreto, alias easque pressiores praescriptiones dabimus.

Iam, quod ad tuitionem huius Collegii attinet, itemque ad aequabilem subsidiorum partitionem in omnia ea opera, quae, Apostolica Sede probante, sunt pro emigrantibus instituta, petimus ab *Ordinariis* Italiae, ut quae fieri solet stipum collatio, quamque nuper commendavimus, pro *Missionalibus Emigrationis qui* dicuntur, eandem posthac omnibus, quae dicta sunt, operibus tuendis in primisque constituendo huic Collegio faciendam curent; summamque ex collatione redactam ad proprium Emigrationis Officium, quod apud S. Congregationem Consistorialem est, mittant. Sed, praeter collationem huiusmodi, quisquis magna rei utilitate permotus, aliquid pecuniae ad illud ipsum Officium miserit, Nobis fecerit gratissimum.

Quod reliquum est, Deum comprecamur, velit Nostrum sua gratia fovere propositum, atque efficere ut illud uberrimos, quos exspectamus domi forisque, salutis animarum efferat fructus.

Datum Romae apud S. Petrum die xix mensis Martii in sollemni commemoratione S. Ioseph Sponsi B. M. V. anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X

# LITTERAE APOSTOLICAE

## I.

PIA SOCIETAS A TRANSITU S. IOSEPH PRO AGONIZANTIBUS, IN COGNOMINI TEMPLO AD PORTAM TRIUMPHALEM URBIS CONDITA, IN PRIMARIAM ERIGITUR, CUM FACULTATE AGGREGANDI UBIQUE TERRARUM.

PIUS PP. X.

Ad futuram rei memoriam. — Templum titulo Transitus S. Ioseph, quod ad portam Triumphalem Urbis excitatum voluimus, peculiari quodam studio ac favore prosequimur, sive quia Nobis cordi est in primis magis magisque religiosis necessitatibus frequentissimae regionis prospicere, sive quia nomen gloriosi Titularis e baptismate ferre laetamur, sive quia ad perpetuandam illius anni memoriam, quo dena sacerdotii, quina episcopatus lustra, Deo adiuvante, explevimus, templum ipsum populus christianus pio consilio destinavit. Quibus de causis in eo aedificando neque curis neque impensis pepercimus, illudque et adiunctam ei paroeciam benemeritae Congregationi Servorum Caritatis commendavimus, quorum solertia et diligentia, in sacri ministerii partibus obeundis, valde confidimus. Itaque cum quidquid ad ipsum attinet Nostra plurimum intersit, benignis oculis spectamus piam Societatem a Transitu S. Ioseph pro animam agentibus, die xvii mensis februarii MCMXIII in hoc templo canonice institutam, cui propositum est morientibus opitulari, opportunis adhibendis precibus ad bonae mortis Patronum: ac magno quidem cum animi Nostri gaudio eam, superiore anno a Nobis compluribus indulgentiis, tam plenariis, quam partialibus ditatam, succrescere et augeri in dies audimus, adeo ut aliae iam similes consociationes ipsi aggregari vehementer cupiant. Quoniam igitur dilecti filii Aloisius Guanella laudatae Congregationis fundator atque in templo condendo beneficus adiutor, Aurelius Bacciarini, eiusdem ecclesiae parochus, et Caesar Pedrini, societatis a Transitu S. Ioseph moderator, a Nobis postularunt, ut hanc ad primariae dignitatem pro universo terrarum orbe proveheremus, Nos eorum votis satisfacere libenter statuimus, certa spe freti id magnopere usui futurum et ad templi ipsius decus amplificandum et ad christifideles maxime excitandos, quo accuratius, exitum vitae prospicientes, Patroni gloriosi expetant praesidium atque in mente

bonum mortis consilium iugiter habeant. Quare haec, quae infrascripta sunt, suprema Nostra apostolica interposita auctoritate edicimus ac mandamus. Piam Societatem a Transitu S. Ioseph pro animam agentibus, Romae in templo eiusdem nominis ad portam Triumphalem canonice conditam, praesentium vi, perpetuumque in modum, in *primariam* erigimus atque evehimus, omnia ei privilegia tribuentes, quae primariis sodalitiis de iure competunt Eiusdem autem primariae Societatis moderatori et officialibus, praesentibus et futuris, concedimus ut ipsi, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII decessoris Notri rec. me. ceterisque apostolicis ordinationibus hac super re editis, alias eiusdem tituli atque instituti nunc et in posterum in universis catholici orbis dioecesibus erectas sive erigendas, sibi rite aggregare, cum illisque communicare perpetuo valeant omnes et singulas indulgentias et spirituales gratias eidem primariae Societati a sancta Sede concessas, quae sint aliis communicabiles. Quanti vero dignum omni laude finem huius instituti faciamus, luculentius manifestare cupientes, dum volumus nomen Nostrum adscribatur primum omnium inter sodales eiusdem, simul universos in sacerdotio dilectos fratres exhortamur, ne in divino Sacrificio memoriam quotidie facere eorum praetermittant, qui colluctatione mortis premuntur; itemque ceteris omnibus fidelibus, praesertim religiosis viris ac mulieribus suademus, ut peculiares preces ad Deum et S. Ioseph pro morientibus effundere assuescant: nam si *sancta et salubris est cogitatio pro defunctis* exorare, qui, piacularibus flammis quamquam addicti, portum salutis attigerunt, non minus commendabiiis sollicitudo videtur esse auxilium implorandi de caelo pro miseris ultimo in discrimine constitutis, quo pendet aeternitas. Denique volumus ac iubemus omnia, quae litteris hisce Nostris statuimus et declaramus, rata et firma uti sunt, ita et in posterum fore, irritumque et inane futurum decernimus quidquid super his a quopiam, quavis auctoritate, contigerit attentari: contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xn mensis februarii anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

L.ÇBS. *a Secretis Status.*

# IL

## ERECTIO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE TOGONENSIS IN AFRICA AEQUATORIALI IN VICARIATUM APOSTOLICUM.

PIUS PP. x

Ad futuram rei memoriam. — Divinitus commissum Nobis supremi Apostolatus officium postulat, ut in omnes vel longo terrarum marisque spatio dissitas christiani orbis plagas oculos mentis Nostrae convertimus, eaque sedulo studio praestemus, quae rei sacrae provehendae opportuna magis sint, et catholici nominis incremento conducant. Iamvero cum in praefectura apostolica Togonensi ad oras occidentales Africae aequatorialis, christiana res feliciter creverit, Nos, attento praesertim superenunciatae missionis neophytorum numero, atque inspecta florentium operum maturitate, collatis consiliis cum VV. FF. Nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ut ibidem uberiori catholicae hierarchiae dignitati prospiciamus, praefecturam eandem in Vicariatum Apostolicum erigendam censuimus. Quare his Litteris, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione deque plenitudine apostolicae Nostrae auctoritatis, praefecturam apostolicam Togonensem ad oras occidentalis Africae aequatorialis, geographicis servatis limitibus, in Apostolicum Vicariatum erigimus, similiter Togonensem appellandum, quem curis Missionariorum Societatis divini Verbi de Steyl concreditum manere volumus. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et manere, suosque plenos atque integros effectus sortiri, atque obtinere, illisque ad quos spectant plene suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die xvi martii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
*a Secretis Status.*

L. © S.

# EPISTOLAE

## I.

AD AUGUSTINUM CARD. RICHELMY, TAURINENSIUM ARCHIEPISCOPUM, PRO FILIALI OMINUM VOTORÜMQUE OBSEQUIO BEATISSIMO PATRI, SANCTI IOSEPHI DIE FESTO REDEUNTE, REVERENTER EXHIBITIS.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Et vota pergrata habuimus quae sollemni redeunte die S. Iosephi Nobis obtulisti, et nuntium iucundissimum tum crescentis in Pedemontana regione erga Sacramentum augustum religionis, tum sacrarum aedium, quae in ista honoris tui sede exstruuntur ad augendum paroeciarum numerum. Illud pietatis in Nos tuae, hoc pastoralis sollertiae, non novo sane, sed tamen dulci atque optato sunt nobis documento: utrumque etiam solatio, quo amara vitae temperemus. Hoc tu quidem, dilecte Fili Noster, in scribendo spectasti; et vel hanc tuam mentem solatium scito, neque illud exiguum, Nobis attulisse. Gratias igitur tibi habemus et gratulamur ex animo. Caelestium vero auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem tibi ipsi universaeque tuae dioecesi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvni martii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

## IL

AD R. P. D. VINCENTIUM SCOZZOLI, ARIMINENSIUM EPISCOPUM, SAECULO IAM EXEUNTE, EX QUO S. P. PIUS VII, V. R., E GALLICA CAPTIVITATE REDUX, SIMULACRUM SSMAE VIRGINIS MARIAE, ARIMINENSIBUS SACRUM, DIADEMATE EXORNA VIT.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Pervetustum istud Virginis augustae simulacrum, non tradita tantum a maioribus religione scimus esse Ariminensibus sacerrimum, sed memoria etiam Pii VII decessoris Nostri, qui Ariminum pertransiens e gallica redux captivitate, ab singulari in potentem christiani nominis auxiliatri-

cem amore, regio illud diademate ornavit. Quod quidem factum, exeunte iam saeculo, probamus vehementer velle te tuosque fideles commemorare: opportunitas enim se dabit una eademque voluntatum significatione communem Matrem studiosius sanctiusque colendi, et nomen celebrandi Pontificis, cuius constantia ac firmitas animi in Ecclesiae tuendis iuribus aerumnisque perferendis, maior profecto fuit, quam ut ulla unquam aetas de ea conticescat. Huc sane spectant vota Nostra: iisdemque non secus ac coeptis tuis faveat communi prece exorata alma pietatis Mater, et apostolicam ope sua fecundet benedictionem, quam, divinorum auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, tibi, venerabilis Frater, tuoque gregi universo libenti animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die viri aprilis MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

## III.

AD R. P. D. IOSEPHUM S. PELCZAR, PREMISLIENSIUM LATINORUM EPISCOPUM, QUINQUAGESIMUM SACERDOTII ANNIVERSARIUM ITEMQUE DIOECESANAM SYNODUM CELEBRANTI.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. =— Quae istinc afferuntur et pergrata sunt et animum Nostrum praecipuo quodam studio faciunt ad te in praesentia conversum. Ea sunt sacerdotii tui natalis quinquagesimus et indicta a te sub idem tempus dioecesana synodus. Altera alterum exornat et commendat egregie. Nulla quippe diuturni laboriosique sacerdotii celebrandi praestantior ratio quam pastoralis diligentiae sollertiaeque tam insigne documentum. - Ad Nos quod attinet, gratulamur utrumque: tibique tuoque gregi ut expetitas utilitates et gaudia sancta utrumque afferat vota facimus ex animo. Cum haec tum illas conciliet interim uberrima apostolica benedictio, quam, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, tibi, venerabilis Frater, tuoque clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn aprilis MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

# S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## i.

## DECRETUM

### DE SACERDOTIBUS IN CERTAS QUASDAM REGIONES DEMIGR A NTIBUS.

Etnografica studia, quae postremis hisce annis in plurimis Americae civitatibus confecta sunt, evidentissime comprobarunt, migrationem in eas regiones sacerdotum, qui pietate, doctrina vitaeque disciplina plene instructi non sint, non modo catholicae fidei detrimento esse solere, sed etiam in gravem ipsorum perniciem cadere: apparuit quoque, quanta sapientia eiusmodi demigrationem sacrae Congregationes Concilii et de Propaganda Fide, latis ea de re legibus, moderatae sint et circum scripserint.

Tam late enim eae patent dioeceses ferme omnes; ea inde consequitur remissio Pastoralis vigilantiae, praesertim in sacerdotes advenas ; tanta incidunt pericula et impedimenta e sectarum frequentia, ex perpetuo cum acatholicis commercio, ex ea quae ibi in plurimis obtinet libertate et ex aliis rerum locorumque condicionibus, ut ipsi boni, cum maxima non sustinentur virtute, paullatim tepescant, qui vero et doctrinae subsidio carent et vix ulla nituntur disciplina vitae, a recta via saepe deflectant, et non raro cum maxima fidelium offensione et religionis detrimento ad extrema deveniant, adeo ut, qui magistri esse debebant veritatis, ii ministri efficiantur erroris et impietatis.

Quapropter complures probatissimi viri', ac praesertim illarum regionum Episcopi, tum coram, tum scriptis, ab Apostolica Sede efflagitarunt, ut huic tanto malo novis iis vellet subvenire remediis quae tempus postulasset.

Re itaque in plenariis S. Congregationis Consistorialis comitiis disceptata, Emi Patres censuerunt novum ferendum esse Decretum, quo, confirmatis praescriptionibus a S. Congregatione Concilii aliquot ante annos providenter editis, ea adderentur, quae, de Episcoporum complurium consilio et experientia duce, necessaria vel opportuna visa essent.

Cum autem Ssmus D. N. Pius PP. X sententiam Emorum Patrum probaverit, de eius mandato haec statuuntur ac publici iuris fiunt, sancte et ex conscientia ab omnibus ad quos spectat servanda.

## CAPUT L

### *De sacerdotibus in perpetuum aut ad diuturnum tempus migrantibus.*

Integra lege S. Congregationis de Propaganda Fide de sacerdotum orientalis ritus migratione, quod attinet ad clerum saecularem latini ritus haec in posterum lex esto:

1. Nulli fas sit in Americam et ad insulas Philippinas migrare nisi *bonum testimonium habeat intemeratae vitae, in operibus sacri ministerii cum laude spiritus ecclesiastici et studii salutis animarum hactenus peractae, solidam spem exhibeat aedificandi verbo et exemplo fideles ad quos transire postulat, necnon moralem certitudinem praestet, numquam a se maculatum iri sacerdotalem dignitatem,* prout S. Congregatio Concilii, decretis d. 27 iulii 1890 et d. 14 novembris 1903 latis, statuit et sanxit.

2. Qui vero bonum testimonium habent de quo supra, quamvis cum Ordinario eius loci, in quem conferre se cupiunt, agere possint ut in eius dioecesim excipiantur, iis tamen migrare ne liceat, nisi ante episcopus loci *ad quem* se eos excepturum spoponderit, concesso aliquo ecclesiastico officio, et Ordinarius eorum proprius discessoriales litteras in forma specifica dederit, secundum ea quae infra praescribuntur.

3. Ordinarius loci *ad quem* neque excipiat neque se excepturum promittat sacerdotem, ante quam, directo permutatis cum episcopo eiusdem proprio secretis litteris, certo testimonio eum sciverit esse dignum, quem ad normam art. 1 admittat.

Ordinarius vero loci *a quo* discessorialibus ad migrandum litteris sacerdotem ne muniat: *primo,* nisi is ex aliquo canonico titulo ad suam pertineat dioecesim; *secundo,* nisi iure possit testimonium de eo ferre bonum; *tertio* denique, nisi ante ex litteris Ordinarii loci *ad quem* sibi constiterit eumdem sacerdotem ibi acceptum iri et aliquo functurum esse officio.

De quarum omnium observantia praescriptionum conscientia Ordinariorum graviter oneratur.

4 Discessoriales litterae demigrationis causa ab Ordinario sacerdotis proprio non ad quemlibet Ordinarium in genere dandae sunt, sed plane nominatim ad ipsum loci in *quem* Ordinarium, et, praeter consuetum testimonium, exhibere debent notas aetatis hominisque individuas, quibus ita figura habitusque personae describatur, ut eius circa *identitatem* nemo decipi possit. Litterae, quae sint aliter exaratae, nihil valeant et habeantur nullae.

Hac tamen cura exarandi eiusmodi litteras Italiae episcopi relevantur, qui, peractis iis quae in superiore articulo praescripta sunt, rem défèrent ad sacram hanc Congregationem, quae scriptis licentiam dabit, cum utroque Ordinario communicandam.

5. Hoc autem erit proprie ac peculiariter iis servandum qui ad Philippinas insulas sint migraturi: ut veniam migrandi, si ex Europa sint, ab sacra hac Congregatione Consistoriali petere sine ulla exceptione debeant; si vero sint ex America, a Delegato Apostolico qui Washingtoniae C. D. sedem sui honoris habet: integris, ad reliqua quod attinet, regulis superius statutis.

6. Sacerdotibus, qui iam in aliquam demigraverint dioecesim, ab hac in aliam in perpetuum vel ad diuturnum tempus discedere ne liceat, nisi assenserint tum Ordinarius proprius, tum primae Ordinarius commorationis; si vero agatur de italis sacerdotibus, accedat praeterea oportet sacrae huius Congregationis venia.

7. Religiosi e claustro dimissi, cum in aliqua dioecesi sunt stabili ratione incardinati, condicione pares habeantur, ad migrationem quod attinet, sacerdotibus e clero saeculari ; sin aliter, iis ad migrandum opus erit peculiari sacrae huius Congregationis indulto.

8. Sacerdotes, qui, hac lege non servata, temere arroganterque demigraverint, suspensi a divinis ipso facto maneant; qui nihilo minus sacris (quod Deus avertat) operari audeant, in irregularitatem incidant: quibus a poenis absolvi non possint nisi a sacra hac Congregatione.

*De sacerdotibus ministerium suum spirituali migrantium fidelium bono exhibentibus.*

9. Leges de sacerdotibus migrantibus latae eos quoque attingant sacerdotes, qui, aut in itinere transmarino aut in exteris commorationis locis, Europa minime excepta, agricolis aliisque operariis demigrantibus suum praestant ministerium, sive curam hanc sponte sua suscipiant, sive ad hoc assumantur officium ab aliquo ex iis *Operibus*, quae in migrantium commodum providenter hac nostra aetate instituta sunt.

*Peculiares Normae ad locorum Ordinarios.*

10. Episcopi Americae aliorumve locorum, de sacerdotibus advenis, qui in suas migraverunt dioeceses, diligenter inquirant, habeantne ii legitimum permanendi indultum, aut certum quoddam permanendi ius consecuti sint vel per incardinationem vel per decennalem legitimam com-

morationem ; quos, si eiusmodi indulto aut iure carere et ceteroqui fidelibus inutiles esse cognoverint, congruenti termino iis praefinito, ad Ordinarios proprios dimittant.

Eadem haec Europae etiam episcopi servent cum de sacerdotibus agitur, qui, delato sibi munere spirituali migrantium bono consulendi, in ipsorum dioecesibus degunt, quotiescumque noverint eos fidelibus noxios esse vel inutiles.

11. Optimum autem illud ac maxime optandum, ut earum regionum episcopi, unde crebrius demigrari solet, consilia inter se conferant et constituant qua ratione possint commodius fidelibus suis in remotas alterius linguae regiones abeuntibus comparare sacerdotes, suae linguae gnaros et pietate, doctrina ac prudentia conspicuos ; quemadmodum vero Ssmus D. N. migrantibus ex Italia prospexit, sic, vel alia simili ratione, aliquem unum seligant ex Ordinariis, qui ceterorum vice hoc in negotio fungatur, ut exterarum regionum episcopi eum coram vel scripto adire possint, cum sacerdotes ad spiritualem demigrantium procurationem idonei sibi opus sunt.

## CAPUT II.

### *De sacerdotibus qui ad breve tempus proficiscuntur.*

12. Sacerdotibus, qui, ad breve tempus, ob honestam vel necessariam causam sint in Americam velad Philippinas insulas profecturi, possunt Ordinarii discessoriales litteras concedere, inconsulto quidem Ordinario loci *ad quem,* at servatis tamen regulis quae sequuntur.

13. In litteris discessorialibus, praeter reliqua, mentio expressa fiat de causa temporarii discessus.

14. Ad quatuor menses coarctetur dierum itineris et mansionis licentia; sex mensium concedatur nulli, nisi casus aliquis extra ordinem inciderit.

15. Sacerdoti haud omni ex parte probato discedendi venia ne detur, nisi ante de honesta simul et necessaria abeundi causa constiterit; praeterea Ordinario loci *ad quem,* secretis litteris, adventus eius renuntietur.

16. Itali "autem sacerdotes, quandoque ob honestam et temporariam causam profecturi sunt, prius impetrent veniam discessus a sacra hac Congregatione.

17. Qui, denique, ob temporariam causam discesserunt, elapso temporis spatio sibi concesso, regrediantur, nullamque habeant Ordinarii prorogandae licentiae semel datae facultatem.

Quodsi aut infirmitate aut alia quadam peremptoria causa regressus necopinato impediatur, postquam de rei veritate et de dispensationis necessitate constiterit, ad primum insequentem mensem prorogare tempus liceat episcopo loci; ultra mensem, causis etiam indulti permanentibus, nonnisi Nuntiis vel Delegatis Apostolicis, qui ibidem versantur, indultum prorogare liceat ad congruum sed breve tempus, ea lege, ut id ne cunctentur aut episcopum sacerdotis proprium aut sacram hanc Congregationem edocere.

Qui vero sacerdotes hanc deliquerint regulam, suspensi maneant a divinis.

Praesentibus valituris, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae ex S. C. Consistoriali, die 25 martii 1914.

£ß C. CARD. DE LAI, Episcopus Sabinen., *Secretarius.*

S. Tecchi, *Adsessor.*

## II.

## PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit:

*20 februarii 1914.* — Cathedrali ecclesiae Samogitiensi praefecit sac. Franciscum Karewicz, eiusdem dioecesis, et canonicum ecclesiae metropolitanae Mohyloviensis.

*12 martii.* — Cathedrali ecclesiae Arassuahyensi in Brasilia sac. Seraphim Gomes Jardim, dioecesis Admantinae.

*13 martii.* — Cathedrali ecclesiae Arianensi R. P. Honoratum, in saeculo Ioannem Carcaterra, O. M., iam custodem Terrae Sanctae.

*16 martii.* — Archiepiscopali titulari ecclesiae Sardicensi R. P. D. Antonium Augustum Intrecciatagli, hactenus episcopum Calatanisiadensem, quem deputavit in Coadiutorem cum iure futurae successionis Rmi Archiepiscopi Montis Regalis.

*18 martii.* — Cathedrali ecclesiae Virodunensi, sac. Carolum Ginisty, dioecesis Ruthenensis, ibique parochum S. Aphrici.

*26 martii.* — Titulari episcopali ecclesiae Carpasiensi sac. Eugenium van Rechem, dioecesis Gandavensis, quem constituit Auxiliarem Rmi Episcopi Gandavensis.

*28 martii.* — Cathedrali ecclesiae Ruremondensi sac. Laurentium Schrynen, eiusdem dioecesis, ibique rectorem seminarii minoris Rodensis.

*2 aprilis 1914.* — Cathedrali ecclesiae Piahunensi sac. Octavianum Pereira de Albuquerque, vicarium generalem archidioecesis Portalegrensis in Brasilia.

— Cathedrali ecclesiae Florianopolitanae sac. ioachimum Domingues de Oliveira, canonicum ecclesiae metropolitanae S. Pauli in Brasilia et secretarium curiae archiepiscopalis eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali ecclesiae Prusiadensi sac. Franciscum de Aquino Correa, Congregationis Salesianae, quem constituit Auxiliarem Rmi Archiepiscopi Cuyabensis.

## III.

## TITULI ARCHIEPISCOPALIS COLLATIO

Ssmus D. N. Pius PP. X, decreto S. Congregationis Consistorialis diei 15 ianuarii 1914, archiepiscopalem titulum Cyzicensem, retenta tamen sede episcopali Leonensi in America Centrali, Rmo Dno Simeoni Pereira et Castellón, amplioris honoris causa, personaliter contulit et addidit.

## IV.

## ERECTIO DIOECESUM
## ET NOVAE PROVINCIAE ECCLESIASTICAE.

Ssmus Dominus noster Pius PP. X successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis has, quae sequuntur, dioeceses et novam provinciam ecclesiasticam erexit, scilicet:

*17 decembris 1913.* — Peramplum territorium dioecesis Seattlensis, in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, rogante ipso Episcopo, in duas partes divi sit, creata in parte orientali nova dioecesi *Spökanensi,* cui attribuit sequentes civiles comitatus: *Okanogan, Ferry, Stevens, Pend'Oreille, Buglas, Gr ant, Lincoln, Spokane, Adams, Whitman, Benton, Franklin, Walla-Walla, * Columbia, Garfield* et *Asotin.* Reliquam occidentalem partem antiqui territorii dioecesi Seattlensi reservavit. Novam vero dioecesim suffraganeam fecit archidioecesis Oregonopolitanae.

*6 februarii 1914.* — Dioecesi Parahybensi in duas partes divisa, in parte orientali ipsam Parahybensem dioecesim coarctavit, in parte autem occidentali novam ac distinctam dioecesim, *Cajazeirasensem* denominandam constituit, iisdem circumscriptam limitibus, quibus antea ipsa dioecesis Parahybensis. Fines vero inter hasce dioeceses statuit divortium aquarum inter paroecias S. Luciae *do Sabugy* atque *de Soledade* exsistens usque ad radices montium *de Teixeira* et exinde confinia quae

paroeciam *de Teixeira* ab aliis *de Patos* et *de Piamo* usque ad Statum Pernambucensem secemunt.

Dioecesim insuper Parahybensem, uti supra coarctatam, eadem Sanctitas Sua a metropolitico iure ecclesiae Olindensis exemit et ad metropolitanam dignitatem evexit; eidemque tamquam suffraganeas assignavit novam dioecesim Cajazeirasensem et dioecesim Natalensem iam exstantem, quam pariter subtraxit a metropolitico iure ecclesiae Olindensis, huic tamen attribuens ceu suffraganeam sedem de Alagoas usque modo subiectam archiepiscopo Ssmi Salvatoris de Bahia.

*3 martii.* — Goarctatis dioecesibus Tucsonensi, Dallasensi et Sancti Antonii in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis, idem Ssmus Dominus *Elpasensem* dioecesim erexit, cui assignavit quinque civiles comitatus vulgo *Grant, Luna, Dona Ana, Otero* atque *Eddy,* nec non portionem comitatus *Sierra* nuncupati, a dioecesi Tucsonensi avulsos; item comitatus civiles *EI Paso* et *Gulberson,* seiunctos a Dallasensi dioecesi; tandem tredecim comitatus a dioecesi S. Antonii subtractos et vulgo dictos *Presidio, Jeffdavis, Reeves, Brewster, Terrell, Pecos, Grane, Ward, Loving, Winkler, Ector, Andrews* et *Gaines.*

Hanc autem novam dioecesim Ssmus Dominus ceu suffraganeam sedem subiecit metropolitanae ecclesiae Sanctae Fidei in America.

## V.

## IMMUTATIO FINIUM DIOECESUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X:

*Die 9 februarii 1914,* territorii portionem vulgo *Ehrensberg* et *Harres,* a paroecia *Pfaffenhofen* et a dioecesi Augustana Vindelicorum avulsam, paroeciae de *Niederthann* et archidioecesi Monacensi et Frisingensi perpetuo aggregavit:

*Die 4 martii 1914* oppidum vulgo *Roseto Valfortore* cum toto ei adnexo territorio ab Arianensi dioecesi disiunxit et dioecesi Lucerinae perpetuum in modum univit:

*Die 2 aprilis 1914* integrum civile municipium de *Fortaleza* una cum districtu de *Aqua Vermelha* ad alterum municipium vulgo *Salinas* pertinenti, itemque territoriales portiones municipiorum civilium Arassuahyensis et S. Michaelis de *Jequitinhonha* eadem Sanctitas Sua a dioecesi Montesclarensi divisit et dioecesi Arassuahyensi perpetuo attribuit; dioecesi vero Montesclarensi aggregavit alteram portionem civilis municipii de *Paracatu* dicti, quam seiunxit a diocesi Uberabensi, cui subiecta erat.

# S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

## I.

## DECRETUM

INSTITUITUR COMMISSIO NOVIS SODALITATIBUS EARUMQUE CONSTITUTIONIBUS ADPROBANDIS.

Peculiari curae iamdudum Apostolicae Sedi fuit novarum Sodalitatum approbatio, earumque Constitutionum recensio, quae quidem optimo iure solita est usque adhuc inter maioris momenti negotia haberi et S. Congregationis EE. Patrum studio ac sapienti iudicio reservari. Cum autem cuiuslibet Instituti approbatio itemque Constitutionum recensio gravem postulet laborem, qui gravior profecto aestimandus erit, rerum si copia consideretur, quibus EE. Patres in plenariis coetibus dant operam, Ssmus Dominus noster Pius PP. X, referente infrascripto S. Congregationis Religiosorum Praefecto in audientia diei 17 martii 1914, decernendum censuit ut huiusmodi munus, quoad novas Sodalitates votorum simplicium, ad Commissionem quorumdam Consultorum in posterum deferretur. Yi igitur ac tenore praesentis Decreti, specialis Consultorum Commissio, praeside Cardinali S. Congregationis Praefecto, auctoritate apostolica constituitur, eidemque deferuntur omnia quae ad novi cuiuslibet Instituti votorum simplicium, eiusdemque Constitutionum examen et approbationem attinent, nisi speciali ex causa, vel exortis inter Commissionis Consultores gravibus opinionum discrepantiis, Cardinalis Praefectus opportunius iudicaverit ad Emorum Patrum coetum rem deferre. Ordo ac ratio a Commissione servanda peculiaribus *Normis* continetur. Commissionis autem membra e Consultorum S. Congregationis ipse Cardinalis Praefectus deliget.

Datum Romae, 24 martii 1914.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

F. Cherubini, *Sub-Secretarius.*

## IL

## NORMAE PECULIARES

SERVANDAE IN RECENSIONE ET ADPROBATIONE NOVI INSTITUTI EIUSDEMQUE CONSTITUTIONUM.

Per Decretum hac die 24 martii 1914 datum, et a Cardinali S. Congregationis Religiosorum Praefecto subsignatum, examen et approbatio novarum Sodalitatum votorum simplicium earumque Constitutionum remissa sunt speciali Commissioni Consultorum S. Congregationis, Praeside Cardinali Praefecto. Nunc ad eiusdem Decreti normam hae statuuntur leges a Commissione servandae:

1) Cuiusvis instituti moderatores, cum approbationem eiusdem, seu Constitutionum exoptant, ad Secretariam S. Congregationis, una cum supplici libello rite subsignato, ac authenticis litteris testimonialibus Antistitum locorum in quorum dioecesibus seu territoriis Instituti domus reperiantur, decem saltem exemplaria Constitutionum mittant, itemque alia documenta ex quibus verus Instituti status personalis, moralis et oeconomicus dignosci possit. Memoratae vero litterae testimoniales, quae ab Ordinariis obsignari debent, in violatae S. Congregationi exhibendae sunt.

2) Cardinalis Praefecti pro tempore erit e Commissionis Consultoribus unum designare, qui, ad nutum eiusdem Praefecti, Secretarii munere fungatur.

3) Pro unoquoque examine instituendo Cardinalis Praeses ex Commissionis Consultoribus unum deputet, eique ex officio documenta tradat quae ad Secretariam S. Congregationis pervenerint.

4) Consultor designatus documenta rite ac sedulo perpendat, atque super eisdem suum votum scriptis proferat.

5) Consultoris votum, typis impressum, una cum Constitutionum exemplari, decem saltem ante diebus quam Commissionis coetus habeatur, singulis membris distribuatur.

6) Impressionis aliique necessarii sumptus ab Instituto, cuius interest, suppeditari debent, ideoque ab eiusdem moderatoribus congrua pecuniae summa apud aream S. Congregationis deponenda est, pro prudenti Secretarii eiusdem Congregationis arbitrio, in unoquoque casu determinanda.

7) Consultoribus Commissionis membris, quatenus in Domino id expedire iudicaverint, ut plenius de re cognoscant, partes interesse habentes excipere atque audire licebit.'

8) In examinandis et approbandis novis Institutis seu Constitutionibus, Commissio prae oculis habeat omnia quae statuta inveniuntur in SS. Canonibus, in RR. Pontificum Constitutionibus et praesertim in *Normis* S. Congregationis EE. et RR., in Decretis S. Congregationis Religiosorum.

9) Constituta die Consultores, quibus praesidebit Cardinalis Praefectus vel, ipso impedito, S. Congregationis Secretarius, in unum convenient, et collatis sententiis per suffragia singillatim declarabunt sitne et quomodo Sodalium precibus satisfaciendum.

10) Exortis quandoque gravibus opinionum discrepantiis, Cardinalis Praefecti erit decernere opportunum necne sit rem Emorum Patrum coetui diiudicandam reservare.

.11) Cardinalis Praefectus Commissionis consulta seu resolutiones, ab ipso subsignatas, Ssmi definitivae approbationi subiciet, ac deinde, more consueto, per Secretariam S. Congregationis exsecutioni demandandas curabit.

Romae, die 24 martii 19J 4.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

F. Cherubini, *Sub-Secretarius.*

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## NOMINATIO

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

*16 martii 1914.* — R. P. Franciscus Wolf, alumnus Societatis a divino Verbo de « Steyl » in Hollandia, *Episcopus titularis ecclesiae Bybliensis et vicarius apostolicus novi vicariatus Togonensis in Africa.*

# S. CONGREGATIO RITUUM

## i.

### DECRETUM

DE ORATIONIBUS SERVOS DEI CUM SANCTITATIS FAMA DEFUNCTOS RESPICIENTIBUS.

Proposito sacrorum Rituum Congregationi dubio : « An Orationes « quae Domino Deo diriguntur ad gratias impetrandas ob intercessionem « Servorum Dei qui cum sanctitatis fama decesserunt, indigeant venia « episcopi, ut imprimi ac inter fideles diffundi valeant? », sacra eadem Congregatio respondendum censuit: *Affirmative* ad normam Constitutionis *Officiorum et munerum;* attamen ad tramitem et mentem decretorum S. U. Inquisitionis et sacrorum Rituum Congregationis episcopus abstinere se debet ab eisdem orationibus commendandis ac praesertim indulgentiis ditandis.

Atque ita rescripsit die 21 martii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ® S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

## IL

### DECRETUM

ADPROBATIONE EDITIONIS TYPICAE RATISBONENSIS BREVIARII ROMANI.

Cum Pontificia Commissio per chirographum Ssmi D. N. Pii PP. X die 2 iulii 1911 instituta ad novum Psalterii ordinem in Breviario Romano disponendum et retractandas congruenter eidem ordini Rubricas, ipsi Ssmo Domino nostro retulerit in Ratisbonensi editione Breviarii Romani, in quatuor partibus divisa, esse omnia disposita et impressa ad normam Bullae *Divino afflatu* et Motu proprio *Abhinc duos annos* ac consequentium Decretorum, sacra Rituum Congregatio, de mandato Ssmi Domini nostri, ipsam editionem uti typicam habendam esse decernit, cui reliquae omnes editiones conformandae erunt, quaeque in posterum prorsus immutata manebit, donec praesidio optimorum codicum et veterum

monumentorum absolutis omnibus, quibus perficiendis longius tempus requiritur, nempe textu sacro recognito, lectionibus historicis emendatis hymnisque revisis, Patrum et Doctorum homiliis et sermonibus ad veram lectionem revocatis, extremam manum operi adponendam Sedes Apostolica iusserit.

'Ex Secretaria S. R. G. die 25 martii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

✠ Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

Sacra Rituum Congregatio, collatis cum editione typica F. Pustet, in quatuor partes divisa, editionibus ceterorum Typographorum ipsius S. R. C, nempe Desclée et Soc, A. Marne, H. Dessain et P. Marietti, eas iuxta typicam diligenter dispositas reperit, et die 27 martii adprobavit.

## III.

ADPROBATIONE OFFICII SACRARUM RELIQUIARUM.

Die 5 Novembris

### SACRARUM RELIQUIARUM

QUAE IN ECCLESIIS DIOECESIS, ORDINIS SEU CONGREGATIONIS ASSERVANTUR.

*Duplex majus*

### IN OFFICIO

*Capitula, Hymni et reliqua, quae de Psalterio Feriae non sunt sumenda, dicuntur de Communi plurimorum Martyrum, praeter sequentia.*

*Oratio*

Auge in nobis, Dómine, resurrectionis fidem, qui in Sanctorum tuorum reliquiis mirabilia operans: et fac nos immortalis gloriae participes, cujus in eorum cinéribus pignora veneramur. Per Dominum.

IN II NOCTURNO

Ex Tractatu sancti Joannis Damascèni de fide orthodoxa.

*Lectio iv* *Liber 4, cap. 15*

Christus Dominus Sanctorum reliquias velut salutares fontes praebuit, ex quibus plurima ad nos beneficia manant, suavissimumque

unguéntum profluit. Nec vero quisquam his fidem detrahat. Nam si aqua in deserto ex dura et áspera rupe, atque ex asini maxilla, ad sedandam Samsóni sitim, Deo ita volènte, prosíliit, cur incredibile videatur ex Martyrum reliquiis unguéntum suave scaturire? Minime certe iis, quibus Dei potentia et honor quo Sanctos suos efficit, perspecta sunt et explorata.

*Lectio v*

In lege quidem, quisquis mortuum tetigerat, immundus censebatur, Hi verum in mortuorum número minime sunt habendi. Ex quo enim ille qui ipsa Vita est, et vitas Auctor, inter mortuos deputatus est: eos qui cum spe resurrectionis fidéque in ipsum obdormiérunt, nequáquam mortuos appellamus. Qui enim mortuum corpus miracula édere queat? Quanam igitur ratione, horum ópera daemones expellantur, morbi protegantur, aegroti sanantur, leprósi mundántur, tentationes discutiuntur ac mœrores, omne dénique datum optimum, iis qui fide non dubia postulant, per eos descendit a Patre luminum ? Quid laboris non suscipias, ut patronum nanciscáris, qui te mortali regi offerat, et pro te ad eum verba faciat? An non igitur ii honorándi, qui totius generis humani patroni sunt. Deoque pro nobis supplices preces adhibent?

*Lectio vi*

Honorándi certe: et quidem ita ut eorum nomine templa Deo exstruámus, dona ofíerámus, memorias eorum colamus, atque in iis spiritualiter oblectémur: ea utique laetitia, quae illis arrideat a quibus invitámur, ne, dum demeréri illos studemus, offendámus potius et irritémus. Quibus enim rebus Deus colitur, iisdem servi quoque ipsius oblectántur: quibus autem Deus offenditur, iisdem etiam milites offendúntur. Quocirca in psalmis et hymnis et cánticis spiritualibus, in compunctióne quoque, et egenorum miseratione, quibus et Deus potissimum colitur, nos qui fideles sumus, colere Sanctos oportet. Statuas eis, et imagines quae videantur, erigámus: immo virtutes eorum imitando hoc consequámur, ut vivae ipsorum statuas imaginésque evadámus.

*In III Nocturno Homilia in Evangelium* Descéndens Jesus, *de Communi plurimorum Martyrum 2° loco.*

IN MISSA

*Introitus* *Ps. 33, 20-21*

Multae tribulationes justórum, et de his ómnibus liberábit eos **Do**-minus: Dominus custodit omnia ossa eorum: unum ex his non conte-

rétur. *Ps. Ibid.,* 2. Benedicami Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. f. Gloria Patri.

*Oratio*

Auge in nobis, Domine, resurrectionis fidem, qui in Sanctorum tuorum reliquiis mirabilia operans: et fac nos immortalis gloriae participes, cujus in eorum cinéribus pignora veneramur. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiae

*Eccli. 44, 10-15*

Hi viri misericordiae sunt, quorum pietátes non defuerunt: cum sémine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum: et filii eorum propter illos usque in aeternum manent: semen eorum et gloria eorum non derelinquatur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, et nomen eorum vivit in generationem et generationem. Sapientiam ipsorum narrent populi, et laudem eorum nuntiet ecclesia.

*Graduale. 'Ps. 149, 5.* Exsultábunt sancti in gloria: laetabúntur in cubilibus suis. f. *Ps. Ibid., 1.* Cantate Domino canticum novum: laus ejus in ecclesia sanctorum.

Alleluja, alleluja, f. *Ps. 67, 4.* Justi epuléntur, et exsúltent in conspectu Dei: et delecténtur in laetitia. Alleluja.

*Evangelium* Descéndens Jesus, *ut in Missa* Sapientiam, *de Communi plurimorum Martyrum 2° loco.*

*Offertorium. Ps. 67, 36.* Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit \irtutem, et fortitudinem plebi suae : benedictus Deus, alleluja.

*Secreta*

Imploramus, Domine, clementiam tuam: ut Sanctorum tuorum, quorum reliquias veneramur, suffragantibus meritis, hostia, quam offérimus, nostrorum sit expiátio delictorum. Per Dominum.

*Communio. Ps. 32, 1.* Gaudéte justi in Dómino: rectos decet collaudatio.

*Postcommunio*

Multiplica super nos, quaesumus, Dómine, per haec sancta, quae sumpsimus, misericordiam tuam, ut sicut in tuorum solemnitate Sanctorum, quorum reliquias colimus, pia devotione laetamur; ita eorum perpétua societate, te largiénte, fruamur. Per Dominum.

## DECRETUM

Quo uniformitas habeatur in Officio persolvendo cum Missa de Festo sacrarum Reliquiarum; et proposito dubio satisfiat: « Quodnam de « hoc Festo Officium, ex iis quae huc usque in Breviarii et Missalis « Romani Appendice habentur, in posterum recitare Propriisque Officio- « rum dioecesanis liceat inserere ? » sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Ssmo Dno nostro Pio Papa X tributarum, suprascriptum Officium cum Missa proprium de Festo sacrarum Reliquiarum adprobavit, atque ab iis omnibus in posterum adhiberi mandavit, quibus idem Festum concessum est.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 4 aprilis 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ffi S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

## IV.

### DUBIA

Sacrae Rituum Congregationi proposita sunt sequentia dubia ; nimirum:

I. Qua die recolenda sunt Festa sacrae Familiae et Ssmi Redemptoris, necnon Festa B. M. V. de purissimo Corde, de perpetuo Succursu, de Gaudiis, de Consolatione, de Puritate et Maternitate, ubi eiusmodi Festa ratione tituli vel patronatus aut specialis Indulti celebrari adhuc debeant?

II. Quando in Sabbato sancto distribui potest fidelibus sacra Communio?

Et sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, omnibus perpensis ita respondendum censuit:

Ad I. Ad majorem uniformitatem obtinendam, non obstante Decreto S. R. C. diei 28 octobris 1913, nisi aliter a sacra eadem Congregatione provideatur, Festum sacrae Familiae celebretur die 19 ianuarii - Festum Ssmi Redemptoris, 15 iulii - et Festa B. M. V. de purissimo Corde, Sabbato post Octavam Ssmi Corporis Christi - de perpetuo Succursu, die 27 iunii - de Gaudiis, die 27 augusti - de Consolatione, Sabbato

post Festum S. Augustini Ep. Conf. et Eccl. Doct. - de Maternitate, die 11 octobris et de Puritate die 16 eiusdem mensis octobris.

Ad II. Iuxta praxim et decreta praesertim decr. n. 2561 *Tifernaten.* 22 martii 1806, licet in Sabbato sancto inter Missarum solemnia sacram Eucharistiam fidelibus distribuere, et etiam expleta Missa.

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 28 aprilis 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# SACRA ROMANA ROTA

## MEDIOLANEN.

### CREDITI.

*Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno decimo, die 20 februarii 1913, BR. PP. DD. Ioseph Mori,* Ponens, *Fridericus Cattani et Antonius Perathoner, Auditores de turno, in causa* Mediolanen. - Crediti, *inter praepositum parochum* Fulvium Vigano, *appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Thomam Ambrosetti, et sacerdotem* Aloisium Luraschi, *appellatum, repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Angelum D' Alessandri, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Initio mensis augusti anni 1908 Aloisius Luraschi iam e recenti ad s. presbyteratus ordinem promotus et a curia Mediolanensi deputatus uti coadiutor ad paroeciam S. Mariae Gratiarum vulgo « al Naviglio » a praeposito parocho Fulvio Vigano nominatus fuit uti assistens oratorii paroecialis S. Ioannis Nepomuceni, cui officio iam alius sacerdos nempe Antonius Giorgi nuncium miserat et pro cuius muneris gestione erat a quodam pio viro facta annua assignatio libellarum 1000. Cum parochus Vigano gravibus expensis gravaretur, ab initio sollicitus fuit novo assistenti hanc legem dicere, ut in oratorii administratione aes alienum non contraheretur. « Ho già detto che la dichiarazione che io « non voleva debiti, l'ho fatta subito in principio ». Hinc expensae exae-

quari debebant ex reditibus eiusdem ordinariis, qui ad instar aliorum similium ex variis capitibus profluebant, uti ex popina *(buffet)*, scenicis repraesentationibus *(teatri e cinematografi)*, piscationibus et sortionibus *(pesche e lotterie)* et aliis eiusdem generis oblectamentis.

Primis gestionis temporibus sacerdos Luraschi parocho morem gerere visus est; at quoniam ille sua pecunia nova emerat obiecta pro oratorio, praepositus id etiam interdixit, satis habens ut ordinariis expensis occurreretur tantum ex proventibus oratorii etiam extraordinariis, puta, oblationibus, si forte adessent: « Anche la dichiarazione, che non voleva che « il Luraschi spendesse del suo gliel'ho fatta certamente nell'autunno « del 1909, e forse anche prima, anche perchè mi ero accorto che non « era ben fornito ». Verum in limitibus mandati a praeposito adiectis non diu assistens permansit et imprudenti atque iuvenili zelo abreptus plures coepit expensas peragere reditibus oratorii non congruentes et, quod maximum est, ut in similibus casibus usuvenire solet, exinde administratio non recte procedebat, spretis etiam computi rigorosis normis.

Cum praepositus esset in ecclesiae fabrica distentus, in suo assistente fidebat, reputans res oratorii recte procedere. Verum cum circa dimidium anni 1909 aliquod dubium esset subortum, praepositus illico administrationis libros requisivit. Initio Luraschi eos negavit, asserens nulla debita exstare, eo sensu, iuxta ipsum, quatenus progressu temporis ex auctis oratorii reditibus ea facile expungerentur.

At iterum instante praeposito, informes gestionis libros exhibuit assistens Luraschi in pluribus partitis introitus et exitus deficientes, utpote carentes variis iustificationis apochis, vel nonnullas irregulares partitas referentes aut nondum solutas. De hisce edoctus praepositus coactus fuit suum assistentem dimittere et de facto illum sub finem mensis aprilis 1910 dimisit. At quia nonnullis factis expensis adhuc non fuerat satisfactum, praepositus ut hisce occurreret cavit, retinendo sibi partem stipendii in libellis 300 adhuc assistenti insolutis.

Super hisce nullimode acquievit dimissus Luraschi, sed illico recursum obtulit apud curiam archiepiscopalem, petens non solum ut sibi persolveretur residuum stipendii in libellis 300, sed etiam ut ipse relevaretur a summa, quam in antecessum de suo impendisse praetendebat in oratorii gestione, et praepositus insuper adstrictus maneret ad exstantia debita reluenda.

Priusquam enata controversia ritu iudiciali ageretur, curia, satagente praesule Nasoni, rem amice componere pertentavit, sed incassum ex renitentia recurrentis Luraschi, ut idem Nasoni advocatus generalis curiae refert: « Quando sorsero le difficoltà nel 1910, tra il coadiutore

« Luraschi ed. ii prevosto, mi adoperai d'ufficio per incarico avutone di « accomodare la vertenza in via bonaria. Dopo avere sentito le parti, « le invitai ad un accomodamento. Essendo il Luraschi creditore per « lire 300, a titolo di residuo per onorario, che egli rinunciasse a tran- « sazione a favore dell' oratorio. Il prevosto accettò, per deferenza a me, «la proposta: il Luraschi non ne volle sapere ». Hac via in vacuum cessa, alius transactionis modus propositus fuit partibus colligantibus, compromissum fuit nempe in arbitrum, suadente eodem Nasoni, qui fuit de consensu partium Revmus Carolus Brera, praefectus Portae Ticinensis, utpote bene instructus de natura pendentis quaestionis.

Arbiter vero Brera die 17 novembris 1910 suo arbitratu in hanc devenit conclusionem: «Ritenersi D. Luraschi assolutamente responsa- « bile dei debiti fatti nella sgraziata gestione. Conseguentemente doverli « pagare, come peraltro aveva precedentemente protestato di fare. Poter « quindi il revmo proposto trattenersi per il pagamento dei debiti stessi « le lire 300 ». Verum non obstante hac conclusione idem arbiter in linea subordinata censuit iterum partes revocare ad acceptandam iam alias propositam concordiam a revmo Nasoni « per la quale il Luraschi non « abbia ad insistere per riavere le residue L. 300 del proprio onorario « ed il prevosto abbia ad incaricarsi di pagare i residui debiti dell'ora- « torio, L. 872,40, lasciati a tutt'oggi dal Luraschi insoddisfatti ».

Propositam ab arbitro sententiam, seu melius concordiam, praepositus Vigano acceptam habuit: non ita tamen sacerdos Luraschi, qui controversiam civili magistratui deferre minatus est. Quare curia Mediolanensis, ad viam scandalo praecludendam, sub die 6 iunii 1911 ecclesiasticum constituit tribunal, cuius constitutio et iurisdictio a partibus fuit recognita, quamvis praepositus Vigano in sui favorem haberet arbitri Brera decisionem. Tribunal vero processum instituit auditis partibus, et testibus hinc inde productis. Quibus aliisque de ritu expletis, partes ita concluserunt, nempe actor Luraschi: « Che venisse riconosciuto il « suo titolo al rimborso delle spese tutte contenute in anticipazione in «proprio del denaro occorrente per la gestione dell'oratorio, rimborso « da effettuarsi dal convenuto D. Fulvio Vigano, quale mandante al suo « mandatario, che gli venisse riconosciuto in suo favore ed a carico di « Vigano il diritto a quella parte di stipendio che non gli era stata cor- « risposta nella sua qualità di assistente e coadiutore, che in fine gli « fosse riconosciuta la correttezza della gestione dell' oratorio »; e contra conventus Vigano: « Che fosse dichiarata irregolare la gestione dell'ora- « torio da parte di D. Luraschi ed esorbitante dai limiti dei mandato « conferitogli, sicché dovesse il mandatario stesso ritenersi responsabile

« verso i creditori dell' oratorio per i conti scoperti e verso il mandante « per le eventuali anticipazioni ». Quo praemisso et disceptatis momentis facti et iuris tribunal sententia diei 16 martii 1912 declaravit et definivit:

« 1. Dovere il sacerdote don Fulvio Vigano, quale prevosto parroco «di S. Maria al Naviglio, rifondere al sac. don Luigi Luraschi, coadiu- « tore in S. Nazzaro, F importo delle anticipazioni dallo stesso sostenute « in L. 1642,24, cogli interessi civili dal 6 giugno 1911 per la gestione « già affidatagli dell'oratorio di S. Giovanni Nepomuceno.

« 2. Dovere lo stesso Vigano corrispondere al sac. D. Luigi Luraschi « la somma di lire 300, quante ancora gli spettano a titolo di emolu- « mento annesso all'assistenza dell' oratorio con gli interessi sempre dal « 6 giugno 1911.

« 3. Dovere infine lo stesso prevosto D. Vigano provvedere diretta- « mente alla tacitazione dei debiti residui dell'oratorio con totale eso- « nero da parte di D. Luraschi ».

Cum ab edita sententia praepositus Vigano succumbens rite appellaverit apud H. Rotale Tribunal, causa instaurato certamine iterum proponitur sub sequenti dubii formula a partium procuratoribus concordata: *An R.* D. *Vigano debeat solvere R. D. Aloisio Luraschi lib. 1642,24 cum usuris, quas hic repraesentaverit et insuper lib. 300 emolumenti causa cum usuris, nec non satisfacere quantum adhuc creditoribus debeatur ratione gestionis oratorii.*

Rmi Domini praenotandum censuerunt praesentem quaestionem agitari non sub aspectu morali aut criminali, sed tantum sub aspectu oeconomico seu circa civilem responsabilitatem. Id clare innuunt conclusiones partium relatae in appellata sententia, et admittit ipse appellans Vigano in sua depositione iudiciali: « Non accuso don Luigi Luraschi « nè di dolo nè di appropriazione indebita, ma di imprudenza e di « negligenza nella gestione dell'oratorio e constato il fatto che gii introiti « non corrispondono alle cifre esposte dal Luraschi, come da mia rela- « zione in atti ». Quo praemisso iidem Rmi Domini haec in iure expendunt et subiiciunt. In actuali causa, uti ex facti specie erumpit, sacerdos Vigano est *mandans* et sacerdos Luraschi *mandatarius,* quia huic a praeposito fuit demandata cura et administratio oratorii. Iam vero de natura mandati est, ut mandatarius exacte mandatum exsequatur eiusque fines non egrediatur, voluntatis est enim suscipere mandatum, necessitatis consummare iuxta leg. 5 et 22 ff. *Mandati vel contra:* alioquin respondet non tantum de culpa theologica, sed etiam de iuridica, seu civiliter praestat quantum interfuit mandanti non fuisse mandatum exse-

quutum iuxta praescriptum modum. « Petitur hac actione directa a « mandante experienda,, ait Voet ad Pandectas, ut mandatarius exse- « quatur mandatum iuxta praescriptum modum, aut alioquin solvat id « quod interest leg. *Procuratorem* 8 ff. *mandati* 1. 27, eod. tit. sive nullo «modo mandatum impleverit sive mandati fines sit egressus, ita ut ob « id mandantis intersit ». Et mandatarium sustinet citatus auctor nedum de culpa levi quod omnes tenent, sed etiam de levissima respondere, quia in mandato suscipiendo quis tacite vel expresse peritiam profi- tetur: hinc negotium suscipere non debuisset, in quo intelligebat vel intelligere debebat suam imperitiam vel imprudentiam alteri damnosam fore argum. leg. *Idem Iuris* 8, par. I in fine FF. ad leg. Aquil. Confer. Cuiac. in leg. 23 ff. *Depositi* Vinnium quaest, sel. lib. c. 32. Troplong. *Mandato,* n. 388-89.

Verum si hoc valere potest in iure romano iuxta quod mandatum est semper gratuitum, potiori ratione id dici et asseri potest iuxta moder- nas leges in quibus mandatarius aliquam mercedem recipere valet, ut in cod. Gallico, Austriaco et patrio. Quare in art. 1746 codicis civil. Ita- lici haec leguntur: « Il mandatario è responsabile non solamente per « dolo, ma anche per la colpa commessa nell'esecuzione del mandato. «Tale responsabilità riguardo alla colpa è applicata quando il mandato -« è gratuito, meno rigorosamente che nel caso contrario (i. e. quando « mandatum est cum mercede seu onerosum) ». Unde mandatarius respon- dere debet nedum de eo quod fecit, sed etiam de eo quod facere debuit <et peragere neglexit, leg. II, cod. *Mandati.* Domat. lib. I, tit. 14, sezione 2. Potier *Mandato* n. 38, 46, 47 Voet 1. c. Troplong 1. c, n. 431. Item quamvis •doctrina card. De Luca, dis. 84, *de cred. et deb.* a defensore sac. Luraschi -allegata in genere sit admittenda, quod nempe « sub mandato dato ad « aliquid faciendum concessa censeatur omnis facultas gerendi ea quae « de negotii natura, vel stilo necessaria vel opportuna sunt, et sine « quibus id sequi non posset, seu quae verosimiliter mandans conces- **se** sisset, si cogitasset » ad tex. in leg. tin. § ff. *mandati,* tamen ea iuxta •citatum auctorem restringitur ad casum in quo abest mandantis praeiu- dicium, seu alterativus excessus non reddit in aliquo deteriorem man- dantis conditionem, proindeque eius consensus recte tunc praesumi •potest. Sed hoc nil commune habet in praesenti quaestione in qua man- dans fines mandati praefinit circa modum commissae gestionis oratorii, ut infra patebit.

Secundo cum sacerdos Luraschi suum creditum desumat ex relicta «eu dimissa oratorii administratione, necesse est ut prius reddita rite ;sit ratio obtentae gestionis, cum administrator ex causa administrationis

non possit dici neque creditor neque debitor usque dum facta non sit rationum redditio iuxta terminos textus in leg. unica § *Exactio Cod.de rei uxor. act.* et tradita card. De Luca, 1. c, dis. 61.

Tn iure autem, ut rite recteque reddita ratio censeatur, oportet singula monumenta proferre, codices, libros exhibere et quidquid aliud ad ipsam pertinet rationum redditionem, ut ea rimari et examini subiicere iudex possit, qui de iustitia redditarum rationum decernere debet, Rota coram Ansaldo, dec. 480, n. 5 et seq. coram Riminialdo, dec. 728, n. 8, leg. *si quis* § Rationum ff. *de eden. leg.* leg. *cum servus* ff. *de cond. et demon.,* ideoque notulae accepti et expensi seu partitae exitus et introitus debent necessariis documentis et iustificationibus fulciri et explanari, scilicet iuxta citat. leg. *de condit, et demon.* « ut explanari possit impu« tationes probe an improbe referantur, accepta recte relata an non « recte ». Confer. Donellum, *de iure civili,* lib. 23, cap. 5, et Rotam in Reatina, *Reddit. Ration.,* 24 aprilis 1826, par. 2. coram Tiberi et Faventina *Reddit. Ration,* coram De Cursus.

Post haec *ad factum* expendendum procedentes Rnri Patres Domini examini sedulo subiecerunt, utrum sacerdos Luraschi fines mandati sibi commissi servaverit et in gestione oratorii recte sese duxerit, ita ut expensas et damna vi exsecutionis mandati contracta recuperare valeat, proposita in mandantem contraria mandati actione, ut ipse in prima actione conclusit, et nunc iterum contendit. Iam vero ut hoc statuatur, inspiciendum venit in primis qua ratione eidem sacerdoti a praeposito Vigano fuerit demandata cura et assistentia oratorii. Verum sive ex confessione praepositi, sive ex declaratione ipsius adversarii Luraschi, sive ex testium depositione evidenter constat praepositum Vigano eidem Luraschi assistentis munus concredidisse hac posita lege et conditione, ut debita non inirentur et assistens de sua pecunia nihil erogaret pro oratorio: cuius legis ratio ab eo repetenda, quod parochus Vigano iam pluribus expensis erat gravatus in aedificatione templi parochialis, et aliunde eadem lex fuerat posita antecessori assistenti Giorgi.

Sane praepositus a iudice rite rogatus ita respondit: « Ho già detto « che la dichiarazione che io non voleva debiti, l'ho fatta subito in « principio. Anche la dichiarazione che io non voleva che egli spendesse « del suo, gliei'ho fatta certamente nell'autunno del 1909, e forse anche « prima, anche perchè mi ero accorto che non era ben fornito ». Idem implicite admittit ipse sacerdos Luraschi. Re quidem vera, cum ipse initio gestionis edocuisset praepositum de passivitate oratorii, refert eum sibi respondisse, « di fare quanto occorreva con la debita prudenza

« e parsimonia e dopo si ricompensasse con gli incassi dell' oratorio » : quod idem sonat ac si dixisset expensis et passivitati oratorii occurrendum esse tantum cum eiusdem introitu. Id etiam confirmatur ex facto, quod Luraschi contracta debita omni semper studio celare studuit praeposito ipsum roganti super hoc puncto, quoties aliqua expensa extraordinaria esset facienda, et iam ab initio factam prohibitionem data opportunitate repetenti, uti ex. gr. quando initio anni 1910, actum est de acquisitione machinae cinematographicae, de inductione novi sistematis illuminationis per lucem electricam, et ita porro: quin imo convictio ex parte Luraschi eo progressa est, ut ad evitandam aerem praepositi reprehensionem non dubitaverit contra veritatem asserere debita non exstare nedum coram eodem praeposito sed etiam coram Emo Archiepiscopo, incassum adnitens sese a mendaci assertione excusare ea data mentali explicatione, quatenus debita enunciata in posterum facile essent cum eventualibus oratorii reditibus exstinguenda. Nec item est attendenda alia sac. Luraschi affirmatio de exhibitione a se facta praeposito in mense ianuario 1910 circa debitum oratorii in 1000 libellas : « In gen-
« naio portai questi conti, dicendogli: " Signor prevosto, non si spaventi
« e badi che sono in credito di più di 1000 lire „ ed allora il prevosto
« li osservò e nemmeno li trattenne » ; hanc enim debiti ostensionem omnino denegat praepositus sibi factam : « Fui interpellato per il cine-
« matografo, ma senza dirmi i debiti che c'erano, mentre io ne lo aveva
« richiesto ».

- Insuper facta a praeposito assistenti Luraschi praescriptio de debitis non contrahendis luculenter probatur ex plurium testium depositione. Ita Franciscus Vaghi oratorii praefectus tempore nominationis eiusdem sacerdotis uti assistentis et praesentationis factae a praeposito, haec refert: « Ii signor prevosto in mia presenza gli raccomandò e quasi gli
« impose di non far debiti, sia perchè F oratorio era camminato sempre
« con questo sistema, al quale aveva tentato di derogare solamente l'ul-
« timo assistente Giorgi, sia perchè il signor prevosto ha per giusta mas-
« sima di non fare spese, se non ha denaro per coprirle » (et hoc praesertim attento onere in praeposito complendi templum paroeciale). Concinit testis Guido Novi aiens sibi notam fuisse regulam a praeposito adhibitam cum suis coadiutoribus circa interdictionem debitorum, et eamdem praescriptionem sibi impositam fuisse usque ab initio anni 1909, quo coadiutoris munus assumpsit. In hoc etiam mire concordant depositiones sacerdotum Gussoni et Biella, quorum primus ita testatur: « Il
« prevosto Vigano, nei primi mesi del 1909, ebbe a dichiararmi di avere
« più volte dichiarato all'assistente Luraschi che non voleva che facesse

« debiti nè che impiegasse denaro proprio nell'oratorio. Tali raccoman-« dazioni mi avevano l'aria di un vero comando. Segnatamente ricordo « che nel luglio o agosto 1909 mi disse che avendo il Luraschi sotto-« scritto lire 50 per l'oratorio, egli ne lo aveva rimproverato, credendo « l'offerta superiore alle sue forze ». Testis vero Biella haec habet: « Sì, «è verissimo che il signor Luraschi ebbe a dirmi e mi pare anche a « ripetermi, che il signor prevosto gli aveva proibito di metter denaro « del suo nel!' oratorio ; ma che egli voleva continuare ad usare per « l'oratorio anche dei suoi denari, ed alla mia osservazione, che avrebbe « dovuto obbedire al signor prevosto, rispose, che era lui padrone dei «suoi denari e poteva usarne come voleva». Nec satis: ulterius enunciata prohibitio confirmatur a depositionibus etiam testium partis adversae. Sac. Firmus Mantovani haec ait : « Credo che si poteva andare più « adagio in queste spese, come mi consta che il signor prevosto rac-« comandava ». Sacerdos Antonius Giorgi, antecessor oratorii assistens, qui de proprio lib. 100 refundere debuit ad dimittenda debita in gestione contracta, enarrat sibi eamdem propositam fuisse legem in gestionis assumptione : « Al principio della mia assistenza il signor prevosto mi -« disse: " Le lascio carta bianca, purché non mi cerchi denari „ ed altre « volte mi ripeteva: " Non faccia debiti, se li fa, li paghi „ ». Igitur de limitatione non contrahendi debita, facta a praeposito Vigano sacerdoti Luraschi in commissione gestionis oratorii, uti etiam de non impendenda propria pecunia dubitare non licet, sicuti etiam certum est ex Ipsius Luraschi confessione, et ex libris administrationis appositos limites in mandati exsecutione eumdem fuisse praetergressum. Nullam itaque sacerdos Luraschi vi mandati instituere valet actionem ad refusionem pecuniae pro debitis initis exsolutae seu repraesentatae contra mandantem praepositum Vigano, aut hunc cogere ad residua debita dimittenda, sed ipse solum respondere debet, iuxta notam iuris regulam: « Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi imputet et non aliis ».

Neque sacerdos Luraschi utiliter recurrere potest ad tacitam contracturam debitorum approbationem ex parte praepositi, quatenus vel sua praesentia vel concurrendo ad expensas extraordinarias ut in emptione cinematographi vel implantatione lucis electricae hic ea recognoverit vel rata habuerit, nam ut superius edictum est, sacerdos Luraschi de industria praeposito inita debita occultare tentavit vel negando libros gestionis vel aiendo ea exsistere in tali quantitate, quibus facile occurri poterat cum reditibus ordinariis oratorii. Sane sacerdos Luraschi rite rogatus haec respondit : « È vero che una volta richiesto (dal prevosto) «quando gli attriti erano già incominciati e le spese maggiori già ter-

« minate, se ci fossero debiti, risposi di no, nel senso che io stesso «avevo tacitato i creditori con proprio ed ero pronto a tacitare anche « gli altri creditori che non avevano presentati i conti, rimborsandomi « poi cogli introiti dell' oratorio, che io credevo di poter continuare ad « assistere ». E contra praepositus Vigano hanc tacitam approbationem omnino excludit praesertim in expensis extraordinariis: « In occasione « che mi hanno fatto firmare l'obbligo di pagare l'impianto elettrico e « il palco con F intesa di darmi *ad hoc* F introito di una pesca ed offerte, « e poi mi vidi questi introiti adoperati per scenari ed altre spese, inco- « minciò un raffreddamento nei nostri rapporti. In seguito dipendeva « la maggior parte delle volte, ed io rispondevo sempre : " Se ha denari « in tasca faccia pure, se no, no „ ». Et alibi: « Così fui interpellato per « il pianoforte ed anche per l'impianto elettrico che accettai a patto « fosse pagato cogli introiti della pesca; anche per le altre spese fui « interpellato, ma io mi basava sempre sulla dichiarazione fattagli in « principio che non voleva debiti » ; seu hae declarationes omnino col- limant cum alia ab ipso Luraschi admissa et relata ut sibi a praeposito initio commissionis oratorii facta, nempe « di fare quanto occorreva con « la debita prudenza e parsimonia e poi si ricompensasse cogli incassi « dell'oratorio ». Hisce stantibus declarationibus quomodo sermo institui valet de ratihabitione debitorum? Nec item Rmi Domini admittendam esse censuerunt ratiocinationem appellatae sententiae, quam suam facit defensor sacerdotis Luraschi desumptam ex speciali fine mandati in praesenti controversia, qui profecto consistebat non in negotio commer- ciali sed in curatione et promotione boni spiritualis in membris eidem oratorio adscriptis.

« Qui non essendovi, ait sententia, in questione un interesse econo- « mico strettamente particolare del mandante, ma ricercandosi il van- « faggio delle anime e la cura spirituale della gioventù, ciò che deve « costituire per F una e per l'altra parte interessata, mandante e man- « datario, la suprema finalità dell'azione, in quanto l'uno e l'altro sono « sacerdoti, così dovrà la limitazione del mandato non tanto ricercarsi « nella volontà espressa o supposta del mandante, quanto nell'attitudine « dell'opera spiegata dal mandatario al raggiungimento del fine desi- « derato ». Sed haec speciosa ratio ad definiendos mandati fines prolata, nil relevat: 1) Quia ea fortasse invocari posset, quando nullus limes vel lex a praeposito fuisset imposita in traditione gestionis pro faciendis expensis, quod exsulat in casu; 2) quia invocata ratio nititur in falso supposito, supponit nempe quod spirituale bonum iuventutis melius obtineri possit debitis ineundis ex quibus plerumque non oratorii pro-

vectio, ut experientia docet, sed potius eiusdem ruina consequitur cum scandalo bonorum, quam .recta administratione; 3) quia propositus finis spiritualis aeque obtineri poterat non obstante facta prohibitione, expetendo nempe licentiam et consensum praepositi, huic exhibito statu oeconomico oratorii, si quando debita essent contrahenda: quod non fecit Luraschi, sed potius suo marte et arbitrio egit, despiciendo praepositi vetitum et declarando se esse « padrone del suo denaro ». Ergo quamvis agendi ratio sacerdotis Luraschi de dolo carpi non possit, tamen ipse a culpa iuridica immunis dici non potest iuxta facta superius exposita, et haec satis est ut ipse declaretur civiliter respondere debere de debitis contractis secundum iuris principia alias allegata.

Verum paulisper seposito argumento ex natura suscepti negotii derivato, Rmi Domini ex alio etiam titulo reiectam voluerunt petitionem sacerdotis Luraschi.

Sane cum hic ex dimissa oratorii gestione contendat creditum sui favore resultare ex factis expensis, huiusque vindicet solutionem una cum relèvatione a solutione adhuc exstantium debitorum, necesse est ut id in probatis exsistat, nulla enim actio oritur ex credito quolibet documento destituto, ut tradit S. Rota in Romana *Pecuniaria* dec. 283, n. 3, coram De Cursus. Age vero sacerdotis Luraschi praetensio in primis repelli posset ex factis ab ipso in antecedentibus declarationibus tum coram praeposito tum coram curia seu Archiepiscopo quod oratorii administratio aere alieno non erat gravata, ßecundo quod praetensa debita non subsistant, sed sint fictitia coniectari posset ex nonnullis verbis et iactationibus a sacerdote Luraschi prolatis quae iuxta testem Lacqua ita sonant: « Se io ho d'andare via, il prevosto ha da pagarmela », et iterum iuxta testem: « I giovani dell'oratorio dicevano che Luraschi « per andare via voleva lire 2000 ». idem testis affirmare non „dubitat, oratorii pueros cum impendia ab Aloisio facta obiicerentur, exclamasse : « Eh! degl'incassi se ne sono fatti tanti ». Sed quin insistatur in huiusmodi indiciis et coniecturis, ulterius progrediendum est ad expendendos libros gestionis ab ipso dimissae et ad partitas exitus et introitus.

In comperto siquidem est administratorem a debitis solutis vel solvendis tantum refundi vel liberari posse regulariter reddendo rationes accepti et expensi. Sed qui hoc praestare contendit, necessario iungere debet documenta iustificativa utriusque partitae, quod etiam aperte sancitur a regula praxeos nostri S. Tribunalis: « Chiunque sia tenuto a rendere conto, deve presentarlo coi documenti giustificativi ».

Expendatur itaque in primis quid dicat peritus ratiòcinator Marangoni circa gestionis oratorii rationem a sac. Luraschi exhibitam et ei

subiectam: « In seguito all'incarico avuto, il sottoscritto espone i rilievi « emersi nella revisione della suddetta gestione. Entrate : in questa par- « tita si riscontra la mancanza di pezze giustificative. Fra quelle pro- « dotte havvene di irregolari per omissione di bollo, di quietanza o di « firma del creditore »; et facto computo inter exitum et introitum, resultans passivum ita summat: « Debito di cassa L. 1642,24, conti da pagarsi « L. 872,24 » complexive lib. 2514,48. Guias summae primam partem nempe lib. 1642,24 sacerdos Luraschi praetendit sibi esse refundendam, reliquae vero summae solutio in lib. 872,24, idem Luraschi petit ut assumatur ab eodem praeposito. Sed iniuria: quandoque cum partitae exitus et introitus non sint liquidae ob defectum documentorum, de iisdem non praepositus, sed Luraschi qui non regularem gessit administrationem, respondere debet. Galculatio periti Marangoni peracta fuit super quodam libro, vulgo registróla Luraschi exhibito, sed utpote informi et tumultuarie facto neque necessariis suffulto documentis nulla ei fides in iudicio adiungi potest: hinc in quaestione praetensi crediti et liberationis a molestiis per adiudicationem debitorum restantium praeposito, merito invocari potest principium: « Actore non probante, reus absolvitur ». Nec Luraschi allegare valet excusationem, quod praebitores in minutis expensis apochas relaxare non solent : hoc verum utique est quando hae non petuntur sed semper peti debent in recta administratione, ut in eventuali rationum redditione, haec cohonestan valeat legitimis expensi notis.

Item defectus in administratione luculentius erumpunt si etiam cursim partitae introitus ad examen revocentur: ita ex. gr. exercitium popinae vulgo *buffet,* computato introitu et exitu fuit passivum. Sed istud nedum iuxta Marangoni, sed etiam iuxta nonnullos testes ab ipso Luraschi inductos, potius debuit esse activum. Trovati Ioseph addictus eiusdem exercitio non dubitat affirmare: « Non posso precisare « la percentuale di guadagno che si cercava su ogni consumo, ma credo « che il vantaggio complessivo del *buffet* possa aggirarsi sul 20 % sulle « sue uscite, nonostante che gli attori e tutti quelli che prestano qualche « servizio all'Oratorio, avessero diritto a qualche bibita gratuita ». Et deinde refert se post factam assumptionem gestionis oratorii a prae posito, popinae exercitium conduxisse cum lucro. Petrus Giorgi, venditor mercium pro eadem popina, ad recuperandum pretium residuum pro merce exhibita, proposuit praeposito « di prendere in appalto il *buffet* per « L. 30 mensili, disposto anche ad aumentare ». Praedecessor assistens Antonius Giorgi item declarat : « Le spese ordinarie per divertimenti « venivano affrontate colle entrate del teatro, i guadagni del *buffet* e di « una lotteria che in 4 anni raggiunsero la somma di lire 7000 ». Quo-

modo ergo fieri potuit ut partita introitus quoad hoc caput in libellis 2038,48 pro 22 mensibus quibus gestio oratorii cum assistente Luraschi perduravit, absorbeatur a passivo in lib. 2191,25? Neque oggeri valet partem activi erogatam fuisse in meliorationem fabricae vel cubiculi pro popina inservientis, siquidem huic expensae de suo providit praepositus cum libellis octingentis.

Item si cribrentur reditus ex theatro et cinematographo, absolute asseri nequit quod hi veritati respondeant, primo quia hi destituti sunt necessariis documentis, quibus quantitas introitus statui possit. Aliunde qui ad ianuam theatri erant ad tesseras distribuendas et pretium exigendum testantur singulis vicibus in traditione pecuniae adiunxisse *la distinta dei valori;* at hae adnotationes modo deficiunt: quomodo ergo introitus descriptio a Luraschi facta in libro suae gestionis fidem mereri valet? Pariformiter rem exemplificandi causa ad examen revocetur introitus ex duabus actionibus, in mense augusto anno 1909, dramatis *Emani.* In libro gestionis Luraschi pro prima actione adnotavit lib. 44,60 et pro secunda lib. 50. Luraschi ad hunc introitum cohonestandum adduxit testem Aloisium Bertelli, qui primum circumventus morem gessit assertioni assistentis, summam ut supra indicatam confirmans: at postea, stimulis conscientiae exagitatus, per epistolam in mense aprili anni 1912 ad iudicem Balconi directam, factam depositionem retractavit declarans reditum ex praefato dramate derivatum longe fuisse superiorem « mentre la prima volta da solo passava le L. 100 », et addit verum introitum illum esse quem ipse patefecerat alias sororibus Angiolini. Iam vero, licet hic testis sibi utpote contradicens fidem non mereatur, tamen aliud sentendum est de sequenti testimonio sororum Angiolini. Hae vero, enarrato quod tum A. Luraschi tum sacerdos Lazzati Ernestus non semel domum Aloisii Bertelli adierunt ut hic folium de introitu ex theatro ab ipsis praeparatum subscriberet, haec addunt: « Il « signor Bertelli in altre occasioni ebbe a dirmi che la porta per *Y Emani* « diede la prima volta L. 145 e per la seconda L. 80 ». Hisce tamen non obstantibus, adnotatio in suo libro gestionis facta a Luraschi summam longe minorem refert.

Iure merito ergo praepositus Vigano excipit contra propositam petitionem : « Non accuso D. Luraschi nè di dolo nè di appropriazione indebita, ma d'imprudenza... e constato il fatto che gl'introiti veri non « corrispondono alle cifre esposte da D. Luraschi ».

Neque demum Rmi Dñi ullum pondus tribuerunt argumento a Luraschi et a perito Sala adducto, nempe, quod si non recognoscantur debita a Luraschi inita, ei tradenda sint obiecta empta et adhuc in oratorio

exsistentia: « Non sarebbe equo e morale e giusto che il signor prevosto « dopo tanti sacrifìci fatti dal Luraschi, si trattenesse come di sua pro- « prieta tutti i mobili, il pianoforte, cinematografo, attrezzeria di tea- tro, ecc. dall'assistente lasciati sul luogo, quando lo stesso signor « prevosto non vuole riconoscere le spese di acquisto ». At primum investigandum est cuius pecunia obiecta empta sint. In peritia Marangoni habentur ex piscationibus et sortitionibus libellae introitus 1173,88, ex diversis oblationibus lib. 313,50, ex peregrinatione oblationes collectae in lib. 720, quae totalem summam efficiunt lib. 2207,38. Ubinam et qua ratione haec summa fuit impensa? Id docere debet sacerdos Luraschi, dum reditus ex theatro et popina fere iuxta ipsum se aequabant, aut passivum non valde sese elevabat. Deinde observandum est, quod praepositus Vigano non parum de sua pecunia in expensis extraordinariis contulit, scilicet libellas 1185 die 23 decembris 1909 pro scenae constructione et adnexis, lib. 11.000 in aulam aedificandam, lib. 800 pro restauratione cubiculi popinae et lib. 1500 pro institutione lucis electricae in oratorio et capella. Ut igitur Luraschi vindicare valeat nova oratorii obiecta sub sua assistentia acquisita, prius evincere debet id peractum fuisse sua pecunia, non reditibus ex oratorii aut aliunde.

Quo vero ad summam lib. 300 trium mensium adhuc Luraschi insolutam, Revmi Dñi adverterunt, hanc primum imminuendam esse ex lib. 141,90 quas praepositus solvere coactus fuit, uti ex apocha cauponis Bellezza in actis exstante, pro epulo seu prandio die 12 februarii 1910 habito, a Luraschi una cum sociis oratorii, et de qua expensa non constat in libro gestionis oratorii: residuum vero crediti praepositum sibi retinere posse uti cautionem quoadusque adhuc exstantia ex gestione oratorii debita non fuerint vel soluta vel iustificata.

Quibus omnibus sedulo perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, proposito dubio: « An R. D. Vigano « solvere R. D. Luraschi Aloisio lib. 1642,24 cum usuris, quas hic reprae- « sentavit et insuper lib. 300 emolumenti causa cum usuris, nec non « satisfacere quantum adhuc creditoribus debeatur ratione gestionis ora- « torii in casu » *Negative* respondemus, proindeque sententiam Curiae Mediolanensis infirmamus et pro infirmata haberi declaramus, statuentes insuper expensas haberi compensatas inter partes.

Ita pronunciamus et definitive sententiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes pro-

cedant ad normam sacrorum canonum et praesertim can. 3, sess. XXV, *de Ref.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 20 februarii 1913.

Ioseph Mori, *Ponens.*
Fridericus Cattani
Antonius Perathoner.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*31 marzo 1914.* — L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Piccola Compagnia di Maria.*

*2 aprile.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto « de Religiosas Adoratrices, Esclavas del Ssmo Sacramento y de la Caridad ».*

*5 aprile.* — Il medesimo Emo signor cardinale Vico, *Protettore delle Oblate scalze del Terz'Ordine della Ssma Trinità di Valenza (Spagna).*

— L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore delle Religiose Benedettine del Calvario.*

*9 aprile.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Dottrina cristiana, di Siviglia.*

*11 aprile.* — L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore dell'arciconfraternita di Maria Ssma del Carmine, alle Tre Cannelle in Roma.*

*13 aprile.* — L'Emo signor cardinale Gaetano de Lai, *Protettore dell'Istituto delle Ancelle del sacro Cuore.*

*15 aprile.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell' Istituto delle Figlie di Cristo Re, di Granata (Spagna).*

*18 aprile.* — Il medesimo Emo signor cardinale Vico, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Consolazione di Tortosa.*

Con lettera della Segreteria di Stato in data *26 marzo 1914,* il Santo Padre si è degnato di chiamare a far parte, come *Consultori, della sezione Lihirgica della sacra Congregazione dei Riti,* secondo il Motu Proprio « *Quanta semper cura* » : due membri del Collegio dei Cerimonieri Pontifici, da eleggersi dal Collegio stesso per prender parte specialmente alle adunanze settimanali; i Rmi monsignori Nicola Marini e Marco Vattasso ; i MM. RR. sacerdoti Angelo Mercati, Ubaldo Mannucci, Leone Gromier e Francesco Ferretti; i RR. PP. Ildefonso Schuster O. S. B., Enrico Quentin O. S. B., Paolo M. Ferretti O. S. B., Pasquale Brugnani O. M., Eusebio Clop O. M., Gerolamo Mileta dei Minori Conventuali, Elia Coccia dei Carmelitani Calzati, Leopoldo Fonck della Compagnia di Gesù, Giuseppe Haegy della Congregazione dello Spirito Santo e Vincenzo M. Egidi dei Missionari del sacro Cuore.

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Assistente al Soglio Pontificio :*

*17 marzo 1914.* — Mons. Giovanni Maria Camilleri, vescovo di Gozo.

*Protonotari Apostolici* ad instar participantium :

*16 marzo 1914.* — Mons. Domenico Marino, canonico penitenziere della cattedrale di Ariano di Puglia.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*18 marßo 1914.* — Mons. Domenico Brozzi, canonico della patriarcale Basilica Vaticana.

*22 marzo.* — Mons. Luigi Pedrelli, parroco dei SS. Vitale ed Agricola a Bologna.

*28 marzo.* — Mons. Odoardo Conington, canonico della cattedrale di Achonry, e Mons. Dionisio 0' Hara, parroco di Kiltimagh, nella stessa diocesi.

7 *aprile.* — Mons. Ruggero de Teil, domiciliato a Parigi.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*3 marzo 1914.* — Al sig. Ottone Willmann, della diocesi di Leitmeritz.

*La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*24 marzo 1914.* — Al sig. Antonio Vu ko vie nobile de Vuöidol, della diocesi di Macarsca.

*La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:*

*1 aprile 1914.* — Al sig. Giulio Peringer, maggiore ed aiutante della terza divisione dell'esercito bavarese a Landau.

*La Commenda con placca dell'Ordirne di S. Silvestro Papa:*

*28 marzo 1914.* — Al sig. Alberto Richir, residente a Bruxelles.

*La Commenda dell Ordine di S. Silvestro Papa :*

*25 marzo 1914.* — Al sig. prof. cav. Melchiade Posi, di Roma.

*31 marzo.* — Al sig. Adolfo Minestroni, di Roma.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*8 gennaio 1914.* — Al sig. Francesco de Mayer, direttore aggiunto degli uffici ausiliari in Austria.

*14 febbraio.* — Al sig. Gerardo Giovanni Evers, della diocesi di Harlem.

*25 marzo.* — Al sig. cav. dott. Francesco de Aynat y Albarracin, della diocesi di Cartagena.

— Al sig. Enrico Abele, dell'archidiocesi di Reims.

*1 aprile.* — Al sig. Carlo Louette, di Nizza.

*3 aprile.* — Al sig. avv. Teófilo Dufresne, della diocesi di Ginevra.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*8 gennaio 1914.* — Ai signori Rodolfo Wiedermayer e Carlo Rittchen, ufficiali superiori di cancelleria, ed ai signori Francesco Lechner ed Edmondo Hauser, ufficiali di cancelleria in Austria.

*24 marzo.* — Al sig. Costantino Parisi, di Roma.

*28 marzo.* — Al sig. Camillo Viviani, di Roma.

— Al sig. Romolo Ghirlanda, di Milano.

Annus VI. - Vol. VI. Die 15 Maii 1914. Num. 7.

# AGTllR)SMiGM"sÄ

**COMMENTARIUM OFFICIALE**

# ACTA PII PP. X

## CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE REGIMINE SEMINARII MAIORIS IN CALABRIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Susceptum inde ab initio Pontificatus humanae in Christo instaurationis propositum ita exsequendum, Deo iuvante, duximus ut curarum Nostrarum partem multo maximam ea sibi vindicarent instituta, in quibus adolescentes clerici in Ecclesiae spem succrescunt. Nemo quippe est qui non experiendo compererit, bonos laicorum mores studiaque christianarum virtutum adeo cohaerere cum sancta clericorum vita, ut alterum, altero sublato, frustra quis se persequi posse confidat. Hinc perpetua Ecclesiae cura ut a sacerdotio arceantur indigni vel non satis idonei ministri; hinc assidua eiusdem sollicitudo ut qui probati vocatique a Deo sunt, ad illud ita comparentur, ut bonitate, disciplina ac scientia perutile religioni ac civitati exhibeant ministerium.

Hisce sane de causis, oblatas numquam non avide arripuimus occasiones ut pontificiae, hac in re, providentiae praebere-

mus argumenta. Nam et venerabiles fratres, Episcopos, quoties eos affari contigit, hortati vehementer sumus ut praecipuo quodam studio seminaria complecterentur, et viros misimus qui plura ex iis praesentes inviserent ad Nosque de eorum statu referrent, et datis litteris subsidiisque submissis, et solertia prudentiaque in rem aceita SS, RR. Congregationum, et alia, quaecumque praesto esset, ratione, ita eiusmodi sacrae iuventutis domicilia fovimus, proveximus, ut non modo illud contenderemus quod praecipuum est, Christi nimirum bonum odorem ac disciplinae sanctae vigorem tueri, sed cetera etiam, ut facultas tulit, accuraremus quae, in ipso caducae huius vitae ordine, clericis ad proposita optima iuvandis usui esse dignoscerentur.

Quoniamque in dioecesibus bene multis, vel rei familiaris tenuitate, vel exiguo alumnorum numero, vel ceterarum inopia rerum, fieri non poterat ut seminaria suppeterent in quibus una cum litterarum studiis graviores etiam rite traderentur disciplinae, idcirco locorum Ordinariis auctores haud semel fuimus ut, collatis viribus, communia quaedam constituerent clericorum domicilia, in quibus plenius uberiusque philosophiam ac theologiam liceret attingere. Consiliis hisce in rem deductis in pluribus, vel extra Italiam, dioecesibus, factum est ut clericis iunioribus seorsum ab aliis constitutis, disciplina, vitae regimen, pietatis opera et cetera huc pertinentia ita praescriberentur, ut forent singulorum aetati studiisque magis accommodata, congregatisque numero pluribus adolescentibus scholae patérent auditorum diligentia doctrinaque magistrorum longe fiorentiores.

Sed quod in aliis regionibus utile videbatur, id in Italia, ob rerum adiuncta in quibus versamur, necessarium adeo visum est, ut nullam res pateretur moram. Hinc litteris die xvi ianuarii MCMV datis ad Cardinalem Praefectum sacri Consilii Episcoporum et Regularium, quam maxime Nobis curae esse ediximus ut in variis Italiae regionibus, ubi maior esset necessitas, communia haec seminaria conderentur, ac summatim

iura attigimus quibus ea regi oporteret. - Coeptis Nostris adfuit divina gratia, et adnitentibus Episcopis, quibus apprime perspectum erat quid Ecclesiae causa, quid tempora postularent, paucis vix elapsis annis, in omni fere Italia eiusmodi excitata sunt maiora clericorum domicilia, quae favore semper, saepe collata etiam pecunia iuvare vel Ipsi haud omisimus.

Qua quidem in re provido caritatis consilio, quae illuc accurrit citius uberiusque ubi necessitas opitulandi maior, animum mature appulimus ad Calabriae Ecclesias. Praecipua quadam cura eas indigere exploratum erat simul ob seminariorum exiguitatem, simul ob rei familiaris angustias. Voluntatem Nostram propensiorem fecerunt recensiores clades, quibus florentissimam hanc provinciam minis oppressam luctuque completam doluimus. Suasit igitur amor ut iam impertitis pontificia largitate beneficiis aliud adderemus idemque mansurum, novis exstruendis aedibus in usum Calabriae clericorum, qui Ecclesiae ac civitati auspicia portenderent rerum longe meliorum. - De attribuenda sede deliberantibus, maximas ad rem habere opportunitates Catacensis urbs visa Nobis est, locumque in eius vicinia delegimus a Caelorum Domina appellatum: salubre atque amoenum praediolum, commeatu facile ac Jonii Tirrenique maris aspectu iucundissimum. Sumptu Nostro novi seminarii aedes condi ibi iussimus conditasque necessariis rebus instruximus, ut propensioris voluntatis testimonium Calabri cleri arctius Nobis devinciret animum officiique diligentiorem efficeret. Quin etiam eo curae Nostrae pertinuerunt ut primum alumnorum agmini rectorem praeficeremus Georgium De Lucchi, sacerdotem fide, pietate, doctrina Nobis probatissimum, eidemque immatura morte clericis suis erepto alium sufficeremus haud minore virtutum copia exornatum sacerdotem, quem non secus ac decessorem, episcopali auximus honore, ut vel amplior dignitas maiorem utrique conciliaret auctoritatem.

Rebusque iam satis feliciter procedentibus, nihil aliud superesse videtur quam ut opus, quod Calabrorum Episcoporum

expetierunt vota, plausus excepit, spes magna prosequitur, firmiori aptiorique muniamus disciplina, ut uberior suppetat facultas ac spes educendi sacri ordinis ministros vitae sanctitatem et catholicae doctrinae decora in Ecclesiae bonum prae se ferentes. Quod itaque in religiosae rei incrementum cedat et Calabris Ecclesiis benevertat, fundato prope Catacium auctoritate Nostra apostolica et a Nostro nomine, ut placuit, nuncupato maiori Seminario legitimi collegii iura attribuimus, idemque curae ac vigilantiae tradimus archiepiscoporum atque episcoporum, quorum dioeceses finibus continentur trium civilium provinciarum Regii, Consentiae et Catacii, ad leges quas infra scriptae sunt regendum, moderandum.

I. Aedes Seminarii, fundus qui aedibus adiacet, quaeque sive in fundo sive in aedibus sunt, in potestate Romani Pontificis sunt perpetuoque erunt.

II. Seminarium regatur auctoritate apostolicae Sedis, quae per sacram Congregationem Consistorialem quae visa fuerint administrabit.

III. Seminarii aedes destinantur omnibus provinciarum, quas supra nominavimus, clericis philosophiae ac theologiae auditoribus: quorum quidem, nisi speciale suffragetur apostolicae Sedis indultum, nemo poterit ad sacros Ordines promoveri quin ibidem hisce vacaverit disciplinis.

IV. Liceat omnibus Calabriae Ordinariis Seminarium hoc ut suum habere; illud, cum libuerit, adire; suos invisere clericos. Attamen, ut idem pro omnibus sit disciplinae ordo, nemini eorum fas esto peculiaria iussa, ne pro suis quidem clericis, dare extra communes regulas atque inconsulto vel abnuente Rectore.

V. Calabriae archiepiscopi atque episcopi in coetum coeant singulis annis de rebus Instituto communibus consulturi. Hisce vero in coetibus qui, non secus ac annuae episcopales collationes, haberi poterunt in Seminarii aedibus, congregati archiepiscopi atque episcopi de alumnorum disciplina ac moribus, de

docendi ratione, de re oeconomica diligenter inquirant et quae opus fuerint provideant.

VI. Coetui praeerit Praelatus gradu vel aetate dignior, ab actis vero erit Seminarii Rector.

VII. Esto Episcoporum eas ferre leges, ea inire, ex communi iure, consilia, quae bono Instituti conferre iudicentur.

VIII. Ubi primum Episcopi in coetum, ut supra, convenerint, tres eligant Praesules qui adsint Rectori ad consilia de iis ineunda, quae graviora intra annum res et tempora invexerint, quaeque ipse in se Rector recipere aut nolit, aut nequeat. Electi Praesules quinquennium fungantur munere : quinquennio elapso, liceat eosdem confirmare, vel alios designare.

IX. Catacensi Ordinario in Seminarii administratione ac regimine eadem sunto iura, eaedem partes, quae ceteris regionis Ordinariis.

X. Seminarium, adnexae aedes hortusque adiacentes vi huius Constitutionis immunia sunto a parochi loci iurisdictione : parochialia munia, in iis quae Instituti naturae sunt consentanea, obeat Magister pietatis ex auctoritate Rectoris, cui, intra Seminarii fines, Ordinarii iura, officia ac privilegia attribuimus.

XI. Rectorem eligendi ius omne esto penes Romanum Pontificem; idemque designet Magistrum pietatis ac studiorum Moderatorem.

XII. Ceteros designare qui Rectori navent operam, qui doctrinas in scholis tradant, qui medici vel chirurgi expleant partes esto penes Episcoporum coetum; horum tamen designationi Rectoris consilia praeire volumus (post exquisitam ab. eo trium, ut supra, Praesulum sententiam) et suffragium accedere S. C. Consistorialis. Haec omnia serventur quoties dimittendi iidem sint.

XIII. Theologiae Magistris, Rectore ac Moderatore studiorum praesidibus, facultas esto merentibus auditoribus conferendi gradus academicos, ad ea quae hac eadem in re statuta auctoritate Nostra sunt pro maiore Seminario Apuliae.

XIV. Alumni sacris Ordinibus initientur in Oratorio Semi-

narii. Episcopi vero in annuis coetibus eum designent qui initiationis Sacra per vices obeat. Caveat tamen Rector ut a singulis initiandis necessaria exhibeantur propriarum Curiarum documenta. Documenta vero haec, una cum testimonio collaturum Ordinum, Rector Curiis iisdem restituat, postquam retulerit in acta ad rem componenda atque in Seminarii tabulario asservanda.

XV. Quoad cetera, serventur leges quae in seminariorum regimine atque administratione sunt, ex communi Ecclesiae iure, servanda.

Hoc restat ut quotquot in maius Catacense Seminarium adlegantur, studeant omnes oblati a Deo beneficii magnitudinem pro merito aestimare ; ac pietate, doctrina, ceteris omnibus virtutibus ita praestent, ut exspectationi desiderii Nostri ac suorum Episcoporum quam cumulatissime respondeant.

Quae denique hisce Litteris statuimus, decrevimus, indiximus, rata omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus.

Datum Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo quarto decimo, die sacro Virgini Dei parenti designatae, Pontificatus Nostri anno undecimo.

A. CARD. AGLIARDI
S. R. E. *Cancellarius.*

C. CARD. DE LAI
S. C. Concistorialis *Secretarius.*

*Loco Plumbi*

VISA
M. RIGGI C. A., *Not.*

*Reg. in Conc. Ap. N.* 590

# MOTU PROPRIO

## DE DIOECESIBUS SUBURBICARIIS

### PIUS PP. X

Edita a Nobis die xv aprilis anni MCMX Constitutio *Apostolicae Romanorum Pontificum* ut ad effectum adducatur, S. R. E. Cardinalibus, qui in Curia resident, consultis, iisque magna consensione suffragantibus, haec Nos de apostolicae potestatis plenitudine, Motu Proprio, statuimus :

Omnia, quaecumque sex Ecclesiae Suburbicariae habent in bonis, posthac in unum cumulum collecta, Officio rei oeconomicae, quod est apud S. Consilium Fidei propagandae, appellato de Spoliis, administrentur: cuius administrationis ei quem Cardinales Episcopi suum procuratorem dixerint, quotannis erit reddenda ratio.

Horum annui reditus bonorum ita in Cardinales Episcopos distribuentur, ut sena millia libellarum italicarum singuli accipiant, proprio quidem Suffraganeo praebenda; quod vero, ea summa detracta, superfuerit, in septem dividetur partes, quarum Cardinalis Decanus habeat binas, ceteri singulas : ita, quae Curiis Episcopalibus opus fuerint, suppeditare poterunt.

Iam, ut incommodis ac detrimentis occurratur quae frequens mutatio sedium gignere consuevit, hoc ratum fixumque esto, quod decrevimus, ut, quam quisque Cardinalis Episcopus nactus est initio Sedem, in ea permaneat etiam cum Decani gradum attigerit ; tum enim dioecesim suam Ostiensi cumulabit. Quare, perpetua coniunctione dirempta Veliternae dioecesis et Ostiensis, cui quidem accidet ut cum alia atque alia dioecesi in persona Cardinalis Decani coniungatur, hae Suburbicariae erunt sedes : Portuensis et Sanctae Rufinae, Albanensis, Praenestina, Sabinensis, Tusculana, Veliterna.

Cardinales Episcopi suo quisque Suffraganeo cum annua sex millium libellarum praebere, tum partem domus episcopalis ad habitandum assignare debent. Suffraganei vero in dioecesi Suburbicaria, quam vice sacra gubernandam susceperint, continenter perpetuoque residebunt.

Itaque omnia quae his litteris decreta sancitaque sunt, valida et firma in omnes partes esse ac fore edicimus, inviolateque ab omnibus, ad quos pertinet, servari iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae apud S. Petrum die v mensis maii anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X

## LITTERAE APOSTOLICAE

### I

INDULGENTIAE PLENARIA ET PARTIALES OCCASIONE CENTESIMI ANNI A RESTITUTA SOCIETATE IESU.

PIUS PP. X

Universis Christifidelibus, salutem et apostolicam benedictionem, — Refert ad Nos dilectus filius Franciscus Xaverius Wernz, praepositus generalis Societatis Iesu, die septimo proximi mensis augusti centesimum reversurum esse annum, ex quo ipsa Societas, auctoritate et gratia Sedis apostolicae per Constitutionem « *Sollicitudo omnium ecclesiarum* » a Pio PP. VII rec. mem. decessore Nostro obsignatam, restituta feliciter fuit. Ad auspicati eventus memoriam celebrandam, addit idem praepositus generalis, per triduum, videlicet diebus quarto, quinto et sexto atque insuper ipso septimo die mensis augusti huius anni, honori sacratissimo Cordis Iesu solemnes in gratiarum actionem supplicationes omnibus in ecclesiis atque in oratoriis publicis aut semipublicis ad societatem ipsam ubique terrarum pertinentibus fore peragendas. Ut vero hae fiant uberiore cum spirituali emolumento, enixas Nobis ipse generalis moderator preces humiliter adhibet, ut fidelibus in Societatis

Iesu templa ac sacella dictis diebus hoc anno conventuris, de thesauro Ecclesiae Nobis divinitus concredito, peculiares quasdam gratias largiri dignemur, quemadmodum Gregorius PP. XVI rec. me. praedecessor Noster anno rep. salutis MDCCCXXXX, recurrente saeculari die ab eadem Societate confirmata, benigne peragendum existimavit. Nos autem votis his piis ultro libenterque annuentes, ut erga Societatem tot tantisque nominibus de Ecclesia Dei optime meritam benevolentis animi nostri sensus significemus, auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis tam religiosis dictae Societatis alumnis, quam fidelibus ex utroque sexu, qui quovis die ad cuiusque eorum libitum eligendo, e praestitutis illis quatuor mensis augusti diebus, quibus, de venia Congregationis sacrorum Rituum, restitutae Societatis Iesu memoria solemniter recoletur ubique terrarum, quamlibet dictae Societatis ecclesiam, sive quodvis eiusdem Societatis sacellum publicum aut semipublicum, admissorum sacramentali confessione expiati ac caelestibus epulis rite refecti, visitaverint, ibique Deo gratias agentes, pro christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper dictis religiosis et fidelibus, qui corde saltem contriti, quamlibet ex ecclesiis ipsis, sive quodvis e memoratis sacellis, Deo similiter gratiam agentes, precesque, ut supra diximus, fundentes, celebraverint, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum singulis illis quatuor diebus una vice acquirendam, largimur. Tandem permittimus religiosis ac fidelibus iisdem ut, si malint, possint plenaria et partialibus his indulgentiis vita functorum labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus hoc anno tantum valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicuius notarii publici subscriptis, seu sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxm ianuarii anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
*a Secretis Status.*

# II

VENERABILIBUS FRATRIBUS VICTORI MIHALYI DE APSIA, ARCHIEPISCOPO FOGARASIENSI ET ALBAE IULIAE, ATQUE EPISCOPIS SUFFRAGANEIS ECCLESIASTICAE PROVINCIAE RITUS GRAECI-RUMENÍ, DE ECCLESIA SSMI SALVATORIS AD VICUM « DELLE COPPELLE » RUMENO EPISCOPATUI CONCREDENDA.

PIUS PP. x

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Universi Episcopatus Rumeni nomine, venerabilis frater Basilius Hossu, episcopus Armenopolitanus seu Szamos-Ujvarien. Rumenorum, anno superiore supplicem ad Nos libellum transmittendum curavit, ut Romae ecclesiam cum parva domo continenti, de Nostra benignitate statuere dignaremur, in usum procuratoris, qui apud Nos et sacram hanc apostolicam Sedem, proprii ritus et propriae ecclesiasticae provinciae Rumenorum negotia pertractaret. Nos autem auditis VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi Fidei propagandae pro negotiis Ritus Orientalis praepositis, eorumque suffragiis permoti, dilecto filio Nostro Cardinali hac alma in Urbe Vicario in spiritualibus generali rem commisimus, votis Episcopatus Rumeni ideo libentissime concedentes, quod perspecta plane Nobis sunt atque explorata antistitum, cleri, populique ritus Graeci-Rumeni fides, observantia et catholici nominis provehendi studium. Non ignoramus in provincia ecclesiastica Rumena anno MDCCCLIII erecta, catholicam rem adeo convaluisse, ut in praesens, brevi sexaginta annorum spatio, plus quam triplex evaserit catholicorum numerus. In Collegio praeterea Urbano plures Rumenos alumnos in eiusdem Ecclesiae spem alendos recipi iussimus, ut religiosae populi illius institutioni consuleremus, illudque non sine laetitia curavimus, ut illorum numerus novissime augeretur. Iamvero cum Collegium Parochorum Urbis ecclesiam sanctissimi Salvatoris ad vicum « *delle Coppelle* » vulgo nominatam, cuius cultui ipsi parochi inserviebant, in manibus Nostris nuper unanimi consensione reponendam censuerit, ut eam, cum adnexa domuncula, quatenus id Nobis opportunum videretur, Rumenis Catholicis concrederemus, Nos parochorum eorundem largitatem et obsequium amplissime laudantes, atque universo merentissimoque Collegio grati animi Nostri sensus significantes, munificam oblationem ultro accepimus. Haec quidem oblatio non modo voluntati Nostrae respondet, sed certam quoque spem

iniicit futurum ut hac alma in Urbe religionis ac divini cultus splendor progrediatur. Expedit enim, ut in hoc catholici orbis centro plura pateant templa, in quibus sacrae caerimoniae secundum varios ritus celebrentur, ita ut ex ipsa etiam diversitate rituum fidei unitas luculenter appareat. Quae cum ita sint, ecclesiam Ssmi Salvatoris ad vi cum « *delle Coppelle* » de Urbe eique continentem domunculam, Motu Proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostra deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, praesentium vi perpetuumque in modum Episcopatui Rumeno Catholico provinciae ecclesiasticae Fogarasiensis et Albae Iuliae donamus, illique plenam et liberam tam ecclesiae, quam domunculae possessionem tribuimus. Decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; ipsique Catholico Rumeno Episcopatui nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque ecclesiasticis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxxi martii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL

L. *Çfc* S. *a Secretis Status.*

# III

## ERECTIO NOVAE APOSTOLICAE DELEGATIONIS AUSTRALIENSIS

## PIUS PP. x

Ad futuram rei memoriam. — In sublimi principis Apostolorum Cathedra nullis quidem meritis Nostris divinitus collocati, in omnes catholici orbis partes etiam ab hoc centro christianitatis magno terrarum marisque tractu seiunctas, tanquam e sublimi specula oculos mentis Nostrae convertimus, et quae rei sacrae procurationi melius

gerendae conducant, illa sedulo quidem studio, auctoritate Nostra interposita, praestare satagimus. Iamvero latissime per Australasiae insulas christiano nomine diffuso, et catholica hierarchia praesertim inter Australiae gentes firmiter constituta, opportunum Nobis consilium visum est, remotos illos populos eorumque sacros pastores Romanae huic apostolicae Sedi arctiore atque intimiore vinculo adstringere. Haec autem sollicitudo ut clarius catholicis illis gentibus appareret, iidemque populi dilectionis Nostrae beneficia uberius persentirent, novam in illis regionibus, sicuti iam passim pro aliis locis ad decus et tutamen Christianae religionis fieri consuevit, Apostolicam Delegationem constituendam censuimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis propagandae Fidei praepositis, Motu Proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi Delegationem Apostolicam Australiensem erigimus atque constituimus, decernentes ut ipsa Delegatio ad Australiam, Tasmaniam et Novam Zelandiam suas curas extendat. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque aliis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xv aprilis MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
*a Secretis Status.*

L. ✠ S.

# EPISTOLAE

AD R. P. D. NATALEM SERAFINO, BÜGELLENSIUM EPISCOPUM, OCCASIONE CONGRESSUS EUCHARISTICI BUGELLAE CELEBRANDI.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam [benedictionem. — Ad eucharisticum conventum quem te Bugellam proxime convocaturum nuntiasti, tecum una Noster festinat animus, eorum , illectus spe fructuum qui Nobis tibique sunt exspectatione communes. In confertissima ista operariorum sede, quibus tam proclive est fluxa huius vitae bona ita sectari, ut pene obliviscantur aeterna, optanda quam maxime erant indicta a te eucharistica sollemnia, ut delectorum oratorum verba, pio-

rum exempla et splendidior rituum augustissimorum pompa vel segniores compellant ad caeleste illud convivium, *in quo,* ut tam saepe canit Ecclesia, *mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur.* Utinam ad hanc gloriam Bugellensis coetus ita omnium studia convertat, ut redintegrandae vel in istis civitatibus christianae indolis felix fiat tandem initium! Id votis omnibus expetimus: id supplici prece a Deo rogamus, implorata etiam ope Virginis Deiparae, qua auspice congregat mini, quaeque e proximo Oropensi templo vos aspiciet propitia vestrosque labores optatum ad exitum, ut confidimus, adducet.

Pignus interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, iis qui tibi in conventu disponendo navant operam, ceteris denique qui eodem intererunt peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv martii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

## II

AD R. P. D. IOSEPHUM NÈMETH, EPISCOPUM TIT. ISAURENSEM, AUXILIAREM CSA NADÍENSEM, QUADRAGESIMUM EPISCOPATUS ET SACERDOTII SEXAGESIMUM ANNIVERSARIUM CELEBRATORUM.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Civium ex omni ordine conspiratione ac voluntate apparari tibi sollemnia, ob natalem episcopalis consecrationis quadragesimum ac sacerdotii sexagesimum, mirum Nobis non accidit, qui probe novimus qua vitae integritate, qua diligentia in delatis versatus sis muneribus. Bonum Christi militem decet plane hisce honestari studiis, haec ferre laborum praemia. Praemia at vero largiora exspectanda tibi ab Eo erunt cui tam diuturno tamque frugifero functus es sacerdotio. Haec ut tibi affluant ac sancta afferant gaudia, vota facimus ex animo, eaque cumulet apostolica benedictio, quam benevolentiae, qua te prosequimur, testem, tibi, venerabilis Frater, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x aprilis MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

# SUPREMA S. CONGREGATIO SANCTI OFFICII

## DECRETUM

SACERDOS CAESARIUS VACHÈRE, DIOECESIS PICTAVIENSIS, NOMINATIM EXCOMMUNICATUR.

*Feria IV, die 22 aprilis 1914.*

Sacerdotem Gaesarium Vachère e dioecesi Pictaviensi in Gallia, praetensis supernaturalibus manifestationibus simplicium animos commoventem, et proprius ipsius Episcopus et suprema haec sacra Congregatio sancti Officii, cuius est fidei morumque integritati prospicere, ad saniora consilia iterum iterumque revocare non defuerunt. Cum enim ille imaginem quamdam Ssmi Cordis Iesu et quasdam hostias, quas a se consecratas adfirmabat, veluti sanguine manantes, temerario ausu, fidelium venerationi passim obiiceret; Rmus Pictavorum Antistes, paternis monitis primum tum gravibus etiam comminatis poenis, inter quas suspensione a divinis ipso facto incurrenda, eum ab incoepto deterrere conatus est. Quae dein omnia ab hac suprema sacra Congregatione nedum plane confirmata sunt, sed et additum formale praeceptum ut imaginem et hostias cunctaque alia ad eiusmodi praetensas supernaturales manifestationes quomodocumque spectantia, nulla interiecta mora, proprio Ordinario traderet, sub comminatione, ni paruisset, ad ulteriora procedendi.

Verum infelix sacerdos, officii sui prorsus immemor, quamvis initio sacrae Congregationis mandatis aliqualem obedientiam praestare ostendisset; coepit tamen rursus, praesertim ad cryptam quamdam ab oppido Mirebeau non longe dissitam, aliam imaginem aliasque hostias, legitimo Superiore frustra obnitente, fidelium admirationi, ut antea, exponere; pluribus interim auctoritati ecclesiasticae maxime iniuriosis, sive per se sive per alios, evulgatis.

Haec ex animo dolens sed sperans adhuc eum ad debitam obedientiam reversurum, sacra Congregatio triplici, ad normam sacrorum Canonum, solemni monitione ei per Episcopum excommunicationem *nominatim* comminandam decrevit : incassum tamen ; nam ne huic quidem extremo remedio obfirmata ipsius contumacia cessit.

Quae cum ita sint, perentorio canonicae monitionis termino iamdiu inutiliter praeterlapso, haec eadem ipsa suprema sacra Congregatio sancti Officii, ne muneri suo, non sine fidei et ecclesiasticae disciplinae detrimento, deficere videatur, de expresso'mandato Ssmi D. N. Pii PP. X, in praefatum sacerdotem Caesarium Vachère, pervicaciter contumacem, formalem excommunicationis sententiam *nominatim* ac *personaliter* pronunciat, eumque omnibus plecti poenis a iure statutis ac proinde *vitandum* esse atque ab omnibus *vitari debere* solemniter declarat.

Datum Romae ex aedib. S. O., die, mense et anno supradictis.

L. © S.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. I. Notarius.*

# S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## I

## PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, nempe:

*3 aprilis 1914.* — Cathedrali ecclesiae Sancti Augustini praefecit sac. Michaelem Iosephum Curley, parochum loci vulgo *Deland* in eadem dioecesi.

*8 aprilis.* — Metropolitanae ecclesiae Guatimalensi R. P. Iulianum Raymundum Riveiro et Jacinto, sac. Ord. Praed., rectorem ecclesiae S. Dominici in urbe Guatimalensi.

*15 aprilis.* — Metropolitanae ecclesiae Arborensi R. P. D. Ernestum Piovella, hactenus episcopum Algarensem.

— Cathedralibus ecclesiis Fabrianensi et Mathelicensi, sac. Andream Cassulo, vicarium generalem Florentinae archidioecesis, ibique canonicum metropolitanae ecclesiae.

*16 aprilis 1914.* — Titulari episcopali ecclesiae Tubunensi R. P. D. Fridericum Benitium de Souza Costa, hactenus episcopum Amazonum.

*27 aprilis.* — Titulari episcopali ecclesiae Sozopolitanae sac. Theodorum Kappenberg, canonicum ecclesiae cathedralis Monasteriensis, quem constituit Auxiliarem Rmi Episcopi Monasteriensis.

*1 maii.* — Titulari episcopali ecclesiae Thyatirensi sac. Petrum Iosephum Lausberg, canonicum metropolitanae ecclesiae Coloniensis, quem constituit Auxiliarem Rmi Archiepiscopi Coloniensis.

# II

## ORDINATIONIS CAPITULI CATHEDRALIS

Ssmus D. N. Pius PP. X decreto S. Congregationis Consistorialis diei 26 aprilis 1914 novam ordinationem in Capitulo cathedrali Fesulano induxit: scilicet, redacta ad tertium gradum exstante Praepositi dignitate, duas praeterea novas dignitates, nempe Archidiaconatum uti primam, Primiceriatum uti secundam dignitatem, instituit. Chorales autem habitus, quibus vi Brevis apostolici *Hoc est in more* diei 21 februarii 1894 canonici utebantur, ad novas erectas dignitates extendit, revocato indulto Canonico Praeposito per idem Breve concesso speciales vestes et indumenta in choro induendi.

# S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

## i

## DECRETUM

### DE NOVITIATUS TERMINO ET INTERRUPTIONE

Cum propositae sint quaestiones sive circa tempus seu momentum, quo annus novitiatus compleri dicendus sit, sive circa modum, praesertim si novitius extra domum de licentia Superiorum per aliquot tempus moratus fuerit, quo interruptus haberi possit, S. Congregatio Religiosis Sodalibus praeposita, ad anxietates praecavendas, praecipue quoad professionis validitatem, statuit et decrevit ut sequitur:

1. Annus integer novitiatus, qui solus ad validitatem professionis requiritur, in posterum non stricte de hora ad horam, sed de die in diem intelligi debet. Idem dicendum de tribus integris annis votorum simplicium, quae emissionem votorum solemnium praecedere debent.

2. Novitiatus interrumpitur ita ut denuo incipiendus et perficiendus sit: .*a)* si novitius a Superiore dimissus e domo exierit; *b)* si absque Superioris licentia domum deseruerit; c) si ultra triginta dies etiam cum licentia Superioris extra novitiatus septa permanserit.

3. Si novitius infra triginta dies, etiam non continuos, cum Superiorum licentia, extra domus septa permanserit, licet sub Superioris obedientia, requiritur ad validitatem, et satis est, dies hoc modo transactos supplere: at Superiores hanc licentiam nisi iusta et gravi de causa ne impertiant.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X relatis ab infrascripto sacrae Congregationis Secretario, Sanctitas Sua ea rata habere et confirmare dignata est, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 3 maii 1914.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

II

## PARISIEN.

### DE NOVITIIS MILITIAE ADDICTIS

Procurator Generalis Congregationis Sacerdotum Missionis harum quaestionum solutionem a S. Congregatione de Religiosis expostulavit, nempe:

I. Utrum novitiatus illorum qui coguntur e domo probationis exire causa militiae aut ad eandem militiam denuo vocati, censendus sit *interruptus,* ita ut ab initio sit repetendus, nulla ratione habita temporis novitiatus iam expleti; an vero sit aestimandus tantummodo *suspensus,* ita ut debeat solum compleri.

II. Utrum computari possit veluti tempus novitiatus servitium militare quod expletur in loco ubi exstat domus probationis si novitii maneant sub disciplina et vigilantia moderatorum et horis subsecivis consistant in eadem probationis domo, eaque omnia peragant quae cum militia concilientur.

Emi et Revmi Patres Cardinales sacrae huius Congregationis de Religiosis, omnibus mature perpensis, respondendum censuerunt:

Ad 1[um]. Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam, si novitius ultra triginta dies completos servitio militari reapse addictus fuerit. Si infra triginta dies, hi supplendi erunt. Et in quocumque casu ad professionem votorum admitti nequit nisi saltem per triginta dies probetur.

Ad 2[um]. Negative.

Has autem responsiones relatas sanctissimo Domino nostro Pio Papae X ab infrascripto S. Congregationis Secretario, Sanctitas sua approbare et confirmare dignata est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 3 maii 1914.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

# III

## SUESSONIEN. ET ALIARUM

### DE MISSIS A RELIGIOSIS SODALIBUS AD INTENTIONEM SUPERIORUM CELEBRANDIS

Quaesitum est a sacra Congregatione de Religiosis :

I. An Sacrum facere ad intentionem praefixam a Superiore proprie actum internum constituat, qui minime subest voluntati Superiorum?

IL An Religiosus votorum simplicium, vi suae professionis, teneatur *ex iustitia*, aut solum ex caritate, ad celebrandum iuxta intentionem a Superiore praefixam, sibi reservata facultate celebrandi iuxta propriam intentionem in limitibus a Constitutionibus admissis?

• NI. An possint Superiores obligare sodales subditos in virtute sanctae obedientiae ad celebrandum iuxta praescripta a Constitutionibus ?

Emi autem Patres Cardinales sacrae Congregationis de Religiosis, in plenario coetu ad Vaticanum habito die 21 martii 1914, praefatis dubiis responderunt:

Ad $1^{um}$ et $2^{unl}$. Providebitur in tertio.

Ad $3^{um}$. Reformato dubio :^An Superiores Religiosi praecipere pos-
« sint subditis suis etiam in virtute sanctae obedientiae • ut ipsi cele-
« brent secundum intentionem a Constitutionibus praescriptam vel ab
« ipsis Superioribus statutam, salvis exceptionibus a Constitutionibus
« vel a legitima consuetudine sancitis ? ^^sp©B4^e«»e©B^ewint: Affirmative.

Quam Emorum Patrum, responsionem sanctissimus Dominus noster Pius Papa X, referente infrascripto sacrae Congregationis Secretario, ratam habuit et confirmavit die 23 martii 1914.

Datum Romae ex Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 3 maii 1914.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

«

IV

## ROMANA ET ALIARUM

DE CONFESSIONE APUD ORIENTALES SACERDOTES INSTITUTA, ET DE CONFESSIONE NOVITIORUM.

Edito Decreto *de absolutione sacramentali religiosis sodalibus impertienda,* diei 5 augusti 1913, exorta sunt dubia, quorum solutio expetita fuit a S. Congregatione de Religiosis, nempe:

1. An Decretum sacrae Congregationis de Religiosis, die 5 augusti 1913, comprehendat etiam confessiones quas Religiosi ritus Latini faciunt apud Confessarios ritus Orientalis, et vicissim?

2. An idem Decretum comprehendat etiam novitios cuiuscumque Ordinis vel Congregationis?

Eíñi ac Revmi Patres Cardinales, in plenario coetu habito in aedibus Vaticanis die 21 martii 1914, reposuerunt:

Ad 1um et ad 2um. Affirmative.

Et sanctissimus Dominus noster Pius Papa X in audientia diei 23 eiusdem mensis et anni habita ab infrascripto sacrae Congregationis Secretario, responsiones Emorum Patrum approbare et confirmare dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 3 maii 1914.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## i

## DECRETUM

ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE G1BUTI IN SOMALIA GALLICA

Ne adversis rebus diu vexata Somalorum Missio, nativo solo, ad oras maritimas Somaliae anglicae, ubi, viginti circiter abhinc annis, orta fuerat, recens per vim expulsa, calamitosius vagaretur, atque nullibi radices ageret, Emi Patres S. huius Congregationis Fidei Propagandae de novo eidem missioni territorio opportune adsignando inierunt consilium. Quapropter, plenariis in comitiis die 30 superioris mensis habitis, re mature perpensa, statuerunt ut praedicta missio quae intra fines Somaliae gallicae hospitio recepta est, ibidem consisteret tamquam in propria sede, atque in separatam Praefecturam Apostolicam erigeretur, cum universo territorio quod praedictis finibus Somaliae gallicae continetur, quodque a vicariatu apostolico inter populos Gallas, per praesens Decretum, nunc distrahitur. Porro novam hanc Praefecturam, a *Gibüti,* urbe regionis principe, nuncupandam atque Fratribus Minoribus Capulatis concredendam esse censuerunt. Quam sententiam Ssmo D. N. Pio div. prov. PP. X, in audientia diei 27 vertentis mensis, ab infrascripto sacrae eiusdem Congregationis Secretario relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, praesensque ad id Decretum fieri mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 28 aprilis, anno Domini 1914.

Fr. H> M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II

# DECRETUM

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE ADAMAUA IN AFRICA CENTRALI GERMANICAE DITIONIS CONSTITUITUR

Quae rei sacrae provehendae opportuna magis sint et catholici nominis incremento conducant Enii Patres sacrae huius Congregationis Fidei Propagandae considerantes, novam Praefecturam Apostolicam in regione Adamaua ditionis germanicae, in Africa aequatoriali, erigendam esse statuerunt, ubi Societas Presbyterorum S. Cordis nuper apostolicum ministerium feliciter inivit. Cum autem praedicta regio diversis subiecta sit ecclesiasticis iurisdictionibus, ita ut partim a vicario apostolico de Cartum, partim a praefecto apostolico de Ubanghi-Chari, partim vero a vicario apostolico Camerunensi dependeat, praefati Emi Patres, in plenariis comitiis, die 30 superioris mensis habitis, territorium Adamauae regionis a tribus praedictis missionibus distrahendum et in independentem Praefecturam Apostolicam, cui ab *Adamaua* nomen, erigendum esse censuerunt, quae praedictis religiosis sodalibus concredita maneat, atque sequentibus limitibus definiatur: *ad Bor eam,* 10° latitudinis borealis gradu ; *ad Orientem* vero, continus inter coloniam germanicam et gallicam, ex praedicto latitudinis gradu ad septimum ; *ad Meridiem* autem, gradu hoc septimo, ac deinde linea quae separat districtus civiles de *Ngaundere, Banjo, Bamum, Bamenda* et *Ossidinge* (qui Adamauae missioni per praesens decretum attribuuntur) a districtibus de *Ober-Sanga-Üham, Dume, Jaunde, Jabassi, Dshang, Johann Albrechtshöe* et *Bio del Bey* (qui vicariatui Camerunensi subiecti remanent); *ad Occidentem* demum continus anglo-germanicis. Quam sententiam Ssmo D. N. Pio div. prov. PP. X, in audientia diei 27 vertentis mensis ab infrascripto sacrae eiusdem Congregationis Secretario relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, praesensque ea super re Decretum fieri iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 28 aprilis, anno Domini 1914.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. « S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

## III

### NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

17 martii 1914. — *Archiepiscopus tit. ecclesiae Diocletanae,* R. P. D. Henricus Doulcet, episcopus tit. lonopolitanus.

15 aprilis 1914. — *Archiepiscopus tit. Philippopolitanus et Delegatus Apostolicus in Australia,* R. P. D. Bonaventura Gerretti, intimus cubicularius super numerum Sanctitatis Suae, auditor apud apostolicam Delegationem Washingtonensem.

Decretis S. Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt:

29 aprilis 1914. — *Praefectus apostolicus novae Praefecturae de Gibuti in Somalia gallica,* R. P. Paschalis de Luchon, ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum.

— *Praefectus apostolicus novae Praefecturae de Adamaua in Africa centrali,* R. P. Franciscus Lennartz, e Congregatione Presbyterorum S. Cordis.

# S. CONGREGATIO RITUUM

## DECLARATIO

### DE SANCTIS VEL BEATIS ALICUBI PUBLICO CULTU HONORATIS, ABSQUE CERTO S. SEDIS DECRETO VEL INDULTO.

In Kalendariis perpetuis et Propriis quae, iuxta novissimas Rubricas ad normam Bullae *Divino afflatu* et Motu Proprio *Abhinc duos annos* Ssmi Dni nostri Pii Papae X, et S. R. C. Decreta 12 decembris 1912 et 28 octobris 1913 reformata, ipsius sacrae Congregationis revisioni et approbationi subiiciuntur, aliquando' Sancti vel Beati notantur qui neque in Romano Martyrologio descripti sunt, neque publico cultu a

sancta Sede certe decreto vel confirmato potiuntur, prouti speciatim praescribitur per generale Decretum n. 3926 diei 19 iulii 1896 ad 1 et 2.

Quum tamen eiusmodi Sancti vel Beati nuncupati in locis particularibus ex immemorabili consuetudine publico ac religioso cultu honorantur cum Officio et Missa; atque, hac de causa, in memoratis Kalendariis et Propriis a Rmis Ordinariis inscribantur, sacra Rituum Congregatio, de mandato eiusdem Ssmi Domini nostri declarat ex hac inscriptione nullo pacto fas esse arguere ipsos Sanctos vel Beatos nuncupatos beatificationem formalem vel aequipollentem obtinuisse, eorumque cultum, prouti de casu excepto a Decretis sa. me. Urbani Papae VIII, et recentioribus S. R. C. decretis seu declarationibus dd. 11 novembris 1912 et 31 ianuarii 1913, recognitum et confirmatum fuisse, sed tantum concludere licet horum Sanctorum vel Beatorum cultum manere in statu suae possessionis, ac proinde neque augeri neque extendi posse inconsulta S. Sede. Demum hortantur Rmi Ordinarii ut memorati Sancti vel Beati in suis Kalendariis et Propriis particularibus aliquo signo seu asterisco distinguantur ab aliis Sanctis vel Beatis in Martyrologio Romano descriptis vel rite canonizatis aut beatificatis, uti laudabiliter fit in aliquibus locis. Contrariis non obstantibus quibuscunque, etiam speciali mentione dignis.

Die 28 aprilis 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Chrysl, *Secretarius.*

# SACRA ROMANA ROTA

## I

## ALEXANDRINA

### IURISPATRONATUS ET PRAESENTATIONIS

*Pio Papa X féliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, BR. PP. Aloisius Sincero,* Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Alexandrina - Iurispatronatus et praesentationis, *inter dominum* Carolum Buzzilanghi *et dominum* Iosephum Mignone *appellantes, repraesentatos per legitimum procuratorem Angelum d'Alessandri advocatum, et dominum* Aristidem Stortiglione *appellatum, repraesentatum per legitimum procuratorem sac. Aloisium Lavitrano advocatum, die 12 ianuarii 1914 sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Quum die 15 martii 1911 vacasset in cathedrali ecclesia Alexandrina canonicatus sub titulo B. Mariae Virg. de Consolata et S. Stephani, ad eumdem canonicatum dominus Aristides Stortiglione sac. Pium Ratti, et domini Mignone-Buzzilanghi sac. Dominicum Olivera praesentarunt.

Lite igitur de iure patronatus inter praesentantes exorta, controversia de consilio Revmi Ordinarii remissa fuit cuidam commissioni, quae sequentes conclusiones proposuit: *

1) Iurispatronatum fuisse primo *familiare agnatitium,* limitatum nempe ad descendentes in linea masculina tantum, a q. DD. Ruffino et Philippe

2) Dein deficientibus primis vocatis, transisse ad ceteros de parentela Stortiglionum, idest ad omnes agnato=5 de gente Stortiglionum, in iure patronatus gentilitio agnatitio.

3) Nunc vero, quia satis constat de agnatione domini Aristidis Stortiglione, ad ipsum pertinere ius patronatus, quum adversus eum non detur praescriptio, quum domina Carola Buzzilanghi dici non possit compatrona, quum ad cognatos extendi iuspatronatus non valeat, obstantibus tabulis fundationis.

Appellavit dominus Ioseph Mignone ad S. Congregationem Concilii: et causa, de commissione Sanctissimi, remissa ad hunc sacrum Ordinem, nunc Nobis definienda venit sub dubii formula: *Utrum iuspatronatus in casu competat dominis Mignone, et proinde sustinenda sit praesentatio sacerdotis Olivera ab iisdem facta; an potius competat domino Aristidi Stortiglione, et proinde sustinenda sit praesentatio, ab Ordinario acceptata, sacerdotis Pii Ratti.*

*Factum quod spectat.* - Canonicatus circa quem in praesens fit quaestio, originem et fundationem accepit ex testamento domini Nicolai Stortiglione, diei 25 septembris 1746, quod ita se habet:

« Item... suos exsecutores et fidei commissarios instituit et deputavit « dictum dominum Philippum Stortiglione et dominum Ruffmum eius «fratrem. . . . .et ulterius dictus testator eumdem dominum Philippum « dominumque Ruffinum, ipsius testatoris fratres, ibidem praesentes et « acceptantes ac eos et quemlibet eorum posteros et descendentes ac « descendentium descendentes usque in infinitum, dummodo descendant « ac procedant de legitima masculina linea tamen, et ipsis deficientibus, « quod absit, ceteros de parentela ipsorum de Stortiglionis, descenden- « tes ut supra. Et singula singulis referendo, eligit, instituit et deputavit « in Patronos et pro Patronis dictae cappellae seu altaris et cum hono- « ribus et praerogativis eiusdem a iure concessis, et quod possint et « valeant, per futura tempora, cappellanum seu cappellanos ad dictam « cappellani seu altare eligere, praesentare et instituere ; in quibuscum- « que cappellanis eligendis, praesentandis et instituendis voluit et vult « ipse testator, quod locus sit gratification i, et quod semper praeferatur « cappellanus qui erit de dicla parentela, dummodo sit idoneus et suf- « ficiens ».

Quum vero temporum progressu, defecissent familiae DD. Philippi et Ruffini, atque anno 1767 decessisset ultimus, ut putabatur, masculus de parentela, nempe D. Hieronymus Stortiglione, neque ulla haberetur notitia de linea masculina, quae iam ante annum 1605 Fozani degebat, feminae admissae fuerunt ad ius praesentandi.

Id autem non sine exceptione. Nam advocatus fiscalis penes Curiam Alexandrinam declaraverat anno 1829, quod « si alii superessent ex « dicta familia Stortiglione, licet a Ruffino et Philippo non descenden- « tes, in patronatum dominae Mariannae succédèrent», et anno 1850: « si superfuisset aliquis masculus e familia Stortiglione, ad hunc, non « ad Mariannam ius spectasset nominandi, quia deficientibus masculis « primo vocatis, ex fundatione transibat ad alios de Stortiglionis ».

*Ius quod attinet* - Testatoris vero voluntate perpensa, iuxta relata testamenti verba, absque ullo dubio eruitur ipsius mentem eam fuisse ut duo personarum ordines ad iuspatronatus vocaret, et primo loco quidem D. Philippum et D. Ruffinum eorumdemque descendentes usque in infinitum, dummodo tamen descenderent ac procederent ex legitima masculina linea, quo in casu habetur iuspatronatus familiare agnatitium. Secundo autem loco, iis deficientibus qui primo fuerunt vocati, ipse testator ut patronos instituit ceteros de parentela ipsorum de Stortiglionis, descendentes ut supra. Hoc alterum definite vocatorum genus quod spectat, inter partes agitur, utrum institutum fuerit ius patronatus gentilitium agnatitium tantum, an iuspatronatus gentiiitium, nullo habito sexus vocatorum discrimine, adeo ut etiam feminae ad illud fuerint vocatae.

Posteriore?n vero hanc sententiam reiiciendam esse, ipsa testamenti verba clare demonstrant. Testator enim dum secundo loco vocat *ceteros de parentela* de Stortiglionis, non omnes tamen quomodocumque descendentes vocat, sed eos sane, qui descendant ratione iam supra expressa, nimirum ex legitima masculina linea. Etiam igitur in secundo loco vocatis feminae excluduntur. Quam voluntatem magis magisque confirmant tum adiectum cognomen de Stortiglionis, quod adhiberi solet ad agnitionem denotandam, tum clausula iurispatronatus passivi institutioni adiecta, de praeferendo cappellano qui esset de dicta parentela.

Appellantis patronus provocat ad auctoritatem eorum doctorum, qui cum Santi, III, XXXVIII, 10, tenent ius patronatus familiare et gentilitium aliquando ita concipi ut comprehendat quoscumque successores, vel deficiente linea masculina admitti in subsidium masculorum feminas.

Verum illud *ex praesumptione* tantum : et in casu nostro, ut vidimus, verba clara non admittunt interpretationem, nec voluntatis coniecturam, Reiffenstuel, I, IT, 384: hoc, tantum deficiente masculina linea.

Attamen in casu nostro haec altera quaestio abs re prorsus est: comparuit enim D. Aristides Stortiglione, praetendens se esse de parentela testatoris, seu de parentela ipsorum de Stortiglionis, atque de ea descendere ex legitima masculina linea.

Summa igitur quaestio, in qua tota causa vertitur, ea est utrum dominus Aristides Stortiglione agnatus testatoris sit, an non.

Iamvero ex authenticis documentis allatis in causa aperte evincitur dominum Aristidem Stortiglione descendere ex legitima masculina linea a quodam Augustino Stortiglione, Ioannis Alberti filio, qui, anno 1605, mense septembri, die 28, petiit a municipii Alexandriae rectoribus, a

Priore nempe et deputatis ad regimen civitatis Alexandriae, fidem annorum et insignium, quae gestare solebat familia de Stortiglionis eiusdem civitatis.

Huius rei documentum habemus ex archivo comunali civitatis Alexandriae depromptum, quod ita se habet:

« M. Mag.[ci] Sign.[ri]

« Desidera Agostino Stortillione Fig.[lio] di Gio. Alberto hauer fede « dalle SS. VV. dell'arma et insegna che sogliano portare la fameglia « de Storteglioni di questa Città conforme all'incluso tenore, pertanto « supp.[a] le SS. VV. siano servite concedergli detta fede conforme all'in- « eluso tenore et così spera...

« 1605 adì 28 7bre.

« Città... li sig.[ri] Prior et Deputati visto il sud.[o] mem.[le] con la fede « dal sup.[te] richiesta et informati della verità del contenuto in d.[ta] fede, « che qui annessa si lascia et ad.[i] Sig.[ri] . . . . hanno ordinato che in « nome della Città se gli faccia la detta fede con l'annotazione o sii « descrizione deParma in essa posta

« Agostino Stortegliene.
« Bapta Ottellus, Canc.[s] Gen.[s] ».

« Attestamur Nos Prior et Deputati ad regimen Civitatis Alexandriae, « ac etiam nos infrascripti de familia Nob. de Stortilionis dictae Civi- « fatis sicuti a tempore, cuius non est memoria in contrarium, et citra « semper familia ipsa de Stortilionis ut ex antiquis et nobilibus familiis « dictae Civitatis et originariis eiusdem admissa fuit ad regimen eiusdem « civitatis tam in n.[o] Consiliariorum... tam in numero Consilii Gñalis, « quam Duorum duodecim Deputatorum ad provisionem publicam... et « qui de familia ut supra insignia et arma consueverunt gestare in « modum inferius describendum, videlicet

« In parte superiori coloris celestis sive turchini serram reprae- « sentans ut vulgo dicitur *una sega* dentibus quinque comprehensa et « a parte inferiori album campum efficiens dentes quatuor cum galea « vulgo appellata *il cimiero* cum rostro ciconia a capite usque ad pectus « candidi coloris et inscriptione in his verbis *Non voce colitur.* Quibus « insignis in actis publicis Ecclesiis in funeribus et in domibus privatis « uti semper consueverant quemadmodum aliae familiae nobiles dicte « Civitatis suis armis utuntur, et p.ut ex infrascripta forma scutisque « videlicet

« Quodque de eadem familia fuerunt et sunt nq. Augustinus Stor-« tilionus qd. Alberti et successu Io.[s] Albertus d. qd. Augustini filius, « nunc et a quam pluribus annis citra habitans in partibus Pedemon-« tanis in quorum fidem pntes fieri sigillique nri quo in similibus «utimur impressione muniri et per infrascriptum notarium et Cancel-« larium nostrum subscribi iussimus.

« Dat. in palatio praefate Civitatis Alexandriae die 28 mensis septembris anno Dñi 1605».

Circa quod documentum invocatum fuit ab hoc S. Tribunali iudicium peritale trium virorum scientia, prudentia atque praesertim usu hac in re praestantium, nempe DD. Mariani Ugolino, Angeli Malango et Aemilii Ranuzzi, quibus hae quaestiones propositae fuerunt:

« 1) Qual valore storico ha il documento dei 28 settembre 1605 per « provare che Agostino Stortiglione, figlio di Giovanni Alberto, appar-« tiene alla parentela della nobile famiglia Stortiglione di Alessandria, « fondatrice del beneficio.

«2) Se dai documenti in causa risulta che il cap. Aristide Storti-« glione appartenga alla parentela della nobile famiglia Stortiglione di « Alessandria, fondatrice del benefìcio ».

Porro tum ex examine formae extrinsecae documenti, eiusque notarunt intrinsecarum, eorumque quae in documento continentur, narrantur, tum ex solidis argumentis quibus indicium illud peritale innititur, certo constare dicendum est:

1) Documentum, de quo agitur, tribus scriptis constare, nempe instantia privata, informatione quadam privata, et informatione seu attestatione ex officio, publici scilicet officialis, eaque omnia non ab alio exemplo expressa, sed primum ipsum exemplum esse.

2) Ea omnia valore seu authenticitate historica praedita esse. Quamvis enim documentum, ut aiunt periti: « non abbia la veste definitiva, « che probabilmente gli sarà data per gli effetti legali, cui dovrà ser-« vire, tuttavia la forma che ha ricevuto, è bastante per ritenerlo come « una testimonianza di un fatto di natura giuridica, compilata con deter-« minata forma, atta a darle forza di prova. E la critica storica concede « a queste testimonianze un valore indiscutibilmente maggiore che a « qualunque altra di simil genere ».

3) Quoad ea vero quae in hoc documento enarrantur, certo constare quod quidam de familia Alexandrina (dictae civitatis) nobilium de Stortiglionis, cumque iis prior et deputati civitatis, testati sunt a tempore immemorabili exstitisse Alexandriae nobilem familiam de Stortiglionis,

eam gaudere usu insignium gentiliciorum, et de eodem familia fuisse et esse Augustinum Stortiglione quondam Alberti filium.

Quum igitur nulla alia Alexandriae extiterit nobilis familia de Stortiglionis praeter eam, cui fundator beneficii in casu pertinuit; quum ex documentis allatis in causa certo constet dominum Aristidem Stortiglione ex legitima masculina linea descendere a dicto Augustino Stortiglione, procul dubio concludendum est dominum Aristidem Stortiglione esse de parentela Nicolai Stortiglione, et descendere ratione et modo in testamento taxative expressa, nempe ex legitima masculina linea, seu pertinere saltem ad secundum ordinem vocatorum ad ius patronatus.

Quod quidem ex aliis documentis quoque in causa adductis confirmatur: ex iis enim probatur, ut ceterum solidis argumentis periti demonstrant, fundatorem beneficiii pertinuisse ad nobilem familiam Alexandrinam de Stortiglionis, hanc familiam anno 1605 superfuisse, eique vero pertinere Augustinum, a quo Aristides Stortiglione descendit.

Quoad argumentum vero allatum in favorem domino Mignone ex ultimo statu vel quasi possessione et praescriptione, ut praetermittamus possessionem nec constantem nec continuam fuisse in favorem domini Mignone, satis sit animadvertere in patronatu gentilicio, quemque ex vocatis proprium et personale eius habere, non a maioribus mutuatum, et proinde proprio iure, et ex ipsa fundatoris voluntate tum activum, tum passivum patronatum sibi vindicare, De Luca, *de iure patronatus disc*, 31, n. 16, disc. 35, n. 7, 8, S. Rota, decis. 220, n. 26, p. 11.

Auctoritates vero congestae a Patrono domini Mignone non relevant: illae enim respiciunt ius patronatus in genere, non vero iuspatronatum gentilicium, quod regitur normis fidei commissi, et in quo proinde non intrat praescriptio, De Luca, cit. disc. 35, n. 7.

Quibus omnibus mature perpensis, Christi nomine invocato, solumque Deum prae oculis habentes, Nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes, ad propositum dubium dicimus, pronunciamus atque definitive sententiamus *iuspatronatus in casu non competere dominis Mignone, et proinde sustineri non posse praesentationem sacerdotis Olivera ab iisdem facta, sed competere domino Aristidi Stortiglione et proinde sustinendum esse praesentationem ab eo factam et ab Ordinario acceptatum sacerdotis Pii Ratti,* seu ad dubium propositum respondemus: *negative ad primam partem, affirmative ad secundam,* statuentes praeterea expensas esse compensandas inter partes, a quibus etiam honoraria peritis tributa pro aequali parte solvenda erunt.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tri-

bunalium ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum Canonum et praesertim cap. 3, sess. XX *de reform.* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, die 14 ianuarii 1914.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

Ex Cancellaria, 13 februarii 1914.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

*NB.* - Contra hanc sententiam interposita est appellatio.

## II

*In S. B. Bota, mensibus ianuarii, februarii et martii huius anni 1914, aotae sunt* sub secreto *sequentes causae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva:*

I. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus ex parte mulieris.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* F. Heiner et I. Prior, Auditores de turno, die 22 ianuarii, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

II. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis non adimpletae et simulati consensus.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, Auditores de turno, die 28 ianuarii respondendum censuerunt: *Affirmative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

III. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae contra bona substantialia matrimonii.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. G. Sebastianeiii, *Ponens,* S. Many et F. Heiner, Auditores de turno, die 7 februarii respondendum censuerunt: *Affirmative.*

IV. DIFFAMATIONIS.

Proposito dubio: *An sententia Rotalis diei%0 decembris 1912 sit confirmanda vel infirmanda iu casu,* RR. PP. DD. I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, Auditores de turno, die 21 februarii respondendum censuerunt: *Sententiam Rotalem esse confirmandam.*

V. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A. Sincero et I. Mori, Auditores de turno, die 2 martii respondendum censuerunt: *Negative.*

VI. PIAE FUNDATIONIS.

Proposito dubio: *An bona quae obvenerunt Titio Sacerdoti per actum diei. . . . Capitulo Collegiatae adiudicanda sint,* RR. PP. DD. G. Sebastianelli. *Ponens,* S. Many et F. Heiner, Auditores de turno, die 2 martii respondendum censuerunt: *Affirmative seu bona quae obvenerunt Titio Sacerdoti per actum diei. . . . adiudicanda esse Capitulo Collegiatae'cum omnibus fructibus qui percepti sunt aut percipi poterant a die .....*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

VII. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus exparte viri.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. G. Sebastianeiii, *Ponens,* S. Many et F. Heiner, Auditores de turno, die 23 martii respondendum censuerunt: *Affirmative.*

VIII. DAMNORUM.

Proposito dubio : *An sententia Rotalis die 26 iulii 1913 confirmanda vel infirmanda sit in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* F. Heiner et I. Prior, Auditores de turno, die 30 martii respondendum censuerunt: *Praedictam sententiam esse in aliqua parte confirmandam, in alia vero infirmandam, ut sequitur: 1) Damna a parocho religioso illata esse reficienda non ab Ordine sed ab ipso religioso in quantum possit, et in defectu aut supplemento illius a conventu seu domo in qua commoratur, satro recursu contra N. N, 2) Damna illa esse reficienda in summa tantum libell. . . . . .*

Ex Cancelleria S. R. Rotae, 12 maii 1914.

T. Tani, *Notarius.*

# SEGRETARIA STATUS

## EPISTOLAE

### I

AD R. D. GRIMAL, QUI BEATISSIMO PATRI, TAMQUAM VENERATIONIS FILIALIS SPECIMEN, EXEMPLAR OPERIS « JÉSUS-CHRIST ÉTUDIÉ ET MÉDITÉ » REVERENTER EXHIBUIT.

Monsieur l'abbé,

Le Saint-Père le Pape Pie X a daigné agréer avec une particulière bienveillance l'hommage de votre beau travail sur *Jésus-Christ étudié et médité, que* Mgr l'Évêque de Rodez Lui a offert en votre nom.

Par la clarté et la précision doctrinale de l'exposition, par la mise au point historique, par la démonstration rigoureuse des propositions émises, vous avez fait, en cette importante étude, œuvre d'une science profonde, puisée jadis aux sources romaines, et développée depuis dans l'enseignement et le ministère des âmes.

Le Souverain Pontife vous félicite de contribuer ainsi à « tout instaurer dans le Christ », et comme gage de sa paternelle bienveillance, Sa Sainteté vous envoie de tout cœur la bénédiction apostolique.

En vous remerciant personnellement de l'exemplaire que vous m'avez gracieusement fait remettre, je vous prie d'agréer, Monsieur l'Abbé, l'expression de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 21 mars 1914

» R. CARD. MERRY DEL VAL.

### II

AD ILLUSTREM VIRUM IOSEPHUM BUSSIERES, PRAESIDEM GENERALEM VELITÜM PONT. C AN AD., OB LITTERAS OBSEQUENTISSIMAS BEATISSIMO PATRI DATAS.

Monsieur le Président,

Le Souverain Pontife, Pie X, a agréé très volontiers l'hommage des sentiments et des vœux de piété filiale que vous avez eu à cœur de Lui offrir, en votre nom personnel et au nom des Anciens Zouaves Pontificaux Canadiens.

Sa Sainteté vous remercie tous de cette nouvelle assurance de fidélité, de dévouement et d'attachement inébranlables à l'Église et à son auguste Chef. - Gomme gage de Sa paternelle bienveillance et des faveurs célestes, le Saint-Père vous accorde de tout cœur pour vous, pour les Anciens Zouaves Pontificaux Canadiens et pour leurs familles, la bénédiction apostolique implorée.

Je saisis avec empressement cette occasion pour vour exprimer, Monsieur le Président, mes sentiments distingués.

- Rome, le 22 mars 1914.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

## III

AD ILLUSTREM PRAESIDEM CETEROSQUE COMITATUS SODALES QUI SOCIETATI MODERANDAE PRAEEST SIC NUNCUPATAE '. « LIGUE INTERNATIONALE CATHOLIQUE CONTRE L'ALCOOLISME ».

Notre Saint-Père le Pape Pie X, qui a bénit avec effusion de cœur les deux cents pèlerins de la Ligue Internationale Catholique contre l'Alcoolisme, me charge de vous exprimer, ainsi qu'à toute votre Fédération, les sentiments de satisfaction et de gratitude qu'il a éprouvés en recevant vos hommages de vénération, avec l'assurance de votre soumission filiale.

Le Souverain Pontife vous félicite du succès de la vaillante croi* sade entreprise par vous à travers le monde, appuyée sur les principes de l'Évangile et guidée par l'autorité de la hiérarchie. Il prie Dieu de féconder le zèle que vous déployez contre le terrible fléau, ennemi des corps et des âmes, et traînant après lui tant de misères physiques et morales.

En bénissant les efforts de toutes les sociétés catholiques affiliées à votre Ligue, le Saint-Père bénit la bonne volonté de tous leurs adhérents et les encourage à persévérer dans leur généreux apostolat;

Les Papes, en ces derniers temps, n'ont pas omis de signaler le mal funeste que vous combattez, et ils ont proclamé la nécessité de prompts et efficaces remèdes. Des conciles provinciaux, des évêques dans toutes les parties du monde, ont jeté le. cri d'alarme et ont éclairé les consciences. À leur suite, des hommes de foi, de science et d'action ont provoqué, par la parole et par l'exemple, un mouvement très salutaire dans les œuvres catholiques de tempérance. Combien il est utile

de montrer le fléau de l'alcoolisme dans ses effets économiques, moraux et physiologiques, en le mettant en corrélation avec la déchéance des individus dont il déprime et ruine la santé, l'intelligence, la conscience, la liberté ; avec la déchéance des familles, au sein desquelles il engendre la confusion et le désordre ; avec la déchéance de la société, qu'il menace dans ses intérêts les plus graves. Aussi bien, parmi les œuvres sociales, il n'en est point de plus urgentes.

C'est pourquoi il sera très agréable au Souverain Pontife de voir votre Ligue se fortifier encore par l'accès de nouvelles sociétés catholiques. Sa Sainteté exprime hautement le désir que le clergé encourage partout cette œuvre de rééducation et de préservation sociales et qu'il se place, par l'enseignement et par l'exemple, au cœur même de la lutte contre un mai qui sème, dans certains pays surtout, tant d'opprobres parmi les fidèles.

Mais ce combat ne conduira sûrement à la victoire que s'il est soutenu par la grâce divine puisée dans la prière, dans la fréquentation des Sacrements et dans la pratique générale de la mortification chrétienne: *Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam (Ps. GXXVI,* 1). Que la lumière de l'Evangile de Jésus-Christ rayonne dans les esprits et dans les cœurs, et le fléau s'arrêtera avec le cortège des maux qu'il entraîne à sa suite.

Le Saint-Père est heureux de bénir votre Fédération avec toutes les sociétés qui la composent; Il bénit votre très vénéré Protecteur, Son éminence le cardinal Mercier, qui met un zèle si digne d'éloges à refouler la marche et à supprimer les causes de l'alcoolisme.

Avec mes vœux personnels et toutes mes félicitations pour votre grande et sainte entreprise, veuillez agréer, Messieurs, l'assurance de mes sentiments tout dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 23 avril 1914

R. CARD. MERRY DEL VAL.

# IV

AD R. P. D. A. HUMBRECHT, PICTAVIENSIUM EPISCOPUM, OB LITTERAS BEATISSIMO PATRI DATAS DE CONFERENTIIS ECCLESIASTICIS.

Monseigneur,

Le Souverain Pontife a été très satisfait d'apprendre par les lettres de Votre Grandeur du 10 avril dernier et par les documents qui les accompagnaient, que les Conférences Ecclésiastiques ont repris dans votre diocèse une nouvelle vie, grâce à l'impulsion magistrale que vous leur aviez donnée par votre lettre du 29 septembre 1912, et aux sages règlements qui en assurent le bon fonctionnement.

Sa Sainteté félicite vos prêtres du soin qu'ils ont apporté dans la * préparation de ces Conférences et ne doute pas que ces travaux, entrepris et poursuivis *in scientia et caritate*, ne contribuent efficacement au juste prestige des pasteurs et à l'édification des fidèles.

0

La grande mission prêcbée à la fois dans les six paroisses de votre ville episcopale par une légion de vaillants religieux, et fréquentée avec tant de profit par de nombreux auditeurs, n'est pas un moindre sujet de consolation pour le Souverain Pontife, qui partage la joie de Votre Grandeur en présence d'un succès si remarquable et si fertile en promesses pour l'avenir.

Aussi est-ce de tout cœur que Sa Sainteté envoie à Votre Grandeur et à tous ses diocésains sa meilleure bénédiction.

Avec mes félicitations personelles recevez, Monseigneur, l'assurance de mes sentiments bien dévoués en Notre-Seigneur.

Du Vatican, le 5 mai 1914.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*2 aprile 1914.* — Mons. Francesco Maria Vagni, segretario di Nunziatura di seconda classe, *Segretario di Nunziatura di prima classe.*

*22 aprile.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Oblate del santissimo Redentore, nella Spagna.*

*28 aprile.* — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore della pia Società Spagnuola di Santa Cecilia Verg. e Mart. per la musica sacra.*

*30 aprile.* — L'Emo signor cardinale Ottavio Cagiano de Azevedo, *Protettore della Congregazione delle Suore Betlemite Figlie del sacro Cuore di Gesù.*

*2 maggio.* — L'Emo signor cardinale Diomede Falconio, *Protettore dell'Opera pia e Sodalizio di san Michele Archangelo ai Corridori, in Roma.*

*3 maggio.* — L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore delle Suore Giuseppine del Messico.*

*4 maggio.* — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Beimonte, *Protettore dell'Arciconfraternita del santissimo Sacramento, in santa Maria in Via.*

*10 maggio.* — L'Emo signor cardinale Diomede Falconio, *Protettore dell'Arciconfraternita della Ssma Natività di N. S. G. C. degli Agonizzanti, di Roma.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Assistente al Soglio Pontificio:*

*22 aprile 1914.* — Mons. Enrico Sibilia, arcivescovo tit. di Side.

*Protonotari Apostolici* ad instar participantium:

*31 marzo 1914.* — Mons. canonico dott. Emilio Roy, vicario generale dell'archidiocesi di Montréal.

*22 aprile.* — Mons. Pietro D'Aquino, arcidiacono della cattedrale di Tivoli.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*30 marzo 1914.* — Mons. Alessandro Vidau, canonico dell'arcibasilica Lateranense.

*4 aprile.* — Mons. Giorgio Maria Le Pailleur e mons. Arsenio Dubuc, dell'archidiocesi di Montréal.

*6 aprile.* — Mons. Wilbrod Cleofa Martin, arcidiacono della chiesa metropolitana di Montréal, e mons. Gaspare Dauth, canonico della medesima cattedrale.

*7 aprile.* — Mons. Tommaso Stefano Duggan, rettore della cattedrale di Hartford.

*22 aprile.* — Mons. Vincenzo Tommasini, canonico della cattedrale di Ascoli Piceno.

— Mons. Francesco Muiesan, canonico della cattedrale di Capo d'Istria.

*23 aprile.* — Mons. Gaetano De Vito, canonico parroco della cattedrale di Foggia.

*24 aprile.* — Mons. Felice D. Mc Carthy, vicario generale della diocesi di Harbour Grâce.

*25 aprile.* — Mons. Edoardo Patrizio Roche e mons. Giovanni St. John, dell'archidiocesi di S. Giovanni di Terranuova.

— Mons. Adalberto Zaborovszky, della diocesi di Cassovia.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*17 aprile 1914.* — Mons. Luigi Brusatin, arciprete di Vedelago nella diocesi di Treviso.

*2 maggio.* — Mons. Giuseppe Casalegno, della archidiocesi di Torino.

*4 maggio.* — Mons. Giulio Kvacsák, Mons. Giuseppe Bombera e Mons. Ferdinando Pawlikowski, cappellani militari dell'esercito austro-ungarico.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :*

*19 aprile 1914.* — Mons. Luigi Gavotta, della diocesi di Foggia.

*20 aprile.* — Mons. Giovanni Chinaglia, della diocesi di Adria.

*23 aprile.* — Mons. Ladislao Saly, prefetto degli studi nel seminario centrale di Budapest.

*26 aprile.* — Mons. Andrea Skrábik, della diocesi di Nitria.

*1 maggio.* — Mons. Ugo Mioni, della diocesi di Trieste.

*Cappellano Segreto d'onore di S. S.:*

*4 Maggio 1914.* — Mons. Francesco Ferényi, cappellano militare di Posen.

*Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :*

*28 marzo 1914.* — Il signor dott. Antonio Maria de Murua conte di Lariz, della diocesi di Vittoria.

*30 marzo.* — Il signor Adamo Giuseppe Kiel di Geisa, della diocesi di Fulda.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*23 aprile 1914.* — A S. E. il sig. Carlo Magalhaes de Azeredo, inviato straordinario e ministro plenipotenziario del Brasile in Grecia.

*La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*1 maggio 1914.* — Al sig. Napoleone Schroeder, dell'archidiocesi di Parigi.

*La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:*

*27 aprile 1914.* — Al sig. Giovanni Lobi, maresciallo luogotenente dell'esercito austriaco e caposezione al ministero della guerra.

*La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno:*

*25 aprile 1914.* — Al sig. avv. comm. Carlo Patriarca, di Roma.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*24 marzo 1914.* — Al sig. Pietro Lotte, dell'arcidiocesi di Parigi.

*16 aprile.* — Al sig. Paolo Robertbeusters, di Anversa.

*23 aprile.* — Al sig. Carlo Hardy, dell'arcidiocesi di Sens.

— Al sig. conte Carlo de Liedekerke, già segretario di prima classe della Legazione del Belgio presso la S. Sede.

*25 aprile.* — Al sig. cav. Basilio Malatakis, della comunità greco-cattolica di Costantinopoli.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*3 aprile 1914.* — Al sig. Giovami^ Vrofimoff, della diocesi di Sira.
*16 aprile.* — Al sig. Eugenio Boumard, di Parigi.
*17 aprile.* — Al sig. Spiridione Nachich, domiciliato a Pola.
— Al sig. Adriano Durand, della diocesi di Langres.
*19 aprile.* — Al sig. dott. Desiderio Bayer-Krucsay, di Budapest.
*30 aprile.* — Al sig. Adolfo Costantini, domiciliato a Bologna.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:*

*17 aprile 1914.* — Ai signori Filippo Hebert e Edoardo Leblanc, già zuavi pontificii, dell'archidiocesi di Montreal.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*18 aprile 1914.* — Al sig. Stefano Cologerá, della diocesi di Ragusa.
*23 aprile.* — Al sig. Leone Giuseppe Boé de Maindreville, della diocesi di Beau vais.
*26 aprile.* — Al sig. ingegnere Filippo Sneider, di Roma.

## NECROLOGIO

*26 aprile 1914.* — Mons. Giorgo Posilovic, arcivescovo di Zagabria.
*5 maggio.* — Mons. Armando Pietro Sabadel, arcivescovo di Corinto.

Annus VI. - Vol. VI. Die 28 Maii 1914. Num. 8.

# ACTA APOSTOLICAE SEDÌS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. X

## ALLOCUTIO HABITA IN CONSISTORIO

DIE XXV MAII ANNO MCMXIV

VENERABILES FRATRES

Ex quo postremum ad vos, in sacrum Consistorium congregatos, verba fecimus, non ita quidem multum intercessit temporis; hoc tamen spatio non pauci de amplissimo Ordine vestro, alius ex alio, desiderati sunt, quorum plures nunc quoque Nos, oculos in nota subsellia coniiciendo, requirimus. In quo digressum discessumque dolentes hominum merito carissimorum, Nostra potius quam eorum causa, dolere videmur : ipsi illuc abierunt, ubi, propter aetatem sancte utiliterque in Ecclesiae fructum peractam iam beati, ut speramus, aevo fruuntur sempiterno; Nos ipsorum pia ope industriaque destituti, etiamnum huius vitae fluctibus iactamur. Itaque non modo viduitati ecclesiarum consulendi, sed etiam Collegii vestri supplendi gratia vos convocavimus, Venerabiles Fratres ; qui cum diligentissime elaboretis, ut curas Nobis ac sollicitudines apostolici muneris faciatis communicando leviores, suppetere vobis socios et adiutores, quibuscum honestissimo oneri pares sitis, aequissimum est. Eo vel magis quod si circumspicimus qui communium rerum

sit cursus, turbulentissima perseverant Ecclesiae tempora, cum et pravarum contagiones doctrinarum ad fidem christiani populi moresque corrumpendos ubique serpant, et ab hominibus qui publicum detrectant imperium Dei, aut religionem de rerum civilium societate depellunt, quotidianos prope impetus sustinere cogamur. - Quamquam tempestiva non desunt Nobis, Dei miserentis beneficio, solatia: ut superiore anno sollemnia saecularia cum agerentur, quod Constantini Magni edicto ex tam longis laboribus aerumnisque conquievisset Ecclesia coepissetque tandem tranquilla frui libertate. Nimirum non poterant quin magno opere Nos illae recrearent, quae continenter per eos menses factae sunt significationes pietatis tam celebres tamque illustres: quibus catholicus orbis cum suam fidem animose confirmavit, tum visus est Crucem Christi tamquam extulisse manibus eamque humano generi laboranti unicum pacis fontem salutisque demonstrasse. Nunc enim, si unquam alias, quaeritur pax; cum videmus late civium ordines ordinibus, gentes gentibus, populos populis infensos, ex simultatibus, quas inter se gerant, quotidie acrioribus in horrífica saepe ac repente certamina erompere. Sunt sane rerum usu praestantes gravissimique viri qui, civitatum atque adeo humanae societatis sibi causa proposita, consilia et rationes communiter elaborant, quemadmodum et calamitates turbarum caedesque bellorum prohiberi et perpetua domi forisque almae pacis praestari bona possint. Optimum enimvero propositum, sed parum fructuosa consilia, nisi detur simul et impense quidem opera, ut iustitiae caritatisque christianae praescripta alte in animis hominum radices agant. Hodie ut tranquillus turbidusve sit status vel societatis civilis vel reipublicae non tam in iis qui rebus praesunt, quam positum est in multitudine. Orbatis autem vulgo mentibus traditae divinitus luce veritatis, nec assuetis animis christianae legis disciplina contineri, quid mirum, si caecis cupiditatibus flagrantes multitudines ad commune exitium praecipites ruant, quo a callidis concitatoribus, qui propriae solum utilitati student, impelluntur? Iam vero, iustitiae et caritatis custos, magistra veri-

tatis a divino conditore suo constituta Ecclesia, cum una omnium maxime ad communem salutem valeat, nonne civilis sapientiae sit in administratione rei publicae non tantum sinere ut suo ea munere solute ac libere fungatur, verum etiam omnibus eam subsidiis adiuvare ? Quod contra fit ; nam sic plerumque agitur cum Ecclesia, quasi non rerum, quibus hic humanus civilisque cultus maxime continetur, procreatrix quaedam et parens fuerit, sed nostis et inimica habenda sit generis humani. Verum non ista commovere Nos debent: scimus, exemplo Christi, ut ad bene faciendum, ita ad iniurias pro beneficiis accipiendas natam esse Ecclesiam; nec ignoramus numquam ei, nedum in rebus asperis, divinam opem defuturam: cuius quidem rei sponsorem habemus Christum, historiam testem. Ipsi centum anni sunt, cum Pontificem Roma suum, contumeliis diuturnae captivitatis exemptum, in maxima orbis terrarum gratulatione triumphans excepit reducem. Mirari tum licuit omnibus, tamquam ornatam laurea martyrii, constantiam sanctissimi senis, qui unus contra potentissimi dominatoris contumaciam restitit victor. At longe maiori fuit miraculo, quod eo etiam tempore apparuit praesentissimum illud auxilium, quod Christus Dominus perpetuum Sponsae suae promiserat. Neque enim e tantis rerum angustiis Pius Septimus emersisset, nisi eum inde conservator Ecclesiae Deus praeter omnium exspectationem eruisset. - Sed ad rem redeamus. Deliberatum est igitur Nobis honore Collegii vestri, Venerabiles Fratres, aliquot afficere praestantes viros, qui vel in episcopali munere vel apud sacra Urbis Consilia vel in alio genere operam suam Nobis egregie probarunt.

Hi sunt:

ANTONIUS MENDES BELLO, Patriarcha Lisbonensis, quem S. R. E. Cardinalem creavimus et in pectore reservavimus anno millesimo nongentesimo undecimo, die vicesima septima novembris, in Consistorio :

VICTORIANUS GUISASOLA Y MENENDEZ, Archiepiscopus Toletanus :

LUDOVICUS NAZARIUS BÉGIN, Archiepiscopus Quebecensis:

DOMINICUS SERAFINI, Archiepiscopus tit. Seleuciensis, S. R. et U. Inquisitionis Assessor:

IACOBUS DELLA CHIESA, Archiepiscopus Bononiensis: *

FRANCISCUS DE BETTINGER, Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis:

IOANNES CSERNOCH, Archiepiscopus Strigoniensis:

HECTOR IRENAEUS SÉVIN, Archiepiscopus Lugdunensis:

FELIX DE HARTMANN, Archiepiscopus Coloniensis:

GUSTAVUS PIFFL, Archiepiscopus Viennensis:

SCIPIO TECCHI, sacrae Congregationis Consistorialis Assessor:

PHILIPPUS GIUSTINI, sacrae Congregationis de Sacramentis Secretarius:

MICHAEL LEGA, Auditorum S. R. Rotae Decanus:

AIDANUS GASQUET, Congregationis Benedictinorum Anglicae praeses.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, publicamus S. R. E. Presbyterum Cardinalem

ANTONIUM MENDES BELLO.

Insuper creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

EX ORDINE PRESBYTERORUM

VICTORIANUM GUISASOLA Y MENENDEZ

LUDOVICUM NAZARIUM BÉGIN

DOMINICUM SERAFINI

IACOBUM DELLA CHIESA

FRANCISCUM DE BETTINGER

IOANNEM CSERNOCH

HECTOREM IRENAEUM SÉVIN

FELICEM DE HARTMANN

GUSTAVUM PIFFL.

Ex ORDINE DIACONORUM

SCIPIONEM TECCHI

PHILIPPUM GIUSTINI

MICHAELEM LEGA

AIDANUM GASQUET.

Cum dispensationibus derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Patris £g et Eilii gg et Spiritus £g' Sancti. Amen.

# LITTERAE APOSTOLICAE

SEMINARIO ARGHIABBATIAE S. VINCENTII O. S. B. DIOECESIS PITTSBURGENSE CONCEDITUR AD SEPTENNIUM FACULTAS CONFERENDI GRADUS ACADEMICOS.

PIUS PP. x

Ad futuram rei memoriam. — Romani Pontifices sacrarum disciplinarum custodes et vindices sollicito iugiter studio Consuluerunt, ut in Ecclesiae spem succrescentes iuvenes germanis doctrinis instituerentur, ideoque muneris Sui esse duxerunt, studiorum palaestram tum condere tum provehere, easque sapientibus legibus moderari, ut alumni pietate non minus quam recta humanarum ac divinarum rerum cognitione imbuerentur, Haec animo repetentibus placuit Nobis dilecti filii Leandri Schnerr optime meriti archiabbatis Abbatiae a S. Vincentio, Ordinis S. Benedicti, votis annuere. Haud enim ignoramus praecipua inter opera, quae inclytus Ordo S. Benedicti, in praesidium atque incrementum catholicae rei, quam constanti iugiter studio promovendam curavit, praeterito vertente saeculo, feliciter peregit, accenseri iure posse Abbatiam S. Vincentii, prudenti sane consilio intra Pittsburgensis dioeceseos fines erectam. Ipsa enim, ex qua ceterae prodiere, quae in perampla Americae septentrionalis regione nunc exstant, abbatiae, honorem Archiabbatiae merito .fuit assecuta, eique adiectum seminarium est ad iuvenes in religione sacrisque disciplinis erudiendos. Iamvero cum laudatus dilectus Filius qui modo Archiabbatiam memoratam scite naviterque moderatur, ad eiusdem seminarii decus augendum, ut scholae sive Facultates Philosophiae et S. Theologiae, academicos gradus conferendi privilegio per Nos decorarentur, semel atque iterum flagitaverit ; et plures e venerabilibus Fratribus regionis illius Episcopis, ut Archiab-

bas idem voti compos fieret, et ipsi suas Nobis preces adhibuerint; id quidem in Ecclesiae bonum unanimi consensu eventurum asserentes; Nos, postquam rem pertractavimus cum VV. FF. NN. S. R. E. Çardd. Studiorum Congregationi praepositis, omnibus mature perpensis quae medium allata sunt, praesertim vero inspecta studiorum ratione quae in adhuc in melius traducenda exhibetur, praefato seminario, apud Archiabbatiam S. Vincentii erecto, privilegium conferendi gradus academicos tam in Philosophia quam in S. Theologia, ad septennium concedendum existimavimus. Siquidem spes Nobis prope certa est futurum ut huiusmodi experimentum felicem ad exitum cedat; eamque animo Nostro spem iniiciunt tum praeteriti temporis promissa, tum religiosorum virorum ipsius Archiabbatiae scientia et sollertia, tum etiam ipsorum erga Romanam Cathedram probata factis observantia. Quae cum ita sint, voluntatem simul Nostram erga Archiabbatiam memoratam eiusque scholarum doctores et alumnos hac singulari concessione significantes, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi declaramus atque statuimus, ut in Archiabbate S. Vincentii pro tempore, insit privilegium ad septennium gradus academicos, tam in Philosophia quam in sacra Theologia conferendi alumnis qui rite praefati seminarii scholas in iisdem facultatibus celebraverint; hac tamen lege servata, ut sub exitum huius scholastici anni Baccalaureatum, sub exitum alterius anni Licentiam, sub exitum vero tertii anni Doctoris Lauream in Philosophia iis conferre queat, qui coram professoribus, ad tramitem schematis sacrae Studiorum Congregationi subiecti, scientiae suae periculum rite fecerint, duasque saltem e tribus suffragiorum partibus retulerint. Qui vero Philosophiae curriculo laudabiliter exacto, sacrae Theologiae studium aggressi sint, iis post secundum annum Baccalaureatum, post tertium Licentiam, post quartum Doctoris in sacra scientia Lauream, eadem servata periculi ac iudicii ratione, quam superius recensuimus, assequi in eiusdem Archiabbatiae seminario fas esto. Quod bonum, felix, faustumque sit, et tum in Dei honorem, tum in Ecclesiae decus, tum in universae christianae reipublicae emolumentum benevertat. Verum praecipimus, ut de rebus notabilioribus et praesertim de peracta graduum collatione, peculiaris relatio quotannis ad sacram Studiorum Congregationem transmittatur. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die **xxi** martii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL,
*a Secretis Status.*

L. ® S.

# EPISTOLA

AD DILECTUM FILIUM PRAESIDEM PIAE SOCIETATIS ANTONIANAE UNIVERSALIS; QUAM LAUDIBUS PROSEQUITUR.

agens archiepiscopale seminarium ingressus, pietate et doctrina admirandum in modum profecit. Mox maiora molitus, quum sua cogitata aperuisset confessario, parentis venia impetrata, mense ianuario exeunte, anno 1885 Sortinum petiit, et post quindecim dies inter tirones Fratrum Minorum S. Francisci quos Gapuccinos vocant, est cooptatus. Statim visus est diligentius Deo servire et altius eminere virtutibus, ut superiores et sodales eum futurum confiderent apostolum magni nominis. Verum brevi tempore contra spem pulmonum morbo correptus eoque vehementissimo, ad caelestia gaudia adspirans et Virginem Deiparam filiali affectu advocans, placidissime obiit die 1 ianuarii anno 1886, magnum relinquens desiderium sui cum fama virtutum. Interim sanctitatis opinio quam Dei Famulus adeptus fuerat in vita, post eius obitum adeo clara et diffusa evasit, ut Inquisitiones Informativae super ea in ecclesiasticis curiis Panormitana et Syracusana Ordinaria auctoritate confectae fuerint. Quibus absolutis et ad sacram Rituum Congregationem delatis, servatisque omnibus de iure servandis, instante Rmo P. Iosepho Antonio a S. Ioanne in Persiceto, Ordinis Minorum Capulatorum postulatore generali, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum necnon Capituli et Cleri maxime parochialis ac seminarii Panormitanáe civitatis et archidioeceseos, rogante etiam Rmo Praeposito generali et universa Familia Minorum Capuccinorum, Emus ac Rmus dominus cardinalis Dominicus Ferrata, huius Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative* seu *signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 28 aprilis 1914.

Quibus omnibus sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habuit, et propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae servi Dei Iosephi Mariae a Panormo, tironis Ord. Min. S. Francisci Capulato rum, die 13 maii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. B. C. Praefectus,*

L. $ S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien, *Secretarius.*

III

## DECRETUM

ADPROBATIONE ET CONCESSIONIS CIRCA OFFICIA ET MISSAS DE COMMUNI PLURIUM CONFESSORUM PONTIFICUM VEL NON PONTIFICUM ET PLURIUM VIRGINUM VEL NON VIRGINUM.

Quum in Kalendariis particularibus aliquoties duo vel tres Sancti aut Beati sub eodem Communi descripti, eadem die et sub eodem ritu ita occurrant, ut unico Festo, Officio et Missa sint recolendi ad normam decreti 28 octobris 1913, humiles enixaeque preces ab eiusmodi Kalendaria habentibus sacrae Rituum Congregationi porrectae sunt, ut pro his casibus nova Officia cum Missis de Communi, praeter cetera iam exsistentia, conficere atque adprobare vellet, in Propriis particularibus opportune inserenda. Sacra porro ipsa Congregatio his votis precibusque indulgens, facto verbo cum sanctissimo Domino nostro Pio Papa X, quatuor Officia cum Missis de Communi, nempe plurium Confessorum tam Pontificum quam non Pontificum itemque plurium tam Virginum quam non Virginum concinnanda curavit; atque, opere diligenter absoluto et reviso, eiusdem sanctissimi Domini nostri auctoritate probavit. Potestatem insuper fecit Rmis Episcopis aliisque locorum Ordinariis ac Superioribus cuiusvis Ordinis, Congregationis seu Instituti Kalendarium particulare habentis, suprarelata Officia et Missas de Communi, iuxta prudens eorum iudicium, respectivis Propriis adprobatis inserendi, et semel pro semper ecclesiis, clero aliisque personis ad divinum Officium recitandum adstrictis ac subditis concedendi, iubendi ac praeceptiva declarandi in enunciatis Festis, sive ex integro, sive pro ea parte quae de Communi sumenda est, si altera propria habeatur. Pro clero autem saeculari almae Urbis sacra eadem Congregatio, de mandato ipsius sanctissimi Domini nostri, eadem Officia praeceptive adhibenda esse declarat.

Contrariis non obstantibus quibuscumque etiam, speciali mentione dignis. Die 22 maii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. i$( S.

*f* Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretaria.*

# IV

## DECRETUM

CIRCA" FESTA PROPRIA, QUAE IN ALIQUIBUS RELIGIOSORUM PROVINCIIS, CONVENTIBUS, MONASTERIIS AUT DOMIBUS SPECIALI RATIONE RECOLUNTUR.

Ut debitae uniformitati in Ordinibus et Congregationibus religiosis quoad rem liturgicam consulatur, et quaedam incommoda, quae ex reformatione Kalendariorum generalium in Religiosorum provinciis, conventibus, monasteriis aut domibus oriri possent, propulsentur, sacra Rituum Congregatio, audito suffragio Commissionis pro ordine psalteriali reformando constitutae, sequentia statuere censuit:

I. Festa Sanctorum Ordinis seu Congregationis, in ecclesiis coenobii, monasterii aut domus, in quibus obierunt, vel eorum corpus aut insignis reliquia asservatur, sub ritu Duplici secuudae classis recolantur. Festis vero Beatorum, sive solemniter sive aequipollenter beatificationis honores adepti sint, ritus duplex maius, in casu exposito, tribuatur : ritu tamen duplici minori assignato Festis Beatorum huiusmodi pro reliquis eiusdem religiosae provinciae conventibus, monasteriis seu Domibus, quatenus in Ordinis seu Congregationis Kalendario eis ritus tantummodo Semiduplex aut Simplex fuerit adscriptus. Servatis tamen legibus de occurrentia et concurrentia, et abolito, in casibus expositis, ritu superiori, sicubi fuerit concessus.

II. Festa Sanctorum Ordinis seu Congregationis, qui sive in tota Ecclesia sive in universo Ordine aut Congregatione extra diem obitus celebrentur, in die assignata iugiter recolantur, etiamsi eisdem Festis ritus altior competat et qualitas Titularis propriae ecclesiae vel Patroni religiosae provinciae accedat; servata tamen uniformitate cum clero saeculari, quoties ab hoc iidem Sancti qua Patroni locorum principales, vel ecclesiarum cathedralium Titulares extra diem pro tota Ecclesia vel pro universo Ordine aut Congregatione assignatam, celebrentur, ut uniformitas inter utrumque clerum habeatur.

III. Festa Sanctorum Ordinis aut Congregationis, qui Patroni locorum principales vel cathedralium ecclesiarum Titulares sint, a Religiosis utriusque sexus eiusdem Ordinis aut Congregationis ibidem sub ritu Duplici primae classis cum Octava, uti a clero saeculari, recolantur. Item si Festa Sanctorum vel Beatorum Ordinis aut Congregationis ritu

superiori a clero saeculari alicuius dioecesis aut loci recolantur, ibidem etiam a Religiosis utriusque sexus eiusdem Ordinis aut Congregationis eodem ritu superiori celebrari poterunt, dummodo in dioecesi vel loco eadem die de huiusmodi Sanctis vel Beatis fiat Officium, qua fit in Ordine aut Congregatione.

IV. Festa Beatorum, etiam sicubi sub ritu altiori, quam apud Ordinem universum aut Congregationem, celebrentur, in die quo apud Kalendarium generale Ordinis aut Congregationis inscribuntur, inviolate recolenda sunt, et a Sociis minime separentur; attamen Beati proprii nomen et gesta, quae seiuncta sint, nomini et gestis Sociorum praeferantur.

V. Si Festa Sanctorum aut Beatorum Ordinis vel Congregationis, quae hucusque in die obitus et cum magno populi concursu agebantur, in posterum, ob Kalendarii reformationem, extra eamdem diem celebranda sint; poterit Superior generalis permittere ut in ecclesiis conventuum, monasteriorum aut domorum, in quibus iidem Sancti aut Beati obierunt, vel eorum corpus aut insignis reliquia asservatur, unica Missa cantata et alia lecta more festivo de iisdem in praefato die obitus celebrentur, dummodo non occurrat Festum Duplex primae classis, aut aliquod ex Officiis Duplicia primae classis impedientibus.

Atque haec omnia sacra eadem Congregatio, facto verbo cum Sanctissimo, ab Ordinibus et Congregationibus religiosis utriusque sexus, quae Romano utuntur Breviario, servanda mandavit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Die ***m*** maii 1914/

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ® S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst, *Secretarius.*

V

# DUBIA

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione submissa sunt, nempe:

I. Quodnam Officium sumendum sit a dioecesibus Galliae, quae hucusque Festum S. Genovefae Virg. in Kalendario dioecesano inscriptum non habebant,

IL Quodnam Officium item recitari debeat in Hispania pro Festis Ss. Fulgentii, Ildephonsi ac Leandri, utrum scilicet de Doctoribus, ut hucusque factum est, an de Communi Confessorum Pontificum,

III. Utrum Lectiones emendatae in Festis Ss. Felicis III Papae et Conf., Benedicti Iosephi Labre Conf., Felicis a Cantalicio Conf., Ioannis Baptistae de Rossi Conf., Hadriani III Papae et Conf., Rochi Conf., Hilari Papae et Conf. ac Eusebii Papae et Mart., necnon Bb. Urbani V Papae et Conf., Gasparis del Bufalo Conf., Ioannis Leonardi Conf. et Victoris III Papae et Conf., quae in Proprio Romano nuper adprobato habentur, sumi debeant vel possint ab omnibus dioecesibus seu institutis eadem Festa celebrantibus, quae magis proprias non habeant,

IV. Utrum in Propriis particularibus fas sit Lectiones historicas Festorum Ecclesiae universalis, quae in respectivis Kalendariis impedita ab Officio nobiliori, Commemoratione tantum pollent, contractas in unam redigere, uti factum est in praefato Proprio Romano.

Et sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. Sumatur Officium adprobatum die 27 ianuarii 1853, et hucusque pro aliquibus locis ad calcem Breviarii adpositum,

Ad II. Nihil innovetur,

Ad III. Congruentius posse, sed non teneri; iuxta decisionem ab Ordinario seu Superiore semel pro semper sumendam et in posterum observandam,

Ad IV. Affirmative et in casu Lectiones contractae a sacra Rituum Congregatione postulentur.

Atque ita rescripsit, die 25 maii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

# SACRA ROMANA ROTA

## GREMONEN.

IURIUM

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die vero 17 februarii 1914, RR. PP. DD. Michael Lega, Decanus,* Ponens, *Guilelmus Sebastianeiii et Seraphinus Many, Auditores de turno, in causa* Cremonen. - Iurium, *inter dominum* Eugenium Cremonesi, *actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Henricum Benvignati, et dominum archipresbyterum* Marcellinum Rebissoni, *conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem advocatum Carmelum Conte, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

In oppido a S. Ioanne nuncupato, dioecesis Cremonensis, praeter ecclesiam parochialem, Nativitati S. Ioannis dicatam, exstat oratorium sub titulo Ssmae Trinitatis; et hodierna quaestio, primum, versatur circa independentiam, vel minus, huius oratorii ab ecclesia parochiali; quare rogata est haec dubitandi formula: *An oratorium Ssmae Trinitatis in oppido S. Ioannis in Cruce, sit independens a parochi iurisdictione in casu?*

Praeterea hodierna actione alia proponitur quaestio, quia ecclesia parochialis per Bullam Innocentii Pp. XIII, sub die 4 septembris 1722 evecta est ad dignitatem ecclesiae collegiatae, ibi fundato canonicorum collegio cui parochus cum dignitate et titulo archipresbyteri canonici praesideret.

Per leges eversivas a Napoleone 1 imperatore et Italiae rege editas, haec collegiata sub anno 1810 direptionem suorum bonorum passa est, cum *leges civiles* eam uti suppressam haberent et exstinctam. Inquam *leges civiles,* siquidem auctoritas ecclesiastica nunquam eiusmodi direptionem ratam habuit aut confirmavit, quamvis impedire non valeret effectus necessario secutos a decreto civilis potestatis.

A tempore quo huiusmodi decretum exsecutioni datum est, canonici qui adhuc obtinebant praebendas, derelicta ecclesia parochiali, servitium chori coeperunt celebrare in oratorio Ssmae Trinitatis, unde opinio invaluisse videtur in populo, seu traditio, collegiatam fuisse trans-

latam in dictum oratorium, eo magis quod parva campanula e parochiali ecclesia ad oratorii turrim campanariam translata èst, itemque nonnulla utensilia, collegiatae pertinentia, veluti *Crux astilis.*

Verum extra dubium versatur a decretae suppressionis tempore, Capitulum legis effectum subiisse, et praebendas, cum eorum possessores decedebant vel alimode eas dimittebant, habitas fuisse uti exstinctas, eorumque reditus patronos sibi vindicasse, habita tamen ratione, uti videtur, piae fundatorum voluntatis.

Equidem, ipsis patronis id postulantibus, Ordinarius Cremonen. sub anno 1833 duo beneficia erecta in dicta collegiata, alterum sub titulo S. Iosephi, alterum sub invocatione S. ioannis Baptistae, uniit ad effectum ut talia beneficia taliter unita « semper conferantur uni capellano qui « in paroecia S. Ioannis in Cruce eiusdem loci residere, missam festivam « in oratorio Ssmae Trinitatis eiusdem loci celebrare, aegrotis adsistentia « atque ecclesiasticis functionibus coadiuvare respective teneatur ». Hoc beneficium ex duabus praebendis coalescens, hodie obtinet Eugenius Cremonesi, in causa Actor, qui hac de causa contendit, sibi veluti uni superstiti veteris collegiatae, per competentem Ecclesiae auctoritatem nunquam suppressae, adiudicandos esse reditus universos adhuc superstites eiusdem collegiatae. Proinde proponitur altera rogandi formula: *An sacerdoti Eugenio Cremonesi utpote eiusdem oratorii capellano, cuius beneficium ex duobus canonicatibus insignis collegiatae, olim in ecclesia parochiali S. Ioannis in Cruce exsistentibus, coalescit, ius competat percipiendi reditus aliorum beneficiorum eiusdem collegiatae, in casu?*

Quaenam sint et in quanam mensura haec bona quae sibi vindicat Actor, non interest modo in specie significare, cum res explicanda esset in sententiae exsecutione, si haec actori arrideret; sed innuisse dixerunt Domini sufficere, patronos adhuc in possessione esse quorundam bonorum e collegiatae patrimonio derivantium, quamobrem quotannis nonnullis piis legatis satisfaciunt in ecclesia parochiali et reditus etiam suppeditant in remunerationem coadiutoris parochialis.

Notandum insuper voluerunt Domini, relate ad secundum Dubium, quaestionem non posse respicere reditus quinque beneficiorum quae fuerunt erecta in ecclesia parochiali. Etenim beneficia sunt diversi ordinis, tres enim praebendae sunt canonicales, duae beneficíales. Cum igitur dominus Cremonesi duas habeat praebendas canonicales, potest tantummodo praetendere, uti canonicus, partem tertiae praebendae canonicalis vacantis.

Praeterea non est abs re innuere, quamvis hoc directe non comprehendatur in hodierna quaestione, actorem sibi quoque arrogare nedum

independentiam a parochia, sed ab ipsa Curia dioecesana, in iis nempe circa quae antiqua collegiata immediate pendebat a S. Sede vi legis fundationis, et hac lege ipsum frui contendit, cum collegiatae iura in ipso uno superstite hodie cumulentur.

Et modo utrumque Dubium singillatim expendendum est.

*In facto* circa controversam independentiam oratorii ab ecclesia parochiali, oportet dispicere originem oratorii. Hoc, quoad hodiernam moiitionem, fertur coeptum fuisse exstrui anno 1596 et initio anni 1602 nondum esse absolutum, idemque reiectum fuisse loco vetusti oratorii in ruinam collapsi. In hoc sedem habebat quaedam sodalitas, vulgo *consortium*, a Bma Virgine nuncupatum; quod dein in ecclesiam parochialem translatum est, et in oratorio sedem fixit sodalitas a Ssma Trinitate dicta, seu alias, sub titulo Societatis Disciplinantium (vulgo *dei Disciplini)* aggregata archisodalitati a Ssma Trinitate in Urbe, quacum commune habet institutum.

Propterea, in ipsa ratione facti, praestat adnotare /arctam connexionem usque habitam inter ecclesiam parochialem et oratorium, siquidem sodalitates supra memoratae antea institutae in parochiali, progressu temporis se transferunt in oratorium, aut vice versa. Neque praetereunda est translatio collegii canonicorum parochiali ab ecclesia ad oratorium, quae, uti omnia facti adiuncta explicant, locum habuit, non ut canonica sedes collegii mutaretur, sed quo facilius evitarentur molestiae canonicis incumbentes, si in spretum legum eversivarum, prosecuti essent divina officia celebrare in ecclesia parochiali. Quod adeo verum est ut, vi harum legum, praebendae sensim disparuerint et, uti narratum est, sub anno 1833, unio decreta sit duarum praebendarum canonicalium ut constitueretur in dicto oratorio beneficium coadiutorale pro parochia a S. Ioanne in Cruce.

Ratio autem historica originis huius oratorii videtur non disiungenda ab adiunctis loci, seu a necessitate fidelium parochianorum qui in maiori numero incolunt longe ab ecclesia parochiali prope oratorium, atque in oratorio commode explent divinas functiones.

Hac de ratione editum est decretum ab episcopo Spaciano qui iussit anno 1602: « Per la lontananza quale è dalle case alla chiesa « parrocchiale, ordiniamo che in questa chiesa (nempe in oratorio) si « insegni tutte le Feste la dottrina cristiana alle putte, per le maestre « delle quali il rettore farà elezione di donne idonee ...» etc.

Ab unione facta duarum praebendarum canonicalium anno 1833 arctius factum est vinculum oratorii ad ecclesiam, cui istud omnino in

subsidium destinatum fuit, operam praebente capellano qui in hunc finem obtinuit praebendam coadiutoralem.

Modo sub aspectu *iuris* perpendenda est quaestio. Atqui hac de re certa regula desumitur ex cap. II, *de capp. monach.*, et cap. final, *de off. Archidiac,* Decret. Gregor. IX, scilicet ecclesiam parochialem D on habere in iure fundatam intentionem super subiectione alterius ecclesiae sitae intra limites suae paroeciae, praeterquam ad iura parochialia. Convenit Doctorum communis opinio. Ita Fagn. in cap. *Aud. de eccl. aedif.;* Schmalzg., *de capp. monach.*, n. 17; De Luca, disc. 31, n. 6, *de paroch.* et concinit iurisprudentia N. S. O., Aversana, *Funeral.*, c. Coccino, 23 iunii 1634; Bisinianen., *Praeeminentia* r. c. Ansaldo, 10 februarii 1710, in decis. c. Molines, 3 iulii 1705 et 12 iunii 1713 et passim in aliis S. O. decisionibus. De Bonis, *de Oratoriis publicis,* cap. 8, n. 135 et seqq.

An, ex adverso, aliquam et qualem intentionem habeat ecclesia cathedralis super eiusmodi subiectione ecclesiae inferioris non parochialis, disceptatum est c. me in Segusina, die 6 aprilis 1909 et c. R. P. D. Prior, item in Segusina, die 5 maii 1910.

Itaque oratorium a Ssma Trinitate non praesumitur esse subiectum ecclesiae parochiali eique subsidiarium, uti contendit archipresbyter S. Ioannis in Cruce, nisi hoc probet, vincens contrariam praesumptionem. Neque rem evincit decretum episcopi Spaciani, statuens sacram catechesim tradendam esse puellis in dicto oratorio ; nam celebre decretum Urbis et Orbis anno 1703 plene firmavit et melius determinavit regulam supra expositam, et ad dubium XVII « An parochus, invitis « confratribus, docere possit doctrinam christianam in praedictis eccle- « siis et oratoriis publicis vel privatis a parochiali divisis et separatis? » respondit: « Negative ». Sed haec quaestio proposita examini S. C. Concilii, aliam habuit solutionem, directe respicientem, non iura parochorum, sed episcopi Ordinarii facultates, etenim dubio « An sit removendum « exercitium catechismi et docendi puellas in ven. ecclesia Confrater- « nitatis S. M. de Humilitate, nuncupata Quadraginta Horarum, civitatis « Mantuae? » die 23 augusti 1742 S. C. respondit: « Negative ». Quaenam vero esset mens S. Congregationis patet ex responsione reddita die 29 augusti anno 1733, nam proposita quaestione, an rector cuiusdam ecclesiae non parochialis « teneatur permittere ut parochus doceat in «dicto oratorio doctrinam christianam, vel possit hoc impedire?» responsum est: « Arbitrio Ordinarii ». Quamobrem in nostro casu, Domini dixerunt quod, cum ipse Ordinarius edidit praefatum Decretum, usus est facultate quam in genere Decretum Urbis et Orbis 1703 abiu-

dicat parochis, quamque, in casu alicuius necessitatis attribuendam esse episcopo censuit S. G. Concilii, incolumi tamen immunitate seu independentia ecclesiae inferioris a parochiali ecclesia ad tramitem iuris. Proinde argumentum inferri non potest in favorem parochialis ab isto decreto episcopi Spaciani, uti contendit archipresbyter.

Ast alia concurrunt argumenta quae eius intentionem evincunt. Porro in facto, ut iam animadversum est in explananda factispecie, ecclesiam a Ssma Trinitate subsidiariam operam praebuisse semper ecclesiae parochiali eruitur a ratione suae originis, quum exstructa fuerit in ipso oppido ubi frequentior erat populus, ideoque distans ab ecclesia parochiali fere ad mille passus, adeo ut non sine incommodo gravi ad parochialem accedere non posset, ibique sacras functiones et sacramenta participare. Inde factum est ut in dicta ecclesia asservantur, uti adiuncta documenta probant, et non inficiatur actor, sanctissimum Eucharistiae sacramentum, quod per se non potest asservari ex communi iure, seu absque indulto apostolico, nisi in ecclesiis parochialibus, uti firmatum est in decreto Urbis et Orbis 1703 ad XXIV. Asservari autem posse in ecclesiis filialibus, seu subsidiaris parochiae est communis Doctorum doctrina et constans iurisprudentia Ss. Congregationum, uti patet ex responsione S. C. Concilii in Catacen., *Parochialitatis,* octobris 1706, et S. C. EE. et RR. in Composteli., 15 novembris 1890, apud Collect. S. C. de Propaganda Fide edit. a. 1893, n. 2165 (cfr. Gasparri, *De Ssma Eucharistia,* n. 976).

Item vicissitudines sodalitatis sub titulo Ssmae Trinitatis, quae transit ab ecclesia parochiali ad ecclesiam, dein nuncupatam a sanctissima Trinitate, et ab hac ad parochialem transmigrât alia sodalitas, seu consortium, dictum a Ssma Virg. Maria; et postrema transmigratio canonicorum qui, cum tute et commode in ecclesia parochiali functiones chorales peragere non possent, se contulerunt in ecclesiam a sanctissima Trinitate, remanente tamen archipresbytero parocho seu praeside Capituli in parochiali; haec omnia nempe iacta docent aperte inter unam aliamque ecclesiam arctam usque intercessisse connexionem, et respectu ecclesiae parochialis alteram sortitam esse a sua origine naturam ecclesiae subsidiariae seu auxiliaris.

Haec conclusio aliis duobus firmatur argumentis. Primo quia Fabrica ecclesiae parochialis in subsidium venit huius oratorii, quod facere non posset nisi oratorium ipsum subsidio esset ecclesiae parochiali. Unde ad municipium Fabrica parochialis in quadam relatione exarata anno 1887, haec, quasi publice nota, scribere poterat: « Aggiun« gasi a tutto ciò che, sciolta la Società della Disciplina, quella Chiesa

« passò in amministrazione alla fabbriceria parrocchiale, là quale curò « sempre, e cura tuttavia, la conservazione e il mantenimento della « relativa fabbrica, la provvede di olio, cera e di tutti gli oggetti di « consumo necessari all'esercizio del culto, paga il personale inserviente « alla stessa, la comprende insomma nei beni parrocchiali, di cui le fu « affidata l'amministrazione e sempre ne rese conto all'autorità governa- « tiva ». Itaque de harum rerum publica notitia et veritate dubitare non fas est; Municipium enim, cuius maxime intererat, facilius poterat falsum detegere. Unde anno 1834, imo ab ipso tempore suppressionis Societatis Discliplioantium, oratorium Ssmae Trinitatis habebatur ut dependens ab ecclesia parochiali, imo ut ad illam pertinens. Quod supponit etiam parochum liberrime hoc in oratorio quasvis functiones exercuisse, illudque habuisse uti oratorium, ut ita dicam, parochiale. Quod aliunde notum erat publice, uti in citata relatione anni 1887 scribit Fabrica ad municipium : « Da quel tempo a tutto oggi è poi « notorio che in detta chiesa il parroco e per questi il suo vicario vi « insegnano ogni festa la dottrina, e vi spiegano i Ss. Evangeli, vi die- « dero benedizioni al popolo, vi celebrarono Messe a comodità della « popolazione, vi amministrarono sempre i sacramenti della Confessione « e della Eucaristia, e sempre dai parroci fu diretta, sorvegliata e fun- « zionata ».

Praeterea, quia in legibus eversivis Iosephi II imperatoris comprehensum non est istud oratorium, inferendum est ei recognitam fuisse qualitatem ecclesiae subsidiariae, secus infausta decreta non effugisset.

Quam conclusionem hodie nullam amplius admittere dubitationem, eruitur ex hodierno statu, cum in ea exercere debeat munus capellani parochialis sacerdos qui obtinet praebendas canonicales, unitas decreto anni 1833 ut ista capellanía « conferatur uni capellano qui in paroecia « S. Ioannis in Cruce residere, missamque festivam in oratorio Ssmae Tri- « nitatis eiusdem loci, hora opportuna a parocho designanda, celebrare, « eundem parochum in religiosa instructione, aegrotis adsistentia atque « ecclesiasticis functionibus coadiuvare respective teneatur ».

Iamvero actor Eugenius Cremonesi hoc beneficium coadiutorale obtinet iam a 37 annis ; ast hodie contendit unionem factam ab episcopo Sardegna de Koenstein esse nullius valoris et ipsum possidere antiquas praebendas canonicales, legitime fundatas in ecclesia S. Ioannis in Cruce, dein legitime translatas ad ecclesiam Ssmae Trinitatis. - Verum, quoad primam assertionem, nempe unionem esse nullius valoris, Domini dixerunt hoc nullimode probari, cum e contra facile ostendatur hanc unionem hodie plena frui iuris auctoritate et vi.

Episcopis competere facultatem uniendi beneficia non est ambigendum, uti docet Schmalzg., *de praeb, et dign.,* n. 174; Leuren., *For. eccles.,* part. III, q. 901, n. 1; Pirhing, h. t., n. 205; Garcías, *de benef.,* part. 12, c. 2, n. 162, reservatur autem supremae auctoritati Romani Pontificis unio episcopatuum et in genere beneficiorum consistorialium, arg. C. 8, *de excess, proel.* 1. V, Decret. Gregor. IX.

Neque obstat in casu praebendas fuisse canonicales et per earum unionem veluti exstingui ipsam ecclesiam collegiatam, quod episcopo facere non competit. Neque obstat quod docet Lotter, *de re benef,* 1. I, q. 34, n. 51, nempe non posse episcopum quando status alicuius beneficii positus et determinatus est ab ipso Papa (ut accidit in casu) hunc beneficii statum in alium mutare, auctoritate propria.

Nam revera istae praebendae erant adeo tenues ut non reperiretur qui eas acceptare vellet, et tunc episcopum posse has praebendas vel canonicales unire, docet cum communi Schmalgz., 1. c, n. 185, nam est casus necessitatis, et ideo habetur iusta causa unionis.

Ceterum mentem Episcopi fuisse facere unionem titulorum exstinctivam eruitur ex textu Decreti unionis, ubi haec duo beneficia vocantur « alias canonicales » et uniuntur ut fiat beneficium coadiutorale.

Quod si opponatur deficere consensum Capituli, seu non apparere fuisse exquisitum, uti ius expostulat, secus unio est irrita, arg. c. 2, *de rebus eccles, alien.,* in Clement.; Conc. Trid., sess. 21, cap. 5, *de reform.;* Schmalgz., h. t. n. 187; animadverterunt Domini, hunc consensum fuisse ab episcopo exquisitum argui ex ipsis verbis Decreti « visis videndis et « peractis peragendis ».Et omittendum non est quod tradit Bened. XIV, episcopos pluribus in locis praescripsisse contra auctoritatem propriorum Capitulorum in iis quae respiciunt consilium aut consensum exquirendum ab Ordinariis.

Ast detur revera hoc vitium seu defectum consensus Capituli ab initio infecisse actum unionis, et forsan alium defectum non defuisse, videlicet, revera hanc unionem agere non potuisse episcopum ordinaria potestate, uti asseritur in ipso decreto unionis; quia res erat de supprimendis canonicatibus, et implicite ipsa ecclesia collegiata; et hoc superexcedit ordinariam episcoporum auctoritatem. Sed etiam in hoc subest dubitatio, seu utrum hanc potestatem in casu habuerit episcopus ob reditus insufficientes praebendarum, uti antea animadversum est.

Ad haec, non abs re est animadvertere, peculiares conditiones quibus versabantur tunc hae provinciae post rerum subversionem publicarum secutam sub Napoleone I imperatore, adeo ut coniicere liceat sive ob leges concordatas civilem potestatem inter et Ecclesiam, sive ob pecu-

liaría indulta, auctam tunc fuisse potestatem Ordinariorum, quo melius rerum necessitatibus ipsi mederentur.

Quae animadversiones certo non valerent omnem disiecere dubitationem et anxietatem, nisi succurreret remedium iure comparatum ne rerum dominium semper incertum sit, 1. 1, *de usurpât, et usucup.*, in Digest, seu praescript.

Porro Domini dixerunt non obstare regulam iuris XVIII in VI: « Non firmatur tractu temporis quod de iure ab initio vitiosum est ». Nam solo tractu temporis non sanantur vitia, nisi accedat possessio certo modo et tempore continuata, unde reg. 3, iuris in VI: « Sine possessione praescriptio non procedit ». Possessionem autem in re nostra adfuisse eamque legitimam et bona fide continuatam ambigere non licet; quia iam ab 80 annis unio decreta est et beneficium taliter unitum conferri consuevit et usque pacifice collatum et possessum fuit absque ulla contradictione, adeo ut tantum hodie moveat quaestionem de legitimitate unionis Eugenius Cremonesi qui ipsum beneficium possidet iam a 37 annis.

Quia habetur titulus seu decretum unionis, tempus requisitum ad praescribendum in huiusmodi rebus immobilibus est 40 annorum. Arg. cc. 4, 6, 8, 9 *de praescripta* in Decret. Gregor. IX; excepta tantum est Ecclesia Romana cuius adversus bona praescribitur spatio centum annorum.

Neque dicatur titulum fuisse vitiosum, et hinc non posse invocari praescriptionem, quia *melius est non habere titulum, quam habere vitiosum.* Nam vitia huius tituli, aliunde iusti, ut vidimus, non sunt certa et perspecta, et hinc praesumere licet contrarium et hoc in casu iuvat praescriptio. Reinffenst., *de praescripta* num. 143 et Pirhing, h. t. num. 95.

In themate autem cum a decreto unionis iam dilapsi sint 80 anni, superabunde suppetit necessarium tempus praescriptionis.

In decreto vero unionis, una simul rata habetur et firmatur dependentia ecclesiae a Ssma Trinitate ab ecclesia parochiali; quamobrem decretum unionis seu constitutio praebendae coadiutorialis, pro tempore quo editum est, supponit iam tunc hanc ecclesiam fuisse subsidiariam ecclesiae parochialis.

Hodie vero, quidquid fuerit de conditione istius ecclesiae tunc temporis, haec dependentia in dubium vocari non potest, quia beneficium coadiuto rale necessario secumfert et constabilivit legitime eiusmodi dependentiam.

Quae conclusio absolvit omnimode quaestionem *primi* Dubii, quia evincit dependentiam oratorii ab ecclesia parochiali, sed continet etiam

*secundi* Dubii solutionem, quia Eugenius Cremonesi, eatenus personam habet standi in hoc iudicio, quatenus est coadiutor parochialis; adeo ut, si vera esset eius assertio unionem beneficiorum non sustineri, nec sustineretur collatio ei facta, et hinc nullam haberet actionem in iudicio. Cum vero, uti demonstratum est, beneficium coadiutorale pleno fruatur valore et nullimode eius constitutio impeti valeat, proinde hodie Eugenius Cremonesi iura praebendarum canonicalium, etsi quae essent, nullimode sibi vindicare potest.

Quibus omnibus igitur sedulo perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus propositis duobus dubiis respondentes: *Negative ad utrumque.* Expensas vero iudiciales declaramus esse inter partes compensatas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 17 februarii 1914.

M. Lega, *Decanus Ponens*
G. Sebastianeiii.
L. $ S. S. Many.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 18 martii 1914.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

# SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

## THELESINA SEU GERRETANA

RESTITUTIONIS IN INTEGRUM ET IURIUM

*inter RR. DD. Antonium ladanza et Adulphum Leone, parochos oppidi Solisopacae, repraesentatos per legitimum procuratorem sac. Aloisium Lavitrano, advocatum, et Ecclesiam Receptitiam Ssmi Corporis Christi eiusdem oppidi, repraesentatam per legitimum procuratorem sac. Nazarenum Patrizi, advocatum.*

In oppido Solisopacae dioecesis Thelesinae duae exstant paroeciae, quae proprio continentur ambitu, altera sub S. Martini episcopi, altera sub S. Mauri nomine dicata, atque ambarum parochi titulo archipresbyteri gaudent. Iamvero aucta oppidi plebe, quum impar spiritualibus illorum fidelium necessitatibus praedictorum parochorum opera evasisset, in id consilii deventum est, ut commodiori in loco, medioque fere oppido, fidelium incolarum et municipii stipe generose conrogata, ecclesia exstrueretur, ad animarum procurandam tutius salutem. Quae quidem ecclesia, condita, uti videtur, saec. xvi vertente vel ineunte xvn, Ssmi Corporis Christi cultui fuit dedicata. Quum isti ecclesiae primitus omnes clerici, qui in oppido Solisopacae ortum deducerent, addicti fuissent, ab initio ecclesia exstitit *Receptitia innumerata.* Attamen clericis eidem inservientibus onus parochos S. Martini et S. Mauri in cura animarum coadiuvandi incubuit.

Ecclesia haec receptitia, vetustissima ex consuetudine atque exclusive gaudet iure sepulturae, et ibidem tantummodo duobus saltem abhinc saeculis funera, exsequiae, anniversaria aliaeque similes caeremoniae celebrantur; populus autem peragit solemnitates ordinarias atque extraordinarias, concionibus tum dominicalibus tum quadragesimalibus, sacrisque missionibus interest.

Oppidani numero plus quam sex millium recensentur. Praedicti autem parochi etsi fundationis statuto semper amoti fuerint a cooptatione in Ecclesiam Receptitiam, quae suo gubernatur rectore; attamen etiam ipsi pariter cum clero eiusdem admittuntur omnibus functionibus

adventitiis; imo in funeribus praedicti parochi sumunt insuper propinarci pro *iure benedictionis.* Res pacifice sese longo tempore habuerunt. Clerus Ecclesiae Receptitiae adeo feliciter auctus est, ut anno 1800 triginta numerarentur sacerdotes participantes, quorum ope parochi in exercenda animarum cura non parvum levamen auxiliumque capiebant. Quae ocncordia inter parochos et clerum Receptitiae nunquam turbata est; nec quidem post leges eversivas anno 1867 promulgatas, quae statum iuridicum ecclesiarum receptitiarum prorsus delebant, earumque redditus et bona, quibusdam sub conditionibus, municipiis attributa voluerunt. Etenim anno 1883 clerus Receptitiae per initam pro bonorum administratione sibimet vindicata conventionem, negotium ita componere obtinuit, ut Ecclesia Receptitia Ssmi Corporis Christi in suo primaevo statu consistere potuerit.

Initium controversiae repetendum est ex quo sacerdos Antonius Iadanza paroeciae S. Martini nominatus fuit archipresbyter. Iste enim sua in paroecia cunctas eas functiones, quae fieri solebant in Ecclesia Receptitia peragere coepit. Verum sacerdotes Receptitiae seu *capellani* quum recursum interposuissent contra istud factum apud Ordinarium Thelesinum, hic emisit sub die 1 februarii 1902 Decretum, quo parocho S. Martini interdicitur *di celebrare nella sua parrocchia funerali, anniversari ed altro;* secus fuisset ipso facto *a Divinis suspensus.*

Adversus huiusmodi Ordinarii decisionem parochus Tadanza provocavit appellans ad S. Episcoporum et Regularium Congregationem, asserens sibi ius competere funerum, exsequiarum et anniversariorum in sua ecclesia parochiali. Causa proposita fuit in Congregatione generali habita in Palatio Vaticano die 22 augusti 1902 sub dubio: *Se e come debba mantenersi la consuetudine invalsa nel paese di Solopaca a favore della Chiesa Ricettizia dei Ssmo Corpo di Cristo quanto al diritto di levare i cadaveri, fare i funerali, celebrare anniversari, esequie ed altre simili funzioni nel caso.*

Eminentissimi Patres rescripserunt manutenendam esse Ecclesiam Receptitiam *in statu quo,* atque concessionem et consuetudinem inde exortam esse servandam; scilicet dubio proposito responderunt: *Affirmative iuxta votum Episcopi.*

Decennio autem vix elapso, praesentes parochi Ss. Martini et Mauri, considerata, prouti ipsi aiunt, rerum immutatione, quae usque in dies peior fieri in Ecclesiae Receptitiae detrimentum sibi videbatur, consilium coeperunt istam controversiam novo examini apud S. Concilii Congregationem subiiciendi. Verum quia *res iudicata* obstabat, opus fuit ut iudicium pro *restitutione in integrum* contra sententiam S. C.

Episcoporum et Regularium superius allatam, ex Commissione Pontificia institueretur.

Obtenta Pontificia Commissione die 22 iulii 1913, controversia ista iurium inter parochos Ss. Martini et Mauri atque ex adverso Ecclesiam Receptitiam Ssmi Corporis Christi in oppido Solisopacae dioeceseos Thelesinae ad supremum hoc Tribunal delata est, funditusque pertractata in Ordinaria supremi Tribunalis sessione habita in aedibus Vaticanis die secunda curr. mens. maii 1914 Emi vero Patres, relatore Emo et Revmo Dno Basilio card. Pompilj, propositis dubiis iam antea inter partes concordatis, scilicet:

1. *An sit locus restitutioni in integrum in casu?*

2. *An et quomodo excipiendae sint petitiones parochorum in casu ?*

Responderunt:

Ad 1. *Negative.*

Ad 2. *Prout proponitur, negative. Quoad vero Statutorum Ecclesiae Beceptitiae reformationem aliasque provisiones pro temporum adiunctis necessarias vel opportunas, rem spectare ad S. G. Goncilii.*

De expensis autem iudicialibus supremum idem Tribunal constituit, eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum ac definitive iudicatum, mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, et ab omnibus ad quos spectat exsecutioni mandaretur, non solum etc., sed et omni etc.

Datum Romae ex aedibus supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis die 22 mens. maii 1914.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

L. © S.

Iosephus adv. Pomari, *S. T. A.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato in data ***lo** maggio **1914*** il Santo Padre si è degnato di destinare le seguenti sue Guardie nobili per recare, come *Corrieri di Gabinetto,* ai sottonominati Prelati residenti all'estero, che verranno insigniti della Sacra Porpora nel Concistoro segreto del 25 corrente mese, la notizia della loro elevazione alla sacra Porpora, insieme allo Zucchetto Cardinalizio :

Il sig. conte *Enrico Paolini* a Mons. Vittoriano Guisasola y Menendez, arcivescovo di Toledo.

Il sig. *Francesco* nob. *Alessandroni* a Mons. Giovanni Csernoch, arcivescovo di Strigonia.

Il sig. marchese *Pietro Pellegrini Quarantotti* a Mons. Gustavo Piffl, arcivescovo di Vienna.

Con Biglietti della Segreteria di Stato in data *18 maggio 1914* il Santo Padre si è ugualmente degnato di destinare i seguenti Illmi e Revmi Monsignori a portare, in qualità di *Ablegati Apostolici,* la Berretta Cardinalizia ai medesimi Prelati:

Mons. *Alberto Arborio Mella di S. Elia,* Cameriere segreto partecipante di S. S., a Mons. Vittoriano Guisasola y Menendez.

Mons. *Beniamino Nardone,* Cameriere segreto sopranumerario di S. S., a Mons. Giovanni Csernoch.

Mons. *Francesco Cherubini,* Cameriere segreto sopranumerario di S. S. e Segretario della S. Congregazione dei Religiosi, a Mons. Gustavo Piffl.

Con Biglietti della Segreteria di Stato in data *28 maggio 1914* il Santo Padre Pio X si è benignamente degnato di assegnare le seguenti sacre Congregazioni ai nuovi Emi e Rmi Cardinali, che nel Concistoro dello stesso giorno hanno ricevuto il Cappello Cardinalizio:

Al signor cardinale Carlo de Hornig, le sacre Congregazioni del Concilio e di Propaganda Fide per gli Affari di rito Orientale.

Al signor cardinale Ludovico Nazareno Bégin, le sacre Congregazioni dei Religiosi e di Propaganda Fide.

Al signor cardinale Domenico Serafini, le sacre Congregazioni dell' Indice e degli Affari ecclesiastici straordinari.

AL signor cardinale Giacomo Della Chiesa, le sacre Congregazioni del Concilio e Cerimoniale.

Al signor cardinale Francesco de Bettinger, le sacre Congregazioni dei Sacramenti e dei Riti.

Al signor cardinale Ettore Ireneo Sévin, le sacre Congregazioni Concistoriale e degli Studi.

Al signor cardinale Felice de Hartmann, le sacre Congregazioni Concistoriale e dei Sacramenti.

Al signor cardinale Scipione Tecchi, le sacre Congregazioni Concistoriale e dei Riti.

Al signor cardinale Filippo Giustini, le sacre Congregazioni dei Sacramenti e degli Affari ecclesiastici straordinari.

Al signor cardinale Michele Lega, le sacre Congregazioni del Concilio e degli Studi.

Al signor cardinale Aidano Gasquet, la sacra Congregazione dei Religiosi e la Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

*13 maggio 1914.* — Il sig. comm. avv. prof. Giuseppe Biroccini, il sig. comm. avv. Carlo Patriarca e Mons. Carlo Salotti, *Avvocati Concistoriali.*

*16 maggio.* — Mons. Domenico Gallucci arcivescovo titolare di Costanza, il Revmo P. Ermanno Schwartz dei Canonici Regolari Lateranensi, e il Revmo P. Rocco de Sanctis della Congregazione del Santissimo Redentore, *Consultori della sacra Congregazione di Propaganda per gli affari di Pito Orientale.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Prelati Domestici di S. S.:*

*16 aprile 1914.* — Mons. Emilio Massé, vicario generale della diocesi di Troyes.

*7 maggio.* — Mons. dott. Francesco Comastri, dell'archidiocesi di Bologna.

*13 maggio.* — Mons. Patrizio E. Smyth, della diocesi di Newark.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*10 maggio 1914.* — Al sig. dott. Arturo Thomè, dell'archidiocesi di Colonia.

*La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :*

*13 maggio 1914.* — Al sig. cav. Giuseppe Brosadola, dell'archid. di Udine.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*6 maggio 1914.* — Al sig. Tommaso Giuseppe Mac Intyre, della diocesi di Lismore (Australia).

*10 maggio.* — Al sig. Michele Rieth, dell'archidiocesi di Colonia.

*15 maggio.* — Al sig. Conrado Albert, regio amministratore, della diocesi di Passavia.

— Al sig. Adriano Slot, sindaco di Wevershoef, nella diocesi di Harlem.

## NECROLOGIO

*17 maggio 1914.* — Mons. Pietro Leyten, vescovo di Breda.

Annus VI. - Vol. VI. Die'12 Iunii 1914. Num. 9.

# ACTA APOSTOLICArTSEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. X

## APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE

### ERIGUNTUR PAROECIAE SS. CRUCIS VIA FLAMINIA ET S. HELENAE VIA CASILINA

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

**AD PERPETUAM REI MEMORIAM**

Quod iampridem habueramus Nobis propositum, huius almae Urbis paroecias novo ordine constituere ne quid, mutatis civitatis condicionibus, ad provehendam fructuose animarum salutem impedimento esset, id gradatim postremis hisce annis curavimus perficiendum, et nihil praetermisisse videmur quin incolis in extrema Urbe vel extra pomerium degentibus consuleremus; qua in re, cum locorum necessitas postulavit, nova tempia, Dei providentia freti, a solo excitare non dubitavimus. Eorum in numero sunt ecclesiae SS. Crucis via Flaminia et S. Helenae via Casilina, quas eo quoque consilio aedificari iussimus, ut, sexto decimo exeunte saeculo ab restituta nativa Ecclesiae Dei libertate per Constantinianum edictum, monimento essent insignis beneficii quod SS. Crucis virtuti acceptum non immerito referatur, et nostrae aetatis homines posterosque in memoriam revocarent pientissimae Constantini imperatoris Genitricis, de christiano nomine optime meritae.

Utroque opere feliciter absoluto, reliquum est ut, qui in iis regionibus sedem domiciliumque habent, eorum procurationi animarum prospiciamus. Quamobrem <luas novas instituimus paroecias: alteram

ad SS. Crucis via Flaminia, cui reditus attribuimus qui fuerunt paroeciae S. Mariae invia Lata, quam Litteris Apostolicis *In Ordinandis*, die xi mensis Martii anno MCMIX datis, abolevimus et exstinximus; alteram ad S. Helenae via Casilina, cui reditus statuimus olim peculiares ac proprios paroeciae Ss. Quirici et Iulittae, per easdem Apostolicas Litteras exstinctae. Utriusque vero novae paroeciae terminos committimus definiendos Cardinali vicaria potestate Urbis Antistiti, cuius quoque erit quaecumque supra ediximus, exsequi.

Praesentes vero litteras et in eis contenta et statuta quaecumque, nulla umquam ex causa, colore et capite, etiam ex eo quod paroeciarum patroni sive ecclesiastici sive laici, vel alii quilibet in praemissis seu in eorum aliquo, ius aut interesse, quamvis ex fundatione, dotatione vel ex alio quovis titulo habentes vel habere praetendentes, etiam quomodolibet in futurum, illis non consenserint, seu ad ea vocati et auditi non fuerint, de subreptionis, obreptionis aut nullitatis vitio seu aliquo defectu inexcogitato et substantiali notari, impugnari aut in controversiam et iudicium vocari posse: sed tamquam ex pontificiae providentiae officio; et motu proprio, certa scientia, matura deliberatione, deque Nostrae apostolicae potestatis plenitudine editas, omnimoda firmitate perpetuo validas et efficaces exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus inviolabiliter observari volumus et decernimus, sublata cuicumque, etiam cardinalitia dignitate fulgenti, quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate ; irritum quoque et inane decernentes quidquid in contrarium scienter vel ignoranter contigerit attentari'.

Non obstantibus de iure quaesito non tollendo aliisque Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis, praedecessorum Nostrorum constitutionibus et ordinationibus et quarumquumque ecclesiarum etiam patriarchalium seu ordinum et congregationum, iuramento et confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, statutis et consuetudinibus, etiam in motu proprio aliisque quibuslibet in contrarium praemissorum concessis, de illis eorumque totis tenoribus praesentibus pro expressis habentes, pari motu, scientia et apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine, plenissime et latissime specialiter derogamus.

Praesentium vero transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu tamen notarii apostolici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eandem fidem in iudicio et extra haberi volumus, quae ipsis praesentibus haberetur, si originaliter exhiberentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae destinationis, institutionis, attributionis, decreti, statuti, mandati, derogationis

et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac bea^torum Apostolorum eius'Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo quarto, **xiv** calendas apriles, in festo S. Ioseph, Sponsi B. M. V., Pontificatus Nostri anno undecimo.

A. CARDINALIS AGLIARDI
*S. B. E. Cancellarius.*

Loco ^ Plumbi

VISA

M. **RiGGl,** C. A., *Not.*

*Reg. in Cane. Ap., N. 590.*

## EPISTOLAE

AD R. P. FRANCISCUM XAVERIUM WERNZ, SOCIETATIS IESU PRAEPOSITUM GENERALEM; GRATULANDI CAUSA SOCIETATI IESU ANNO CENTESIMO EXEUNTE POSTQUAM RESTITUTA EST.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Omnes quidem filios Ecclesiae paterno Nos amore complectimur: sed Ordines et Sodalitates Religiosorum, cum pars iectissima sint Dominici gregis, studio, ut aequum est, prosequimur adeo singulari, ut quaecumque iis vel laeta evenerint vel tristia, communia Nobis habeamus. Quapropter periucunda, ut ipse per te existimare potes, is nuper Nobis accidit - quem officiose exhibueras - « Liber saecularis historiae Societatis Iesu, ab anno MDCCCXIV ad annum MCMXIV » itemque adiunctae litterae, actuosam spirantes pietatem, quibus universos e Societate Iesu admonueras, ut ad celebranda proxime saecularia solemnia ob memoriam restituta© Societatis recte sancteque se accingerent. Profecto non huic Apostolicae Sedi licet, quae Societatem Iesu probe norit experiendo strenuam manum paratamque semper ad praelianda praelia Domini, hoc faustum vobis tempus, tamquam alienum sibi, transmittere; quin libentissime Nos oblata occasione utimur, ut Nostrae benevolentiae caritatem declaremus erga vestrum Ordinem, qui nimirum pro suis in Ecclesiam praeclaris promeritis maximi debet a bonis omnibus fieri. Ac primum gratulari isti Societati ex animo libet, quae hoc centum annorum spatio tam bene se gesserit in Dei gloria et animarum

salute promovenda, idque ratione tam multiplici, in sacris missionibus elaborando, iuventutem instituendo, de philosophia, de theologia secundum Aquinatis doctrinas praecipiendo, quotidianis sacerdotii muneribus maximeque *Spiritualibus Exercitiis* operam dando, bene, docte nervoseque scripta vulgando. Sed praecipuum in modum gratulamur, quod tantas indignitates contumeliasque pertulerit atque adhuc perferat improborum. Neque enim aliud est causae, cur ab his adeo petatur hostiliter, nisi quia in exemplum dedita addictaque est Apostolicae Sedi, quod quidem nemo catholicus negaverit in maximis eius laudibus esse ponendum. Ceterum scimus, non posse mundum cum iis qui pie sequantur Iesum, servare pacem, cum ipse Christus suos praemonuerit: *Beati eritis, cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprobraverint, et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis.* [1]

Iamvero Societas Iesu, cum feliciter decessoris Nostri illustris Pii VII auctoritate revixerit, cum, omnium deinceps Pontificum gratia florens, mirifice ad hunc diem creverit, optandum est, ut magis et magis invalescat, et apud gentes omnino omnes liberam inveniat et vivendi et agendi potestatem. Id quod certe bono publico fiat: nam qui Ecclesiae administri sint Apostolicae Sedis studiosiores, eos quis ignorat diligentiores alacrioresque ad provehendam humanitatem veraque populorum commoda solere exsistere? Nos igitur, ut vestra semper opera eas, quas debet, utilitates pariat, vos, quotquot Ignatii Patris estis alumni, impense, ut filios carissimos, hortamur, ne illud praesertim detis umquam oblivioni, quod ipse in parte X Constitutionum sapientissime praecipit: « ut omnes qui se Societati addixerunt, in virtutum solidarum ac per- « fectarum et spiritualium rerum studium incumbant; ac in huiusmodi « maius momentum, quam in doctrina vel aliis donis naturalibus et « humanis constitutum esse ducant. Illa enim interiora sunt, ex quibus « efficaciam ad exteriora permanare ad finem nobis propositum oportet ». Quare sibi quisque vestrum caveat diligenter, ut, dum se omnibus omnia fieri studet ut omnes faciat salvos, ne quid ipse e pestifera mundi contagione contrahat, eius aliqua ex parte aut cupiditatibus indulgendo aut erroribus parcendo; foret hoc enim demum sequi *sapientiam carnis*, unde magnum fidei sanctorumque morum detrimentum caperet christiana plebs; brevi, Nos illa ipsa tria volumus religiose vitent, quae tu in ea, quam supra memoravimus, epistola ad Patres et Fratres Societatis, omnibus edixisti religiose vitanda: spiritum mundi, animi levitatem, studium temerariae novitatis. Ita enimvero, nec alio pacto, fiet, ut semper

[1] **Luc, VI,** *m.*

omnium vestrum *una sit fides mentium et pietas actionum.* Quod. equidem optantes vobis et precantes, auspicem divinorum munerum ac testem singularis benevolentiae Nostrae, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, et Societati Iesu universae amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x mensis maii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

P1US PP. X

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

## I

## DECRETUM

SEU DECLARATIONES CIRCA ALIQUOS SPIRITUALES FAVORES PIO OPERI PROPAGATIONIS FIDEI CONCESSOS.

Ad supremam hanc sacram Congregationem S. Officii, sequentia exhibita sunt dubia, pro opportuna solutione, nimirum:

I. Quando parochus delegavit unum ex suis vicariis, committens ei munus colligendi in sua parochia eleemosynas in favorem pii Operis Propagationis Fidei, uter facultatibus et privilegiis eidem Operi a Sancta Sede concessis fruitur? An solus vicarius? num parochus solus? an vero uterque?

II. In dioecesibus, ubi nullum consilium neque comitatus exsistit, sed solus invenitur sacerdos ab episcopo nominatus tanquam director dioecesanus cum mandato toti huic Operi providendi, gaudetne solus hic director facultatibus et privilegiis a Sancta Sede concessis? An vero episcopus similiter iis fruitur?

Emi ac Rmi PP. Cardinales Inquisitores generales, feria IV, die 25 martii 1914, respondendum esse dixerunt:

Ad I. Tam parochus, cui munus demandatum fuerit in aliqua paroecia colligendi eleemosynas, quam vicarius, cui parochus hoc mu-

nus committit, fruuntur facultatibus et privilegiis a Sancta Sede concessis.

Ad II. Non solum sacerdos director, sed et Revmus Episcopus gaudent in casu facultatibus et privilegiis a S. Sede concessis.

Et Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. Officii, feria V sequenti, die 26 martii, impertita, benigne sententiam Emorum PP. approbare dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. & S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

## II

## DECRETUM

PECULIARES TRIBUUNTUR INDULGENTIAE SODALITATIBUS LECTIONI S. EVANGELII PROVEHENDAE INSTITUTIS.

Quam profìcua sit inter fideles eorum consociatio ad assiduam provehendam lectionem Evangelii, conspicui probavere fructus indidem procreati. Quae enim, ecclesiastica favente auctoritate, hucusque surrexerunt, caelestibus visae sunt benedictionibus foecundari.

Quo igitur res ista plurimum incrementi capiat, censuit Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, fidelibus sub Christi nomine in profectum Evangelii confoederatis, Ecclesiae thesaurum esse opportune aperiendum.

Quapropter, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, die 23 aprilis, anno 1914, Idem Ssmus Dominus omnibus et singulis piis Sodalitatibus, a locorum Ordinariis sive iam canonice erectis sive in posterum similiter erigendis, ea mente ut eius membra in id conspirent ut magis propagetur ac magis Evangelium, sibique ad hunc finem assequendum proponant: I° Saepe incumbere, et si possibile sit quotidie, aliquali S. Evangelii lectioni, utendo editionibus ab Ecclesia probatis, et crebris lucidisque adnotationibus ditatis; 2° Eiusmodi lectionem aliis passim opportuneque commendare; 3° Frequenter invocationem recitare: *Da, quaesumus, Iesu, ut tuo sancto obsequamur Evangelio,* sequentes indulgentias benigne concedere dignatus est: I. Plenarias,

defunctis quoque applicabiles, pro Sodalibus confessis ac S. Communione refectis, qui ecclesiam seu sacellum visitaverint, in quo Sodalitas canonice erecta est, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint: 1° Die inscriptionis in Sodalitatem; 2° Diebus festis: Nativitatis D. N. I. C. - Circumcisionis - Epiphaniae - Paschatis - Ascensionis - Pentecostes - Assumptionis B. M. V. - Cathedrae S. Petri Romae - Conversionis S. Pauli Ap. - S. Ioseph (19 martii) - S. Marci Ev. - S. Iacobi Ap. (1 maii) - Ss. App. Petri et Pauli - S. Matthaei Ap. et E v. - S. Hieronymi - S. Lucae Ev. - S. Iudae Thaddaei Ap. - S. Ioannis Ap. et Ev. - et Omnium Sanctorum. - II. Plenariam in articulo mortis, a quibuslibet ex Sodalibus lucrandam, si confessi ac S. Synaxi refecti, vel saltem contriti, Ssmum Iesu Nomen ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint et mortem tanquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint. - III. Partialem centum dierum, etiam defunctorum animabus profuturam, pro quolibet pietatis vel caritatis opere, quod Sodales iuxta Sodalitii statuta peregerint.

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. % S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

## III

## DECRETUM

SEU DECLARATIO CIRCA INSCRIPTIONEM ET TRANSMISSIONEM NOMINUM FIDELIUM ADLECTORUM IN PIAS CONFRATERNITATES.

Cum S. Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita, die 16 iulii, anno 1887, declaraverit, inscriptionem nominum christifidelium, qui in Confraternitates proprie dictas cooptantur, esse omnino ad lucrandas indulgentias necessariam ; et ex decreto eiusdem S. Congregationis, d. d. 18 augusti 1868, sacerdotes alicuius ex relativis Confraternitatibus rectoris munere carentes, quamprimum commode possunt, transmittere teneantur ad Superiores respectivae Sodalitatis vicinioris canonice erectae nomina receptorum, ut in album ipsius Sodalitatis referantur; dubitari coeptum est, an fideles ex ipso die inscriptionis, ad indulgen-

tias lucrandas ius haberent, etsi eorum nomina nondum ad Sodalitatem pervenerint. Et S. eadem Congregatio, diebus 12 decembris 1892 et 15 novembris 1893, affirmativam responsionem protulit. Si tamen, sive ex negligentia, sive ex alia causa, fidelium nomina numquam ad Sodalitatem transmittantur, novum exoritur dubium, an aliquando, et quonam tandem tempore, fideles indulgentiarum beneficio censendi sint decidisse. Qua de re supplicatum est apud Ssmum D. N. Pium div. prov. Pp. X, ut mentem suam vellet aperire, et defectus ex hoc capite hucusque per quoscumque sacerdotes forte admissos benigne sanare. Et Sanctitas Sua, in solita audientia, die 23 aprilis 1914, R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, praevia sanatione omnium defectuum hucusque admissorum in inscriptione et transmissione nominum christifidelium, qui ad quamcumque piam Sodalitatem cooptati fuerint, declaravit, firma remanente in conscientia obligatione inscribendi et transmittendi nomina, iuxta decreta aliasque S. Sedis praescriptiones, fideles, eo ipso quo a legitime deputato admittuntur, rite adscriptos censeri, ad effectum tantummodo ut indulgentias lucrari aliarumque gratiarum spiritualium participes fieri valeant, etiamsi eorum nomina, quacumque ex causa, in album Sodalitatis relata non fuerint. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. © S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

IV

## DECRETUM

SEU INDULTUM CIRCA PERAGENDAM SACRAMENTALEM CONFESSIONEM ANTE DIEM LUCRANDAS INDULGENTIAE CONSTITUTUM.

*Die 23 aprilis 1914.*

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, crebriorem cupiens facilioremque usum reddere Eucharisticae Communionis, et nihilominus aliquando obstare noscens praescriptam eodem die, vel aliquo ex antecedentibus, iuxta peculiaria vel generalia S. Sedis indulta, praesertim vero data die 9 decembris 1763 et 11 martii 1908 per S. Congregationem Indulgentiarum, sacramentalem confessionem; firmis remanentibus amplioribus iam factis

concessionibus, ac nominatim sub die 14 februarii 1906, per supra dictam sacram Indulgentiarum Congregationem, relate ad eos qui quotidie vel fere Angelorum Pane reficiuntur; benigne concedere dignatus est, ut ad quaslibet lucrandas indulgentias sufficiens habeatur confessio sacramentalis ultimo octiduo ante diem pro lucranda indulgentia designatum peracta; dummodo tamen non oporteat, ut, secundum prudens confessarii iudicium, aliquis ex christifidelibus aliter se gerat.

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius,*

L. ✠ S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

V

## DECRETUM

PECULIARES GRATIAE SPIRITUALES IN FAVOREM FIDELIUM SOCIETATIBUS A TEMPERANTIA VEL ABSTINENTIA AB INEBRIANTE POTU ADSCRIPTORUM DECERNUNTUR.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii, feria V, die 21 maii 1914, impertita, cupiens propensiorem Suam voluntatem erga Societates, a Temperantia vel Abstinentia ab inebriante potu nuncupatas, ostendere, earumque Sodales in provehendo tam salubri proposito alacriores experiri; apostolica auctoritate, benignam de thesauro Ecclesiae largitionem adaperire constituit, et sequentes indulgentias istiusmodi Sodalitatibus, dummodo a Rmis Ordinariis canonice sint erectae vel in posterum' erigantur, concedere dignatus est:

I. Indulgentias Plenarias. Sodalibus confessis ac S. Communione refectis aliquam ecclesiam vel publicum oratorium devote visitantibus ibique ad mentem Summi Pontificis orantibus: I° Die quo Sodalitati nomen dederint. 2° In festo cuiusque Sodalitii Titulari. 3° In festo S. Ioannis Baptistae vel Dominica immediate sequenti. 4° Quatuor in anno diebus festis, a Rmis Ordinariis semel tantum designandis. 5° Semel in mense, die cuiusque Sodalis arbitrio eligenda, si per integrum mensem orationem aliquam a Rmo Ordinario pro respectiva Sodalitate adprobatam devote recitaverint.

II. Indulgentias Partiales. I° Septem annorum totidemque quadragenarum, quatuor in anno diebus ab Ordinariis semel tantum designandis, quibus Sodales aliquam ecclesiam vel publicum oratorium devote visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint, simulque promissionem circa temperantiam vel abstinentiam a potu inebriante ex corde renovaverint. *T* Trecentorum dierum, ab iis Sodalibus lucrandam, qui ebrietati deditos ab huiusmodi vitio avertere conati fuerint, vel aliquem ex iis ut Societati adscribatur adduxerint; aut coetibus Sodalitatis interfuerint.

Quae omnes et singulae indulgentiae etiam defunctis applicari queunt.

Indulsit tandem eadem Sanctitas Sua ut Missae omnes, quae pro anima alicuius Sodalis defuncti a quocumque sacerdote adplicantur, ita illi animae suffragari possint ac si ad altare privilegiatum celebratae fuissent.

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. « S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

# VI

## SUMMARIUM

INDULGENTIARUM ET PRIVILEGIORUM ARCHISODALITATI BARCINONENSI « ADORATIONIS ASSIDUAE PRO PONTIFICE » AB APOSTOLICA SEDE CONCESSORUM.

### I. *Indulgentiae Plenariae.*

Sodalibus confessis ac S. Synaxi refectis aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitantibus ibique ad mentem Summi Pontificis orantibus: 1) die quo in Sodalitatem ingredientur; 2) in festo Ss. Trinitatis; 3) in festo et solemnitate S. Ioseph, Sponsi B. M. V.; 4) Ss. Apostolorum Petri et Pauli; 5) Cathedrae Romanae S. Petri; 6) Cathedrae Antiochenae eiusdem B. Apostoli; 7) in Commemoratione omnium Ss. Romanae Ecclesiae Summorum Pontificum; 8) semel in unoquoque mense, quo die ad communionem generalem recipiendam convenerint; 9) in

articulo mortis, si Sodales uti supra dispositi, vel saltem contriti, Ssmum Iesu Nomen ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint.

0

II. *Indulgentiae partiales.*

Sodales, qui diebus Stationum Urbis in Missali Romano adsignatis ecclesiam in qua Sodalitas erecta reperitur, ceteris servatis conditionibus, visitaverint, easdem indulgentias adquirere possunt, quas, iuxta decretum S. G. Indulg. d. d. 9 iulii 1777, lucrarentur, si ad Urbis ecclesias in eodem Missali recensitas personaliter se conferrent.

III. *Indulgentia partialis.*

Centum dierum pro quocumque opere pietatis vel caritatis, quod Sodales iuxta finem Sodalitii corde saltem contrito ac devote peregerint.

IV. *Privilegia.*

1° Omnes et singulae indulgentiae superius recensitae, excepta tamen plenaria in mortis articulo, applicari etiam possunt animabus in Purgatorio degentibus. 2° Missae, quae pro anima alicuius Sodalis a quocumque sacerdote celebrabuntur, ita illi animae suffragari possunt ac si ad altare privilegiatum celebratae fuissent. 3° Director Archisodalitatis, vel alicuius sodalitii rite ad eam aggregati, facultate gaudet, durante suo munere, benedicendi unico crucis signo, ad usum tantummodo Sodalium, Ss. Numismata Associationis propria, eisque applicandi indulgentias « Apostolicas » nuncupatas.

*Die 21 maii 1914.*

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, indulgentias ac privilegia superius relata, in perpetuum, absque ulla Brevis expeditione, concedere dignatus est, presens Summarium adprobavit, illudque typis mandari et publicari posse benigne permisit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. © S.

f D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

# S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## I

## DECRETUM

SUPPRIMITUR CONFRATERNITAS CATACENSIS B. MARIAE VIRG. DE MONTE CARMELO.

Il fine e la ragione di essere delle Confraternite nella Chiesa è di offrire ai confratelli un mezzo di santificazione, di esercizio di carità fra loro e con altri, e di pratica di culto divino secondo le leggi ed entro i limiti non da essi voluti, ma da Dio e dalla legittima autorità che Dio ha stabilito nella Chiesa, prescritti. Quale sia questa autorità, quali siano queste leggi è a tutti noto. E quale rispetto e quale soggezione si debba a questa autorità da tutti i fedeli, ma specialmente da quelli che come confratelli d'una pia Congrega, per la loro stessa posizione hanno doveri speciali, è ugualmente notissimo, avendo il divino Maestro dichiarato ai discepoli: *qui vos audit me audit, qui vos spernit, me spernit.*

Ora, considerato che la Confraternita del Carmine in Catanzaro ha pubblicamente e notoriamente in modo gravissimo contravvenuto a queste leggi ed a questi doveri; considerato che in questo spirito di ribellione non solo ha perseverato, ma ha tentato perfino di sopraffare l'autorità ecclesiastica con le dimostrazioni e violenze ; Considerato che una religiosa istituzione quando declina dal suo fine e va al fine opposto non solo non ha ragione d'esistere ma deve essere soppressa ed abolita; questa sacra Congregazione Concistoriale per mandato del Santo Padre, a tutela della disciplina ecclesiastica, a riparazione dello scandalo dato e a punizione dei colpevoli, sopprime e dichiara di fatto soppressa col presente decreto, detta Confraternita del Carmine, rimanendo *ipso facto* abrogato qualsiasi privilegio o diritto che in qualunque modo fosse ad essa spettato.

Dato a Roma, dalla S. C. Concistoriale, il 5 maggio 1914.

C. CARD. DE LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

L. « S.

Giovanni Batt. Rosa, *Sostituto.*

II

## DECRETUM

DE MUNERE CONSILIARII MUNICIPIORÜM VEL PROVINCIARUM A SACERDOTIBUS PER ITALIAM SUSCIPIENDO.

Quaerentibus nonnullis Italiae Ordinariis utrum possint sacerdotes munus suscipere Consiliarii in rebus administrativis sive municipiorum sive provinciarum civilium et ad hunc finem acceptare ut candidati in electionibus proponantur, sacra Congregatio Consistorialis, de mandato Ssmi Domini nostri, rebus omnibus mature perpensis, respondendum censuit non licere, nisi praevio consensu tum Ordinarii proprii cuiusque sacerdotis, tum Ordinarii loci in quo mandatum administrativum est exercendum; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die 8 iunii 1914.

C. CARD. DE LAI, *Secretarius.*

Ioannes Bapt. Rosa, *Substitutus.*

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

Die 1 maii 1914. — *Episcopus tit. Paroecopolitanus et Coadiutor cum futura successione Vicarii Apostolici Mongoliae centralis,* R. D. Everardus Ter Laak, alumnus Congregationis immaculati Cordis B. Virginis Mariae atque in praesens praefectus apostolicus Kan-Su meridionalis.

Die 2 maii. — *Archiepiscopus tit. ecclesiae Pessinuntinae latini ritus et Coadiutor cum futura successione Archiepiscopi Adelaidensis,* R. D. Robertus Gulielmus Spence Ordinis Praedicatorum.

Die 3 maii. — *Episcopus tit. Coracesiensis et vicarius apostolicus Cookpolitanus,* R. D. Ioannes Heavey, ex Ordine Eremitarum S. Augustini

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide nominatus est:

7 aprilis 1914. — *Praefectus apostolicus Terrae Gulielmi occidentalis,* R. P. Adalbertus Otto Rielander, e Congregatione Ssmorum Cordium de *Picpus.*

# S. CONGREGATIO INDICIS

## DECRETUM

*Feria II, die 1 iunii 1914.*

Sacra Congregatio eminentissimorum ac reverendissimorum sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a sanctissimo Domino nostro Pio Papa X sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in palatio Apostolico Vaticano die 1 iunii 1914, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

HENRI BERGSON, *Essai sur les données immédiates de la conscience.* Paris, Félix Alean.

— *Matière et mémoire; essai sur la relation du corps à l'esprit.* Ibid.

— *L'évolution créatrice,* Ibid.

ALOIS KONRAD, *Iohannes der Täufer.* Graz und Wien 1911: *donec corrigatur.*

DAMIANO AVANCINI, *Modernismo;* romanzo. Milano 1913.

RAFAEL URIBE URIBE, *Be cómo él liberalismo politico colombiano no es pecado.* Bogotá 1912.

THEODOR WACKER, *Zentrum und kirchliche Autorität* in opusculo: *Gegen die Quertreiber.* Essen 1914.

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die 3 iunii 1914.

FR. CARD. DELLA VOLPE, *Praefectus.*

L. © S.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## i.

## ROMANA

ADPROBATIONE PROPRII OFFICIORUM PRO CLERO ALMAE URBIS, EIUSQUE DISTRICTUS.

Adprobato Kalendario die 10 decembris 1913 in usum cleri saecularis almae Urbis eiusque districtus, Emus et Revmus Dnus cardinalis Basilius Pompilj, in ipsa Urbe Vicarius generalis, sanctissimo Domino nostro Pio Papae X respectivum Proprium Officiorum reverenter exhibuit insimul postulans ut illud, revisione peracta, suprema Sua auctoritate adprobare et concedere dignaretur.

Sacra porro Rituum Congregatio de mandato eiusdem Ssmi Dñi nostri praesens Proprium a se revisum et ordinate dispositum probare posse censuit. Quibus omnibus Ssmo Dno nostro Pio Papae X per subscriptum S. R. C. Secretarium relatis, Sanctitas Sua praedictum Proprium ratum habere ac probare dignata est, illudque a clero saeculari romano et ab iis omnibus qui eiusdem cleri Kalendario legitime utuntur, adhiberi benigne concessit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque, die 22 maii 1914.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L.©S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

II

## DECRETUM SEU DECLARATIO

### CIRCA PROPRIA OFFICIORUM ET MISSARUM

Evulgatis sacrorum Rituum Congregationis decretis n. 4166 diei 11 augusti 1905 circa editionem et approbationem librorum cantum gregorianum continentium, et n. 4260 diei 24 februarii 1911 circa modum servandum in expetenda approbatione Propriorum alicuius dioecesis, Ordinis seu Instituti cum cantu gregoriano ad normam Gradualis vel Antiphonalis Romani Vaticanae editionis, sacra eadem Congregatio opportunum atque utile nunc declarare censuit ac declarat quod tum praedicta Propria cum cantu tum alia Propria sine cantu in triplici exemplari revisioni et approbationi huius sacri Consilii una cum postulato respectivi Episcopi, Ordinarii vel Superioris subiicienda, tanquam opus non definitivum sed adumbratum atque uti schema manuscriptum etsi typis impressum, esse habenda. Revisione autem peracta et indulta approbatione, unum ex dictis exemplaribus remittetur ad Episcopum seu Ordinarium vel Superiorem cum testimonio authentico revisionis et approbationis, adiecta clausula posse ab iis ad quos spectat, eisdem Propriis approbatis concedi *Imprimatur* in usum respective dioecesis, Ordinis seu Instituti. Huiusce vero Proprii typis definitive impressi, cum testificatione tum approbationis S. Sedis tum licentiae Ordinarii seu Superioris praefixa, duplex exemplum ad sacram Rituum Congregationem transmittatur.

Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 3 iunii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# SACRA ROMANA ROTA

## BRUNNEN.

### INCORPORATIONIS SEU IURISPATRONATUS. 1

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, BR. PP. DD. Franciscus Heiner,* Ponens, *Aloisius Sincero et Iosephus Mori, Auditores de turno, in causa* Brunnen. - Incorporationis seu Iurispatronatus, - *actore* Magno Priore S. Equ. Ord. Melitensium Boëmiae et Austriae, *repraesentato per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, adversus excellentissimum* Episcopum Brunnensem, *conventum, repraesentatum per legitimum procuratorem Antonium Cagiano de Azevedo, die 28 martii 1914, sequentem protulerunt sententiam definitivam.*

Quum exeunte anno 1910 parochia Erdpurgensis, olim ad dioecesim Olomucensem, nunc ad dioecesim Brunnensem pertinens, vacaret, Magnus Prior S. Eq. Ord. Melitensium Boëmiae et Austriae petiit ab episcopo ut paroeciam Erdpurgensem, utpote pleno iure incorporatam Commendae de Maylberg seu Ordini, conferret alicui sacerdoti ex Ordine. Episcopale vero Consistorium Brunnense postulato Magni Prioris negativum dedit responsum, cui responsioni quum Magnus Prior non acquieverit, res ad tribunal dioecesanum delata est. Die dein 29 novembris 1911 prodiit sententia iudicialis quae pariter postulatum Ordinis reiecit. Appellationem ab hac sententia rite institutam tribunal Olomucense non accepit ob defectum competentiae, quum in casu statim ad Sedem Apostolicam esset appellandum.

Re denique delata ad H. S. O., respondendum est ad dubia legitime concordata:

I. *An constet de legitima incorporatione beneficii curati Erdberg Ordini Melitensium ac Commendae Maylberg.*

II. *An Magnus Ord. Mel. Prior Boëmiae et Austriae ad parochialem ecclesiam Erdpurgensem sacerdotes eiusdem Ordinis praesentare iure possit, vel e contra sacerdotes saeculares ipse praesentare teneatur.*

*In facto* haec sunt praemittenda.

1) Anno 1227 Otto de Traberch per chirographum Leopoldi ducis Austriae et Styriae « pro remedio animae suae et dominorum suorum « omniumque parentum suorum salute, iura patronatus et quidquid iuris « habuit in ecclesia *Walgerstein* Pataviensis et *Erdpurga* Olomucensis « dioecesium libere et absolute tradidit Hospitali et Fratribus S. Ioannis « iure perpetuo possidenda ».

« Una cum universis decimis... quae omnia sicut nos de facto a « nostris ibidem colonis recepimus, ita de iure divino et canonico tam- « quam dominus temporalis, qui decimas Dei de iure possidere nequit, « dictis fratribus plebanis in Walgerstein et Erdpurga tradidimus possi- « denda, recipienda et in suum usum convertenda ».

2) Uti ex ipso documento donationis constat, tempore donationis parochiam Erdpurgensem regebant sacerdotes ex Ordine S. Ioannis seu ex Ordine Melitensium. Id enim intelligitur sub expressione « Fratres plebani ». Etiam annis 1411 et 1660, Fratres ex Ordine erant parochi, uti ex relativis documentis constat. Idem accidit decursu saeculorum adhuc una alterave vice.

Ex altera vero parte adsunt instrumenta, ex quibus patet, quod episcopus Olomucensis ad praesentationem magni pro tempore prioris Ordinis Melitensium sacerdotibus saecularibus parochiale beneficium Erdpurgense contulerit. Insuper dubitari nequit quin ab anno 1746 usque ad hodiernam beneficii vacantiam continua adsit series sacerdotum saecularium qui ad praesentationem magni prioris munus parochiale Erdpurgense nacti sunt.

3) Primum de quo exstat notitia dissidium inter Ordinem et episcopum prodiit anno 1678. Episcopus enim praesentationem ad beneficium parochiale ab Ordine factam hisce reiecit verbis: « Cum praesen- « tatio moderna comitis Sebastiani a Pötting, eq. Mel., prioribus non sit « conformis, et équités Melitenses numquam vicarios, sed parochos in « suis commendis in hac dioecesi praesentaverint... ». Pariter anno 1737 cardinalis de Schrattenbach, episcopus Olomucensis, litteras praesentationis ad vacans beneficium *Leobschicense* reiecit, quum praesentatio « formulis antehac a Commendatoribus dari solitis longe differat », suo vicario ac dominis ex Consistorio mandans ut « ... praefato domino « corniti humaniter praescribatis quatenus hanc suam praesentationem « immutare, et se stilo antiquo in curia nostra episcopali hac in parte « recepto et hactenus usitato conformare vellet ».

4) Prima porro iudicialis controversia de beneficio parochiali Erdpurgensi orta est anno 1759. Comes enim Antonius Waldsee Colloredo,.

Maylbergensis commendatur, ab ecclesia Erdpurgensi violenta manu amoverat parochum ex clero saeculari ab episcopo institutum et in eius locum sacerdotem ex Ordine constituerat.

Magistratus civilis ab ipso commendatore invocatus decisionem tulit in favorem episcopi. Ita enim legitur in caesareo decreto diei 29 septembris 1759: « Atteso che Sua imp. real. Maestà *quoad possessorium* rispetto « a questo vicariato parrocchiale l'ha trovato essere fondato pel sign, ve- « scovo di Olmütz, certamente e in guisa tale che ciò non soggiace alla « minima contradizione, e in nessun modo potrà essere contestato___ « stante che Faltamente ricordata S. I. R. Maestà, nel modo detto in « principio volle aver conservato il sign, vescovo di Olmütz nel posses- « sorio a lui in tal modo incontestabilmente spettante, ha ordinato alla « Sua I. R. Rappresentazione e Camera che essa, quando il signor Conte « non richiami con le buone subito spontaneamente il cappellano del- « l'ordine, espella di là questo cappellano, *salvo iure quocumque,* e debba « prestar quivi in possessorio ogni assistenza nelle sue funzioni spirituali « all'amministrazione parrocchiale episcopale____».

Comes Colloredo iussis huius decreti se subiecit, abstinuit tamen a lite movenda quoad petitorium, quae lis quidem iuxta decretum imperatricis Mariae Teresiae institui debuisset coram tribunali civili, sed istud tribunal ipse comes antea iam invocaverat. Neque postea, quum scilicet cessaverant tristissima illa tempora, Ordo litem movit, licet annis 1847, 1866 et 1897, quin tamen desideratum effectum obtinuerit, conatus suos praesentandi sacerdotes ex Ordine renovaverit. Anno demum 1910 Ordo ad dirimendam quaestionem de novo agitatam appellavit ad tribunalia ecclesiastica.

*Im quod spectat* haec sunt animadvertenda.

1) Incorporatio, quae quoddam unionis beneficiorum genus est ideoque in iure canonico, etiam nomine unionis venit, consistit iuxta Aichner, *Compendium iuris eccl.*, ed. XI, p. 275, cum communi, « in eo, « ut aliquod beneficium cuidam collegio, capitulo, monasterio, universi- « tati, vel dignitati, et quidem plerumque augendae dotationis causa, « adiiciatur. Ad munera beneficii incorporati obeunda semper vicarius « deputari debet... Distinguitur triptex incorporationum species. Prima « dicitur unio quoad temporalia tantum, seu non pleno iure, quando « bona temporalia parochiae assignata sunt ex. gr. cuidam monasterio, « sed cura animarum administratur a rectore beneficii ab episcopo con- « stituto ad praesentationem monasterii. Unio pleno iure est, quando « tum temporalia tum spiritualia pertinent ad monasterium, ita ut cura

« animarum habitualiter resideat penes capitulum seu penes praelatum « qui repraesentat capitulum, actualiter vero exerceatur per vicarium « temporalem e gremio capituli deputatum. Mediante hac unione mutatur « status et natura beneficii uniti, adeo ut quoad titulum exstinguatur et « desinat esse beneficium et fiat pars seu praedium alterius cui unitur. « Unio denique pienissimo iure ea est, qua praelatus monasterii iuris- « dictionem quasi episcopalem in clerum et populum subiectum obtinet « haecque praelati iurisdictio ex episcopi dioecesani potestate eximitur ».

Institutum incorporationis quoad rem et vocem saeculo xin iam sat evolutum erat, ita ut de eius vi ac significatione non amplius ambigere liceat.

Quum de ea agitur, tunc temporis iam planis verbis explicatur ac consensu episcopi semper confirmatur. Ita v. g. legitur in quodam instrumento *(Mecklenburg Urkdbch,* 1, 462) donationis a laico ecclesiae collegiatae anno 1257 cum expresso consensu episcopi factae «... perpetuo « possidendam, ita ut dicta ecclesia cum omni integritate sua et pleno « iure ad usum canonicorum devolvatur ». In instrumento autem anni 1268 *[Wurdtwein,* dioec. Mogunt, 1,478) episcopus ipse donat hisce verbis: « Ecclesiam in *Gensem* cuius ad nos pertinet ius patronatus, vobis (abbati « et conventui monast. S. Iacobi Mognat., O. S. B.) de consilio et con- « sensu capituli nostri tradimus et donamus pleno iure ... obtinendam ».

Dicendum tamen hoc casu, uti ex contextu patet, agi de incorporatione non pleno iure. E contra in documento anni 1282 *(Mecklenburg Urkdbch,* 3, 53) : « Ecclesiam in Bergerdorpe cum iure patronatus eiusdem « et cum omnibus temporalibus et spiritualibus eius pleno iure vobis ... « conferimus perpetuo possidendam ».

Consensum autem episcopi tunc temporis seu ante Concilium Tridentinum necessarium (ac sufficientem) fuisse in unionibus et ^corporationibus beneficiorum, in dubium vocari nequit. In cap. VIII enim *de excess. Prael.* invenitur mandatum Caelestini III dicentis: « Sicut « unire episcopatus ad summum Pontificem pertinere dignoscitur, ita « episcopi est ecclesiarum suae dioecesis unio et subiectio earumdem ». Et in cap. IX, *de iurepatron.* legitur : « Nullus laicus decimas, ecclesias, « aut quidquid ecclesiastici iuris est, sine consensu sui pontificis, mona- « steriis vel canonicis conferat ».* Et in cap. XI, *de iurepatr.* mandat Alexander III « ut nemo ex religiosis et aliis clericis, ecclesias ex lai- « eorum donatione, nisi episcopi auctoritas et consensus interveniat, « praesumat sibi vindicare aut in adquisitas retinere ».

Idem desumitur ex cap. V, *de iurepatr.* in quo idem Pontifex monet: « ... si laici clericis vel collegiis de donationibus instrumenta confecerint

« in hac verba vel similia (concessi *vel* dedi ecclesiam et praesente carta «firmavi), si consensus episcopi non accesserit, nihil agi videtur: quia « pro non dato habetur quod ab illo datur qui non potest de iure « donare ». In cap. III denique *deprivil.* legitur: « Ecclesias igitur et deci- « mas de manu laicorum sine consensu episcoporum tam illos (scil. Fra- « tres Templi et Hospitalis) quam etiam quoscumque alios religiosos reci- « pere prohibemus ».

Si agatur de controversia inter episcopum, qui contendit ecclesiam quandam non esse subiectam alicui Ordini seu non esse incorporatam monasterio sed liberam, et Ordinem, qui ecclesiam incorporatam seu subiectam vindicat, patet favorem iuris esse ex parte libertatis ecclesiae, cum incorporatio utpote praeiudicium ferens libertati episcopi sit res odiosa. Si insuper possessio stat ex parte episcopi, habetur favor iuris pro episcopo ex altero fönte, cum « in dubio melior sit condicio possidentis ». In tali proinde casu tunc tantum pro incorporatione pronuntiandum est, quum ea invictis argumentis probari potest.

Adnotat denique ad rem JBerardi, diss. III, c. 3, multum discriminis intercedere inter parochiales ecclesias seu munera parochialia unita monasteriis, et inter parochiales ecclesias quarum iuspatronatus tantum competat monasteriis: ...quae discrimina ut agnoscantur semper respiciendum erit ad tabulas fundationis seu unionis beneficii: « quod si « tabulae deficiant, usus rerum gestarum demonstrabit, quaenam sint « iura monasterii: an nimirum intra meros iurispatronatus fines conti- « neantur: an etiam ad ipsam parochialem curam exercendam exten- « dantur ».

2) Ad tabulas igitur donationis imprimis quod attinet ex textu clare resultat, Ottonem donasse Ordini iuspatronatus tantum, relate ad ecclesias Walderstein et Erdpurgae. Legitur enim in istis tabulis: « Iurapatro- « natus et quidquid iuris habuit in ecclesiis Walderstein et Erdpurgae ... « libere et absolute Hospitali tradidit ». Ceterum curam animarum Otto Ordini non solum non tradidit, sed nec potuisset tradere, cum ipse eam possidere non valuerit, uti patet ex supradictis et effluit ex ipsa natura rei spiritualis. Quare expressio illa « iurapatronatus et *quidquid iuris habuit* » ita intelligenda est, ut Otto simul cum iurepatronatus tradere, intenderit iura accessoria cum patronatu coniuncta: numquam vero ita intelligi potest, quasi donator iuspatronatum nobilius donare voluisset quod ius ceteroquin nec ipse possidebat.

Praeterea nulla mentio fit consensus episcopi omnino necessarii, ob quam rem iterum de incorporatione sermo esse nequit. Nec dici potest, consensum episcopi in casu esse praesumendum. Nam nodus quaestionis

in casu praecise est is: An agatur de vera et valida incorporatione cura consensu episcopi facta. Quapropter consensus episcopi in casu probandus est, non praesumendus.

Neque plus valet obiectio, ducem Leopoldum asseruisse donationem « rationabiliter » esse factam. Etenim dux ille non est testis competens de rebus canonicis, nec eius testimonium fidem facere valet de iuridica « rationabilitate » seu de iuridica vi alicuius actus iura ecclesiastica respicientis, praesertim cum quaeratur *ad quid* ille actus donationis « rationabilis » se extendat.

Neque ex traditione decimarum sequitur incorporationem pieni iuris esse factam. Ad summum enim sequeretur agi in casu de incorporatione non pieni iuris seu de incorporatione quoad temporalia tantum. Sed verius dicendum agi in casu de specie restitutionis, praesertim cum iuxta supra citatos Decretales iam dudum prohibitum esset quominus religiosi decimas de manu laicorum reciperent.

Non obstantibus enim legibus multi laici « cum animarum suarum periculo » ut legitur in Decretalibus, decimas detinere insistebant. Otto e contra restituere voluit decimas hucusque ab ipso detentas, quoniam hoc sensu recte explicantur verba Ottonis in instrumento donationis adhibita: « ita iure divino et canonico tamquam dominus temporalis « qui decimas Dei de iure possidere nequit ». Tradidit utique has decimas « fratribus plebanis », sed exinde sequitur tantum tempore donationis seu restitutionis decimarum sacerdotes ex Ordine paroeciam Erdpurgensem rexisse. Quo modo et quo iure factum sit, quod decimae postea in possessione Ordinis manserint, est altera quaestio ad rem praesentem non pertinens.

3) Ceterum ipse patronus Ordinis Melitensium tandem fatetur, ex donationis instrumento incorporationem pieni iuris directe probari non posse.

Affirmat enim ex hoc documento patere, incorporationem tempore donationis ab Ottone factae iam exstitisse. Eam exstitisse quoad spiritualia ex eo probare contendit, quod tempore donationis sacerdotes ex Ordine beneficium parochiale Erdpurgense iam possederint. At quis numquam serio incorporationem quoad spiritualia praetendere potest ex eo, quod alicubi sacerdotes regulares parochiale quoddam beneficium obtinuerunt? Saepius sane episcopi ob defectum sacerdotum saecularium aliquas parochias conferre debent sacerdotibus regularibus, sed nemo est qui non videat, exinde nullo modo sequi factam esse incorporationem.

Incorporationem autem quoad temporalia iam praeexstitisse patronus Ordinis probat ex eo quod Ordo iam antea Erdpurgae possedisset quae-

dam praedia. Iamvero possessio praediorum in aliquo loco nullam omnino connexionem cum incorporatione habet. Ordo enim in centum parochiis vel oppidis praedia possidere potest, quin ex hac circumstantia ullum argumentum pro incorporatione effici possit. Supra autem iam datum est responsum ad affirmationem patroni Ordinis, ab Ottone donatas esse decimas ideoque incorporationem in temporalibus accessisse incorporationi in spiritualibus praeexsistenti.

4) Quum igitur factum incorporationis nequeat probari ex instrumento donationis Ottonis, neque argumenta praesto sint quoad tempus hanc donationem praecedens, nil aliud restat quam examinare tempus donationem subsequens. Id quod patronus Ordinis sane fecit, at non maiori successu.

Imprimis industria ac vigilantia quibus commendatores Maylbergenses beneficium de quo agitur semper contra manus violentas defenderunt, non probat quod Ordo fuerit in legitima possessione huius beneficii. Defensio enim beneficii est munus ac officium patroni et actus defensionales referri possunt et debent ad iuspatronatus: nullibi vero legitur, commendatores super ecclesiam Erdpurgensem exercuisse etiam iurisdictionem.

Nihil porro sequi ex facto quod aliquoties decursu saeculorum sacerdotes ex Ordine parochiam Erdpurgensem rexerint, supra iam dictum est. Nec possessio huius parochiae, qua Meiitenses per fratres plebanos illis annis fruiti sunt, fundamentum praebere valet ad praescriptionem.

Nam ut praescriptio ad usucapiendum iure idonea dici possit, oportet ut sit pacifica ac continua et per 40 saltem annos persistens, uti ex cap. V, *de prael.,* in 6° desumitur. Haec tamen requisita in casu nequaquam adsunt, cum habeantur perrara et inter se distantissima exempla Fratrum plebanorum.

Praeterea uniones paroeciarum monasteriis quum favore legis minime sane gaudeant, caute sunt admittendae nec proinde singulis rarissimisque exemplis niti possunt. Ut dein visitationes beneficii Erdpurgensis ex parte Commissariorum Ordinis constituere valerent certum argumentum pro unione, plurimae esse deberent, continuae et consuetudine firmatae, episcopo sciente et consentiente.

Ordo autem duas tantum exhibere potest annis 1561 et 1609 peractas. Episcopus e contra ostendere valet, quod ecclesia Erdpurgensis fuit semper ab episcopalibus visitatoribus, prout de iure, visitata. « Ora « è anche troppo noto che... senza contradizione di alcuno per tutti « questi anni sia stato canonicamente visitato insieme alla sua chiesa « dal locale decano di Inaym da qui (scil. ab episcopo) assegnato ».

Visitationes ab Ordine factas, insuper ideo nihil probant, quia etiam aliis in locis Ordo saepius studuit arripere iura visitationis et episcopus semper iura sua reclamare debuit, uti patet ex documentis in acta relatis. Anno 1868 ita scripsit episcopus Olomucensis: « Praesentatum «a gra. priore Ordinis Melitensis... cum ius praesentandi ad ipsum « pertineat, improbare non possumus: ut tamen ius visitandi parochias « illorum demonstremus, oportebit ipso installationis actu vel ante, « neo-parochum iuxta normam aliorum visitare et sic opinioni illorum « actum exercere contrarium ». Anno porro 1710 curiae relatum est « qua- « uter et quam praesumptuose et scandalose commendalorem Groebri- « censem Pittarnae in ecclesia parochiali sacramentalia visitaverit, eum- « demque hoc modo agendi sententiam Romanam parum vel nihili « considerare, monita caesarea in auras dispergere, et iurisdictionem « episcopalem plane i n vertere velle ». Anno dein 1729 cardinalis de Schrattenbach decernere debuit: « Ne forte Ordo Melitensis ad paci- « ficam perveniat possessionem exemptionis a visitatione contra Nos et « successores Nostros episcopos Olomucenses... peragat hanc visitatio- « nem non obstantibus protestationibus Ordinis vel officialium ». Decanus porro Tropplovicensis anno 1751 Ordinariatui haec referre debuit: « Dum autem archipresbyter visitaturus advenit, iam ad fores domus « parochialis deputatum aliquem Ordinis invenit, qui nomine commen- « datoris, quin et totius Ordinis Melitensis contra visitationem prote- « statur: cui archipresbyter ad salvanda episcopalia iura suam repro- be testationem quidem opponit, sed nec ad ecclesiam nec ad ratiocinia « ecclesiae revidenda admittitur ». Simile quid accidit in aliis beneficiis super quae Ordo Melitensis ius patronatus habuit.

Nec plus probant rationes Ordini redditae. Ordo enim nonnisi tres in tanto saeculorum cursu rationes sibi redditas exhibere valet: quaeque insuper uno tantum lustro continentur, annis nempe 1660, 1663 et 1665. At notandum est quod parochus, qui tunc Ordini rationes reddidit, sacerdos ex Ordine erat.

Atqui nil mirum quod superior regularis postulet a suo subdito, ut sibi rationem reddat, etiam si agatur de fratre plebano. Nam superiori regulari negari nequit ius inquirendi, ratione disciplinae, in administrationem temporalem suorum subditorum, sintne parochi vel non. Potest tamen abstrahi ab hac explicatione facti, cum in nullo casu ex singulo illo facto unius superioris regularis nulla coniectura fieri queat pro unione seu incorporatione beneficii.

Proferuntur praeterea nonnullae mentiones quae ecclesiam Erdpurgensem « filialem » et « incorporatam » vocant. Cum vero tales denomi-

nationes ortum ducant tantummodo ex verbis ipsius partis interesse habentis et sint extraiudiciales et unilaterales, nullius sunt ponderis. In causa parochiali Senogallien., quae praesenti causae fuit similis, scribit De Luca, *de Parochis*, 12: « Reliqua adminicula seu probationis « species nullam fidem merebantur, utpote deducta ex quibusdam scri- « pturis extractis ex archivo eiusdem monasterii interessati, quod fidem « non praestat, nisi aliunde earum scripturarum veritas comprobetur ».

Multo minus iuvat patronum Ordinis productio alicuius documenti falsi, seu saltem ad rem non pertinentis, anni 1832. In isto documento pronuntiatur quidem, episcopum et gubernium civile agnoscere quod parochiae Maylberg, Grosbarras et Rabensburg Ordini legitime sint incorporatae: agitur tamen de parochiis quae ad archidioecesim Viennensem pertinent.

Inutiliter denique adducuntur ad incorporationem probandam duae praesentationes ab Ordine factae annis 1660 et 1729. Nam docente Pitonio, *de contr. patr.*, all. 58, D. 12, status praesentationis remanet probatus ex assertione Ordinarii emissa in sententia institutionis, et non ex litteris praesentationis a patrono exaratis. Praeterea Ordo fecit simile quid in praesentationibus ad alias parochias, uti docemur ex relativis protestationibus episcoporum Olomucensium. Anno v. g. 1678, episcopus Carolus scripsit: « Cum praesentatio moderna... prioribus non sit conformis, « et équités Melitenses numquam vicarios sed parochos in suis Com- « mendis in hac dioecesi praesentaverint » et cardinalis de Schrattenbacb, anno 1737: « Cum praesentatio... formulis antehac a Commen- « datoribus dari solitis longe differat... » et infra loquitur de « stilo « antiquo in curia Nostra episcopali hac in parte recepto et hactenus « usitato ».

Ex una parte igitur apparet, Ordinem etiam in aliis parochiis iura sua extendere voluisse, et ex altera parte, episcopos Olomucenses in reiiciendis istis conatibus usos fuisse verbis generalibus, ita ut etiam parochia Erdpurgensis includeretur.

5) Unicum temporis spatium, quod in casu validum praebet argumentum, est tempus ab anno 1746 usque ad hodiernam beneficii vacantiam.

Atqui toto hoc tempore beneficium parochiale Erdpurgense obtinuerunt semper sacerdotes saeculares ad praesentationem magni prioris installati. Per 164 saltem annos proinde episcopus hanc parochiam contulit semper sacerdotibus saecularibus.

Iamvero receptum est, centenariam praescriptionem praesumere meliorem titulum de mundo, et nullas admittere probationes in con-

trarium, cum scilicet agatur de praesumptione iuris et de iure. « Quae « opinio, docet Pitonius, *De iurepatr.,* all. 58, tamquam firmatá*per sacrae « Rotae Tribunal amplectenda venit in iudicando, ita ut titulus ex cen« tenaria praesumptus sit talis, ut contrarium probari non possit per «alias praesumptiones... et si contra titulum praesumptum ex irame« morabili non admittitur probatio in contrarium, cum habeat praesum« ptionem iuris et de iure, utique nec etiam admitti potest probatio in « contrarium respectu centenariae, quae immemorabili aequiparatur, « immo maior seu maioris virtutis reputatur quam immemorabilis ».

Huic autem praescriptioni, quae est omnino in favorem episcopi, nequit obici, Ordinem agere non potuisse, cum ab imperatrice Maria Teresia prohibitus fuerit, quominus litem in petitorio deferret ad Sedem Apostolicam, seu nequit opponi iuris effatum: « Contra non valentem agere non currit praescriptio ». Imprimis enim ipse commendator, non episcopus, adierat civilem auctoritatem, cum legatur in decreto caesareo: «Su istanza ed esposto del medesimo (conte di Colloredo) umilmente « sottoposti alla Maestà Sua ...» quamobrem invocari potest regula iuris in Sexto: « Quod semel placuit amplius displicere non potest ».

Praeterea, ut aliquis « agere non valeat » requiritur ut sit legitime impeditus et per totum temporis intervallum ad praescribendum necessarium. Iamvero vetitum auctoritatis civilis in foro ecclesiastico non solum erat illegitimum, sed ipsum vetitum cessavit iam anno 1780, anno scilicet quo imperatrix Maria Teresia mortua est, vel saltem non multum post. Cum itaque non ex legitimo impedimento, sed e contra ex sua propria voluntate vel negligentia Ordo a lite movenda abstinuerit seu recesserit, sibi imputare debet quae exinde sequuta sunt. « Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare » (Reg. 86 in Sexto).

Neque opponi potest, praescriptionem esse interruptam per duas petitiones annis 1847 et 1866 ab Ordine ad ordinariatum Brunnen, missas, Nam illae petitiones nec iuridicam induebant formam ad praescriptionem interrumpendam validam, nec effectum sortitae sunt.

Dato autem etiam, licet non concesso, quod petitiones illae praescriptionem interrumpere potuissent, praescriptio iam plenum suum effectum sortita erat, quoniam ab anno 1746, quo series parochorum ex clero saeculari initium ducit, ad annum 1847, quo locum habuit prior petitio Ordinis, numerantur iam plus quam centum anni, quamobrem habetur observantia centenaria praescripta.

Neque denique obiici potest, Ordinem, vi privilegiorum a Romanis Pontificibus ipsi concesserunt habere ius et facultatem nominandi fra-

tres ad beneficia, quavis contraria observantia minime obstante. Ab his enim privilegiis exclusa est observantia quae longissimum tempus, quadraginta nempe annos, excedit.

Sane in Bulla Pii Pp. IV expresse dicitur « quae... a longo tamen « et forsan longissimo tempore citra, de cuius initio memoria hominum «forsan non exsistebat... presbyteris saecularibus collata...». Eadem verba repetuntur in Bulla Gregorii XIII.

Atqui observantia immemorabilis, cui aequiparatur centenaria, excluditur a privilegio concesso contra observantiam contrariam. Nam vox « citra » significat « praeter » seu potius sensus est « nisi agatur forte de observantia immemorabili ». In Bulla autem Benedicti XIV simpliciter dicitur «... vel ab aliis beneficiis regularibus vere dependentia et «subiective annexa, quae... fratribus... concedi semper debuissent, « quantumvis a longo et forsan longissimo tempore per abusum aut ex « defectu fratrum ... presbyteris saecularibus conferri... consueverint ». Sed haec Bulla, quae utpote ultimo edita et aliarum confirmatoria potissimum attendenda est, clare loquitur tantummodo de observantia contraria « longissimi temporis ». Neminem vero latet, in observantia longissimi temporis non esse inclusam observantiam centenariam seu immemorabilem. Accedit quod privilegia contra ius alicuius tertii data stricte sunt interpretanda. Verum legitima praescriptione ius certum requiritur quod aliis iuribus non est inferius. Quapropter etiam in hypothesi - quam tamen hypothesim RR. PP. DD. nullatenus ut veram admittunt - quod Ordo, ob incorporationem olim ius habuerit praesentandi sacerdotes ex Ordine, istud ius praescriptione centenaria abolitum ac ecclesia Erdpurgensis de novo libera facta est.

6) Ad alteram quaestionem quod attinet, an nempe ad praefatum beneficium Ordo praesentare valeat etiam sacerdotes Meli tenses, vel teneatur praesentare tantum sacerdotes saeculares, haec adhuc sunt dicenda. « Quidquid sit de iure communi - ita Pignatelli, cum communi « tom. I, cons. 44, n. 31 - hodie regulares nullatenus queunt ad paro- « chiales vel ad saecularia beneficia promoveri ex dispositione S. Conc. « Trid., sess. 14, c. 10-11, et ex Regul. GancelL, 42, quibus cavetur ut « regularía beneficia regularibus, saecularia vero saecularibus confe- « rantur... Quibus additur et Pauli IV constitutio *Postquam divina* qua « privantur Regulares quibuscumque beneficiis saecularibus, quae sine « dispensatione apostolica obtineant ».

Habetur insuper resolutio quaedam S. Congr. Concilii anni 1665 super eadem quaestione ac eadem ipsa beneficia patronata Olomucensia respiciens. Dubium ab episcopo propositum erat: « An Abbates et alii

« Praelati inferiores in parochiis ubi habent purum iuspatronatus acqui-« situm vel cessum a laicis, quibus in hoc succedunt, teneantur episcopo « dioecesano praesentare sacerdotes saeculares ut ante laici tenebantur, « an vero possint substituere monachos... ». Cui dubio sacra Congregatio respondit: « S. Congregatio censuit teneri, nec posse ad libitum « substituere ».

Hisce igitur omnibus perpensis, et sedulo consideratis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, propositis dubiis respondentes: Ad primum: *Negative,* seu *non constare de legitima incorporatione beneficii curati Erdberg Ordini Melitensium ac Oommendae Moniberg;* ad secundum: *Negative ad primam partem, et affirmative ad secundam partem,* seu *Magnum Priorem teneri praesentare sacerdotes saeculares.*

Ita pronunciamus, Magnum Priorem insuper in omnes expensas iudiciales condemnantes, etiam honorarii advocati adversae partis.

Mandamus autem Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Ss. Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXI, *De Beform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 28 martii 1914.

Franciscus Heiner, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Ioseph Mori.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 27 aprilis 1914.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

# SECRETARIA STATUS

## EPISTOLAE

### I

AD R. P. D. EUGENIUM J. GRELLIER, EPISCOPUM VALLIS VIDONIS, OB EXEMPLAR STATUTORUM SYNODALIUM PRAEFATAE DIOECESEOS BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Monseigneur,

11 a été très agréable au Saint-Père de recevoir l'exemplaire des Statuts Synodaux de Laval, dont Votre Grandeur m'avait prié de Lui faire hommage. Sa Sainteté ne doute pas que ces Statuts, rédigés en conformité avec les plus récentes décisions du Saint-Siège, ne soient, s'ils sont bien observés, une lumière et une force pour vos prêtres, et en même temps une source de grâces et d'édification pour les fidèles confiés à leurs soins.

Pour assurer ces heureux résultats, le Souverain Pontife vous envoie, ainsi qu'à votre clergé et à tout votre peuple, une affectueuse bénédiction apostolique.

Avec mes remercîments pour l'exemplaire que vous m'avez offert, je vous prie d'agréer, Monseigneur, l'expression de mes sentiments bien dévoués en Notre Seigneur.

Rome, le 12 mai 1914.

R. GARD. MERRY DEL VAL.

### II

AD R. P. A. CATERINI, S. I., PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE MODERATOREM, OB TRIA NUMISMATA EX AURO A BEATISSIMO PATRE BENIGNE DESTINATA INTER ALUMNOS SORTIENDA QUI DOCTORIS DIGNITATEM ET NOMEN SUMMA CUM LAUDE CONSECUTI SINT.

Revmo Rettore,

Ha recato conforto al Santo Padre Pio X l'apprendere dalle relazioni di V. P. Revma l'ottimo andamento della Pontificia Università Gregoriana, sia per il numero sempre crescente di alunni, sia per la diligenza ed il profìtto con cui i medesimi attendono alle discipline ecclesiastiche.

Soprattutto, poi, è riuscito consolante a Sua Santità il constatare che alcuni alunni, distinti per svegliatezza d'ingegno e per ricco tesoro di cognizioni, al termine dei singoli corsi riportano tale successo negli esami, da conseguire il Dottorato con uno speciale pubblico elogio della Commissione Esaminatrice.

L'augusto Pontefice se ne rallegra vivamente con la benemerita Università Gregoriana, e desiderando che sempre più vivo si accenda in tutti gli alunni quello spirito di sana emulazione che tanto sprona ed alletta i giovani alle nobili fatiche di uno studio disciplinato ed intenso, benignamente destina *tre medaglie d'oro* da sorteggiarsi nelle singole Facoltà di Teologia, di Filosofia e di Diritto Canonico tra coloro che avranno conseguito il Dottorato *summa cum laude.*

A questo tratto di paterna benevolenza, che certamente riuscirà graditissimo agli alunni non meno che ai Superiori ed ai Professori, Sua Santità aggiunge ben volentieri, per tutti, auspice delle celesti grazie, una particolare Benedizione Apostolica.

Con sensi di sincera stima passo, dopo ciò, al piacere di raffermarmi

Di V. P. Revma

Roma, li 19 maggio 1914.

Aftmo nel Signore
R. CARD. MERRY DEL VAL.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato id nominare :

*31 maggio 1914.* — L'Emo signor cardinale Giovanni Battista Lugari, *Protettore delle Monache eremite di san Giovanni Battista, dette « Le Battistine », di Boma.*

*8 giugno.* — Mons. Donato Sbarretta, arcivescovo tit. di Efeso, *Assessore della suprema sacra Congregazione del sani'Uffizio.*

— Mons. Luigi Gapotosti, vescovo di Modigliana, *Segretario della sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*

— Mons. Adolfo Turchi, vescovo di Cajazzo, *segretario della sacra Congregazione dei Religiosi.*

*9 giugno.* — L'Emo sig. cardinale Ottavio Cagiano de Azevedo, *Protettore delle Suore di Carità, dette le Salesiane dei Ss. Cuori di Lecce.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Assistente al Soglio Pontificio;*

*30 maggio 1914.* — Mons. Giuseppe Müller, vescovo tit. di Sarepta ed ausiliare di Colonia.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*19 maggio 1914.* — Mgr. Mattia Rihtarié, I. e R. superiore castrense di Zagabria; Ladislao Grúsz, I. e R. superiore castrense di Vienna; e Vittore Várady, I. e R. superiore castrense di Budapest.

*23 maggio.* — Mons. Giuseppe Ruesing, della diocesi di Omaha.

*27 maggio.* — Mons. Francesco Solieri, rettore del Collegio Boemo in Roma.

*5 giugno.* — Mons. Francesco Düsterwald, canonico della metropolitana di Colonia.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*5 maggio 1914.* — Mons. Giuseppe Agostini, dell'archidiocesi di Spoleto.

*22 maggio.* — Mons. Antonio Schellekens, preposto della cattedrale di Breda.

— Mons. Luca I. Evers, dell'archidiocesi di New-York.

*27 maggio.* — Mons. Alessandro Mori, prevosto di Castelgoifredo, nella diocesi di Mantova.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:*

*15 maggio 1914.* — Mons. Giuseppe Göbel, della diocesi di Spira.

*17 maggio.* — Giuseppe Prill, dell'archidiocesi di Colonia.

*29 maggio.* — Mons. Corrado de Preysing, dell'archidiocesi di Monaco (Baviera).

*Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:*

*21 maggio 1914.* — Il signor barone Felice Gerliczy de Aran y et Szentgerlistye, dell'archidiocesi di Strigonia.

*30 maggio.* — Il signor conte Massimiliano Berghe de Trips di Horrem, nell'archidiocesi di Colonia.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*21 aprile 1914.* — Al sig. cav. Eduardo Payen, dell'archidiocesi di Lione.

*27 maggio.* — Al sig. Giuseppe Gilles ed al sig. dott. Michele Braubach, dell'archidiocesi di Colonia.

*30 maggio.* — Al sig. ing. Giovanni Maria Migone, dell'archidiocesi di Genova.

*La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :*

*23 maggio 1914.* — Al sig. prof. Teodoro Meyer-Bachem, dell'archidiocesi di Colonia.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*21 aprile 1914.* — Ai signori Luigi Gautier ed Andrea Colcombet, dell'archidiocesi di Lione.

*15 maggio.* — Ai signori Giuseppe Mündnich, Giuseppe Schweitzer e Vittore Werner, della diocesi di Treviri.

*17 maggio.* — Al sig. architetto Edmondo Capitain, della diocesi di Rottenburg.

*21 maggio.* — Al sig. Enrico Roux de Bézieux, dell'archidiocesi di Lione.

— Ai signori Gustavo Som ville e Leone Ransy, giornalisti belgi.

*24 maggio.* — Al sig. visconte Raimondo Biolley ed al sig. Armando Simonis, della diocesi di Liegi.

*26 maggio.* — Al sig. Carlo Unterkircher, della diocesi di Bressanone.

— Ai signori Gabriele Robert ed Ernesto Le Clerc, dell'archidiocesi di Lione.

*27 maggio.* — Al sig. Tommaso Long, dell'archidiocesi di Toronto.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*20 maggio 1914.* — Al sig. ingegnere Giovanni Battista Liguori, dell'archidiocesi di Sorrento.

Il Breve Apostolico in data del 3 febbraio 1914, col quale si conferiva il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro al signor Marciano Di Pesa, della diocesi di Avellino, residente a Boston, è stato annullato.

## NECROLOGIO

*6 giugno 1914.* — Mons. Matteo Gaughren, vescovo tit. di Ten tira e vicario apostolico dello Stato di Orange e di Kimberley.

— Mons. Francesco de Pol y Baralt, vescovo di Gerona.

Annus VI. - Vol. VI. Die 6 Iulii 1914. Num. 10.

# ACTATAPWÖLIGAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. X

## PIUS PP. x

### MOTU PROPRIO

### DE POTESTATE CONFERENDI ACADEMICOS GRADUS FACTA ANSELMIANO URBIS COLLEGIO

Praeclara inter opera decessoris Nostri Leonis Pp. XIII, fel. rec, exstat sane Collegium Anselmianum quo quidem Ordini S. Benedicti in hac Alma Urbe proprium Seminarium datum est. Noverat enim, qua erat sapientia, Pontifex nihil posse plus conferre eo, ut religiosa Patriarchae Cassinensis familia, quae de Ecclesia et de societate civili tam multis nominibus optime est merita, feliciter ad splendorem pristinum revirescat, quam si adolescentes monachi Romam undique conveniant et sub auspiciis eius qui Christi Vicarius est, instituti sui disciplina ac sacris doctrinis erudiantur. Quippe in Romani Sede Pontificatus omnibus qui christiano gloriantur nomine, sed praecipue religiosis Ordinibus fons sanctitatis et sapientiae uberrimus patet.

» Evocati igitur a Pontifice maximo, Benedictinae familiae alumni philosophia, theologia Pontificioque iure solide institui in Urbe coeperunt, vigilanter nimirum tum decessore Nostro tum Nobismetipsis curantibus ut in Collegio Anselmiano sanctum esset traditam a Patribus doctrinam incorrupte impertire atque a temeraria quavis novitate rerum abhorrere. Etenim nunc maxime cum errores perniciosissimi e falsis scholis profecti late in

mentes hominum irrepserunt, viros religiosos sacrarum rerum scientia bene instruGtos esse oportet, ut et studium perfectionis christianae firmo nitatur fundamento et ipsi ceteris possint in via veritatis magistros se praebere ac duces. Itaque praeceptoribus alumnisque huius Collegii illud ab initio propositum fuit, ad Cantuariensis Doctoris monita, Scholasticorum Patris, S. Romanae Ecclesiae « fidem indubitanter tenendo, amando et secun« dum illam vivendo » pro viribus in eiusdem fidei rationibus indagandis se exercere. Quo in studio magistrum semper secuti sunt ipsum S. Thomam, cuius aurea doctrina mentes splendore suo illuminat ; cuius via et ratio usque ad prof undissimam divinarum rerum cognitionem sine ullo erroris periculo perducit. Neque vero conceptam spem fefellit exitus : mirum enim quantum incrementi Ordo Benedictinus postremis temporibus accepit. Equidem gaudemus Nobis, cum videmus numerum eorum sodalium iam factum duplo maiorem; monasteria ubique vetusta refici, nova condi ; plurima gymnasia academiasque non paucas optimo cum fructu a Benedictinis gubernari; ex eisque pietatis et studiorum domiciliis subinde prodire promptos et alacres, qui lucem Evangelii in barbaros propagent. Omnino novus quidam vigor huic Ordini, Dei benignitate, iniectus videtur; sed profitemur libenter Urbanum, de quo loquimur, Collegium non parum ad eam rem contulisse. Plures enim eorum qui Anselmianis in aedibus educati sint, monasteriis et scholis praepositos, plures ad magisterium doctrinae vel ad alia praeclara munera adhibitos esse scimus.

Quo igitur tam salubre institutum magis magisque firmaretur et cresceret, tum Leo Pp. XIII, tum Nosmetipsi Collegio S. Anselmi paternae benevolentiae dare documenta non destitimus ; eaque Nobis nunc opportuna gratia accessione cumulare libet. Decessor Noster cum Collegii aedificia in Monte Aventino sua munificentia excitasset legesque ac statuta sanxisset, eidem insigne dedit vivo vocis oraculo privilegium laureas gradusque academicos conferendi. Id Nos considerantes, duximus faciendum, utpote ad Dei gloriam conducibile, atque utile Ecclesiae

Orclinique Benedictino, cuius patrocinium peramanter Nos Ipsi suscepimus, ut huius concessio beneficii firmius consisteret.

Itaque re mature perpensa, collatisque consiliis cum dilecto Filio Nostro, Cardinali S. Congregationi Studiorum Praefecto, apostolica Nostra auctoritate ac Motu-proprio statuimus, ut Collegium Benedictinorum S. Anselmi de Urbe ad instar aliarum academiarum in Urbe exsistentium, perpetuo privilegium obtineat conferendi omnes gradus academicos cum in philosophia, tum in sacra theologia, tum in iure canonico alumnis utriusque cleri, saecularis ac regularis, qui rite laudati Collegii scholas in memoratis *facultatibus* frequentaverint et, periculo coram Collegii professoribus facto, maiorem suffragiorum partem retulerint.

Quo autem salubriores hoc privilegium et Ordini et Ecclesiae fructus ferat, volumus et praecipimus, ut Professores Collegii Anselmiani in re tum philosophica tum theologica doctrinam semper sequantur Aquinatis, atque in praelectionibus sacrae theologiae pro alumnis qui ad academicos gradus contendunt, ipsum *textum* S. Thomae adhibeant. Aquinatem enim deserere, in re philosophica praesertim et theologica, uti iam diximus, non sine maglio detrimento esse potest; ipsum sequi tutissima est via ad profundam divinarum rerum cognitionem.

Quoniam vero omnis sufficientia nostra ex Deo est, Eundem ex intimo corde apprecamur, ut, qui coepit hoc opus bonum, Ipse perficiat, et in auspicium omnium caelestium gratiarum itemque in pignus paternae Nostrae caritatis omnibus Professoribus alumnisque Collegii S. Anselmi apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Quae autem hic a Nobis constituta sunt, firma et valida in perpetuum esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet, etiam speciali et specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud sanctum Petrum die xxiv mensis iunii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

# PIUS PP. x

## MOTU PROPRIO

### PRO ITALIA ET INSULIS ADIACENTIBUS

### DE STUDIO DOCTRINAE S. THOMAE AQUINATIS IN SCHOLIS CATHOLICIS PROMOVENDO

Doctoris Angelici nemo sincere catholicus eam ausit in dubium vocare sententiam : *Ordinare de studio pertinet praecipue ad auctoritatem Apostolicae Sedis qua universalis Ecclesia gubernatur, cui per generale studium, providetur* \ Quo Nos magno quidem officii munere cum alias functi sumus, tum praesertim die i sept. a. MCMX, quum datis litteris *Sacrorum antistitum* ad omnes Episcopos summosque Religiosorum Ordinum magistros, quibus cura rite instituendae sacrae iuventutis incumberet, haec in primis eos admonebamus : « Ad studia quod attinet, volumus « probeque mandamus ut philosophia scholastica studiorum « sacrorum fundamentum ponatur ... Quod rei caput est, philo- « sophiam scholasticam quam sequendam praescribimus, eam « praecipue intelligimus, quae a Sancto Thoma Aquinate est « tradita : de qua quidquid a Decessore Nostro sancitum est, « id omne vigere volumus et, qua opus sit, instauramus et con- ce fírmamus, stricteque ab universis servari iubemus. Episcopo- « rum erit, sicubi in Seminariis neglecta fuerint, ea ut in po- « sterum custodiantur, urgere atque exigere. Eadem Religioso - « rum Ordinum Moderatoribus praecipimus ».

Iam vero, cum dictum hoc loco a Nobis esset *praecipue* Aquinatis sequendam philosophiam, non *unice,* nonnulli sibi persuaserunt, Nostrae sese obsequi aut certe non refragari voluntati, si quae unus aliquis e Doctoribus scholasticis in philosophia tradidisset, quamvis principiis S. Thomae repugnan-

[1] Opuse. *Contra impugnantes Dei cultum et religionem,* e. III.

tia, illa haberent promiscua ad sequendum. At eos multum animus fefellit. Planum est, cum praecipuum nostris scholasticae philosophiae ducem daremus Thomam, Nos de eius principiis maxime hoc intelligi voluisse, quibus, tamquam lundamentis, ipsa nititur. Ut enim illa reiicienda est quorumdam veterum opinio, nihil interesse ad Fidei veritatem quid quisque de rebus creatis sentiat, dummodo de Deo recte sentiatur, siquidem error de natura rerum falsam Dei cognitionem parit; ita sancte inviolateque servanda sunt posita ab Aquinate principia philosophiae, quibus et talis rerum creatarum scientia comparatur quae cum Fide aptissime congruat [1]; et omnes omnium aetatum errores refutantur; et certo dignosci licet quae Deo soli sunt neque ulli praeter ipsum attribuenda [2]; et mirifice illustratur tum diversitas tum analogia quae est inter Deum eiusque opera; quam quidem et diversitatem et analogiam Concilium Lateranense IV sic expresserat: « inter Creatorem et creaturam « non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dis« similitudo notanda » [3]. — Ceterum, his Thomae principiis, si generatim atque universe de iis loquamur, non alia continentur, quam quae nobilissimi philosophorum ac principes Doctorum Ecclesiae meditando et argumentando invenerant de propriis cognitionis humanae rationibus, de Dei natura rerumque ceterarum, de ordine morali et ultimo vitae fine assequendo. Tam praeclaram autem sapientiae copiam, quam hic a maioribus acceptam sua prope angelica facultate ingenii perpolivit et auxit et ad sacram doctrinam in mentibus humanis praeparandam, illustrandam tuendamque [4] adhibuit, nec sana ratio vult negligi nec Religio patitur ulla ex parte minui. Eo vel magis quod si catholica veritas valido hoc praesidio semel destituta fuerit, frustra ad eam defendendam quis adminiculum petat ab ea philoso-

[1] *Contra G-entiles,* lib. II, c. III et II.

[2] Ib. c. III; et I, q. XII, a. 4; et q. LIV, a I.

[3] Decretalis II[a] *Damnamus ergo, etc.* Cfr. S. Thom. Quaest. Disp. *De scientia Dei,* art. 11.

[4] In Librum Boethii *De Trinitate,* quaest. II, art. 3.

phia, cuius principia cum *Materialismi, Monismi, Pantheismi, Socialismi v*truque *Modernismi* erroribus aut communia sunt aut certe non repugnant. Nam quae in philosophia sancti Thomae sunt capita, non ea haberi debent in opinionum genere, de quibus in utramque partem disputare licet, sed velut fundamenta in quibus omnis naturalium divinarumque rerum scientia consistit: quibus submotis aut quoquo modo depravatis, illud etiam necessario consequitur, ut sacrarum disciplinarum alumni ne ipsam quidem percipiant significationem verborum, quibus revelata divinitus dogmata ab Ecclesiae magisterio proponuntur.

Itaque omnes qui philosophiae et sacrae theologiae tradendae dant operam, illud admonitos iam voluimus, si ullum vestigium, praesertim in metaphysicis, ab Aquinate discederent, non sine magno detrimento fore. — Nunc vero hoc praeterea edicimus, non modo non sequi Thomam, sed longissime a sancto Doctore aberrare eos, qui, quae in ipsius philosophia principia et pronuntiata maiora sunt, illa perverse interpretentur aut prorsus contemnant. Quod si alicuius auctoris vel Sancti doctrina a Nobis Nostrisve Decessoribus unquam comprobata est singularibus cum laudibus atque ita etiam, ut ad laudes suasio iussioque adderetur eius vulgandae et defendendae, facile intelligitur eatenus comprobata, qua cum principiis Aquinatis cohaereret aut iis haudquaquam repugnaret.

Haec declarare et praecipere Apostolici officii duximus, ut in re maximi momenti, quotquot sunt ex utroque Clero, saeculari et regulari, mentem voluntatemque Nostram et penitus perspectam habeant, et ea, qua par est, alacritate diligentiaque efficiant. Id autem peculiari quodam studio praestabunt christianae philosophiae sacraeque theologiae magistri, qui quidem probe meminisse debent non idcirco sibi factam esse potestatem docendi, ut sua opinionum placita cum alumnis disciplinae suae communicent, sed ut iis doctrinas Ecclesiae probatissimas impertiant.

Iam, quod proprie attinet ad sacram theologiam, huius quidem disciplinae studium semper eius luce philosophiae, quam

diximus, illustratum esse volumus, sed in communibus Seminariis clericorum, modo idonei praeceptores adsint, adhibere liceat eorum libros auctorum, qui, derivatas de Aquinatis fonte doctrinas, compendio exponunt; cuius generis libri suppetunt, valde probabiles.

At vero ad colendam altius hanc disciplinam, quemadmodum coli debet in Universitatibus studiorum magnisque Athenaeis atque etiam in iis omnibus Seminariis et Institutis, quibus potestas facta est academicos gradus conferendi, omnino oportet, veteri more, qui numquam excidere debuerat, revocato, de ipsa *Summa Theologica* habeantur scholae : eo etiam, quia, hoc libro commentando, facilius erit intelligere atque illustrare solemnia Ecclesiae docentis decreta et acta, quae deinceps edita sunt. Nam post beatum exitum sancti Doctoris, nullum habitum est ab Ecclesia Concilium, in quo non ipse cum doctrinae suae opibus interfuerit. Etenim tot saeculorum experimentis cognitum est in diesque magis apparet, quam vere Decessor Noster Ioannes XXII affirmant : « Ipse (Thomas) plus « illuminavit Ecclesiam, quam omnes alii Doctores : in cuius « libris plus proficit homo uno anno, quam in aliorum doctrina « toto tempore vitae suae » \ Quam sententiam S. Pius V, cum sancti Thomae festum, ut Doctoris, toti Ecclesiae celebrandum induceret, ita confirmavit: « Sed quoniam omnipotentis Dei pro« videntia factum est, ut Angelici Doctoris vi et veritate doctrinae « ex eo tempore quo caelitibus civibus adscriptus fuit, multae, « quae deinceps exortae sunt haereses, confusae et convictae dis« siparentur, quod et antea saepe et liquido nuper in sacris Con<< cilii Tridentini decretis apparuit, eiusdem memoriam, cuius « meritis orbis terrarum a pestiferis quotidie erroribus liberatur, « maiore etiam quam antea grati et pii animi affectu colendam « statuimus »[2]. Atque, ut alia praeconia Decessorum, plurima quidem et praeclara, mittamus, libet his verbis Benedicti XIV

[1] Alloc. hab. in Consistorio an. MCGGXVIII.
[2] Bulla *Mirabilis Deus,* d. d. xi aprilis an. MDLXVII.

omnes scriptorum Thomae, praesertim Summae Theologicae, laudes complecti : « Cuius doctrinae complures Romani Ponti-
**le** fices, praedecessores Nostri, perhonorifica dederunt testimonia, « quemadmodum Nos ipsi in libris, quios de variis argumentis « conscripsimus, postquam Angelici Doctoris sententiam dili- « genter scrutando percepimus atque suspeximus, admirabundi « semper atque lubentes eidem adhaesimus atque subscripsimus; (( candide profitentes si quid boni in iisdem libris reperitur, id. « minime Nobis, sed tanto Praeceptor! totum esse adscriben- « dum » \

Itaque « ut genuina et integra S. Thomae doctrina in scholis « floreat, quod Nobis maxime cordi est » ac tollatur iam « illa do- « cendi ratio, quae in magistrorum singulorum auctoritate ar-
**ie** bìtrioque nititur » ob eamque rem « mutabile habet fundá-
is mentum, ex quo saepe sententiae diversae atque inter se « pugnantes oriuntur ... non sine magno scientiae christianae <( detrimento »[2], Nos volumus, iubemus, praecipimus, ut qui magisterium sacrae theologiae obtinent in Universitatibus, magnis Lyceis, Collegiis, Seminariis, Institutis, quae habeant ex apostolico indulto potestatem gradus academicos et lauream in eadem disciplina conferendi, *Summam Theologicam* S. Thomae tamquam praelectionum suarum *textum* habeant, et latino sermone explicent : in eoque sedulam ponant operam ut erga illam auditores optime afficiantur. — Hoc in pluribus Institutis laudabiliter iam est usitatum ; hoc ipsum Ordinum Religiosorum Conditores sapientissimi in suis studiorum domiciliis fieri voluerunt, Nostris quidem Decessoribus valde probantibus : nec, qui post Aquinatis tempora fuerunt, Sancti homines alium sibi summum doctrinae magistrum habuerunt, nisi Thomam. Sic autem, et non aliter, fiet ut non modo in pristinum decus revocetur theologia, sed et sacris omnibus disciplinis suus ordo suumque pondus restituatur, et quicquid intelligentia et ratione tenetur, quodammodo revirescat.

[1] Acta Cap. Gen. O. P., tomo IX, p. 196-

[2] Leonis XIII Epist. *Qui te,* d. d. xix iunii an. MDCCCLXXXVI.

Quare nulla in posterum tribuetur cuiquam Instituto potestas conferendi academicos in sacra theologia gradus, nisi quod hic a Nobis praescriptum est, sancte apud ipsum servetur. Instituta vero seu *Facultates,* Ordinum quoque et Congregationum Regularium, quae legitime iam huiusmodi potestatem habeant academicos in theologia gradus aut similia documenta conferendi vel tantum intra domesticos fines, eadem privabuntur privataeque habendae erunt, si post tres annos, quavis de causa etiamsi minime voluntaria, huic praescriptioni Nostrae religiose non obtemperarint.

Atque haec statuimus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxix mensis iunii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

## CHIROGRAPHUM

### DE VIRGINIBUS GANOSSIANIS AD SACRAS EARUM MISSIONES EDUCANDIS

PIUS PP. X

Filias Caritatis Canossianas cum in multiplici alio genere, tum in sacris missionibus apud barbaros ita versari, ut eam christianarum omnium virtutum praestantissimam, unde eis inditum est nomen, magno cum fructu animarum exerceant, probe cognitum habemus. Ac de ipsis Canossianis missionibus, quae sunt in finibus Sinarum et Indiarum orientalium, intelleximus novis magnisque earum necessitatibus non aliter satisfieri posse, quam si certa quaedam constituatur domus educandis fingendisque ad tantum munus atque onus iis virginibus Canossianis, quae illud suscipere, Deo vocante, voluerint: hoc enim vicarii apostolici earum regionum sibi esse in votis summa consensione Nobis significarunt; hoc etiam Canossianarum domorum, quae ibidem sunt, moderatrices, praeeunte

generali socialitatis Antistita, enixe a Nobis postularunt. Itaque huius Nostri auctoritate Chirographi perlibenter eidem generali Antistitae concedimus, ut quam, Nobis consultis, nuper *Vimercate*, in oppido Mediolanensis archidioecesis, domum comparavit, eam dumtaxat tirocinio destinet Sororum Canossianarum, quae sodalitatis suae missionibus sese dediturae sint; ipsam vero domum iubemus proxime et unice esse sub iurisdictione Apostolicae Sedis, atque ab Antistita generali, quae quidem Veronae habitat, de Cardinalis Patroni sententia gubernari.

Datum Romae apud S. Petrum die i mensis iunii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

## LITTERAE APOSTOLICAE

### I

### ERECTIO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI DE « TCHAO-TCHION » IN SINIS

PIUS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam. — Sollemne Domini Iesu praeceptum exsequentes, qui omnes gentes doceri et baptizari iussit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Romani Pontifices, pastores pastorum, de omnium populorum salute solliciti, praeconum Evangelii stationes in infidelium regionibus constituere et multiplicare pro re ac tempore iugiter cordi habuere. Hoc ducti consilio, quum, superatis divina ope difficultatibus, feliciter factum sit, ut Christi fidelium numerus, postremis hisce annis, admodum augeretur in praefectura apostolica de Kuam-Tom; et [venerabilis frater Ioannes Maria Mérel, episcopus titularis Orcistiensis idemque memoratae Missionis praefectus apostolicus, enixe a Nobis postulaverit, ut, peracta divisione suae praefecturae, novam Missionem conderemus: Nos, ad christiani nominis uberius incrementum, omnibusque rei momentis attento seduloque studio perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Propagandae Fidei praepositis, postu-

lationi illius concedendum esse censuimus. Quare Motu proprio, certa scientia, matura deliberatione atque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, a Praefectura Apostolica de Kuam-Tom, quam per similes Nostras Litteras hoc ipso die datas in Vicariatum Apostolicum nomine de *Canton* distinctum ereximus, praesentium tenore, partem orientalem seiungimus, eamque erigimus in alium Vicariatum Apostolicum ab illo separatum, quem curis concreditum volumus optime meriti Seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteros. Novum autem hunc vicariatum nuncupandum esse mandamus de *Tchao-tchion,* e nomine urbis quae portui Swatow proxima, novo excipiendo vicario apostolico peropportuna videtur; eidemque vicariatui tales statuimus fines, ut ad septentriones meridionalibus limitibus vicariatuum apostolicorum Kiam-Si meridionalis et Fo-kien ; ad orientem occidentalibus limitibus Vicariatus apostolici Amoënsis et mari Sinico; ad meridiem man item Sinico; ad occidentem denique limitibus orientalibus vicariatus apostolici de Hom-Kom et districtuum civilium Yun-on, Ho-yun, Tcheung-ning, Yong-yun circumscriptum maneat, ipseque praeterea attingat et inclusas habeat insulas maris Sinici, quae in ditione civilium districtuum intra regionem continentalem eiusdem sitae reperiuntur: decernentes has Litteras Nostras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque iudicari ac definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus apostolicis ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die vi aprilis MDCCCCXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

R. GAKD. MERRY DEL VAL,
*a Secretis Status.*

L. £ß S.

II

## PRAEFECTURA APOSTOLICA DE « KUAM-TOM » IN VICARIATUM APOSTOLICUM CUM APPELLATIONE DE « CANTON » ERIGITUR

PIUS PP. X

Ad futuram rei memoriam. — Ecclesiarum omnium cura Nobis divinitus commissa illud postulat ut, quum in aliqua regione fidelium numerus creverit et quotidie magis bona opera florescant, regionem ipsam ad ampliorem ecclesiastici ordinis gradum promoveamus, quo aptius et opportunius sacrarum rerum procurationi consulatur. Itaque quoniam, certiores facti in praefectura apostolica de *Kuam-Tom* actuoso studio sodalium optime meriti Seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteros christianum nomen magnopere propagatum esse, orientalem partem illius in separatum Vicariatum Apostolicum, per similes Apostolicas Litteras hoc ipso die datas, ereximus, Praefecturam eamdem, ne, quae meritis minor non est, dignitate inferior maneret, pari honore augere statuimus. Postquam igitur hac de re cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Propagandae Fidei praepositis consilia contulimus, praesentium vi, motu proprio, certa scientia et matura deliberatione Nostra atque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam quae usque adhuc appellata est de Kuam-Tom, in Vicariatum Apostolicum erigimus, evehimus et posthac nuncupari mandamus de *Canton*, e nomine urbis quae princeps est provinciae illius. Decernimus vero praesentes Nostras Litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari: non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus apostolicis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die vi aprilis anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL
*a Secretis Status.*

## III

ERECTIO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE SINENSIS « KUAM-SI » IN VICARIATUM APOSTOLICUM

PIUS PP. x

Ad futuram rei memoriam. — Nihil praestabilius neque sacris dignius viris aestimandum est, quam toto pectore adlaborare, ut qui in tenebris et in umbra mortis sedent, Christum Redemptorem nostrum, cunctis mortalibus lucem et vitam, cognoscant et adorent. Laeto itaque accepimus animo, alumnos Seminarii Parisiensis pro exteris missionibus magna facere ac perpeti, ut in apostolica praefectura Sinensi, cui vulgo nomen *Kuam-si* christiana fides magis magisque in dies incrementum suscipiat. Atque ut strenui huiusmodi Evangelii praecones merito laudis praemio afficiantur, utque ad semper maiora pro Dei gloria et aeterna hominum salute per Nos excitentur, Apostolicam quam supra memoravimus Praefecturam, ad potiorem dignitatis gradum censuimus evehendam. Quare omnibus sedulo perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus christiano nomine Propagando praepositis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque potestatis Nostrae plenitudine, praesentium tenore Apostolicam Praefecturam in Sinis, quae vulgo *Kuam-si* nuncupatur, in Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, iisdem atque antea ei nomine et limitibus servatis. Praeterea eidem Vicariatui omnia et singula iura, privilegia, honores, indulta quae ad apostolicas huiusmodi Missiones pertineant, concedimus ac largimur. Decernentes praesentes Nostras Litteras firmas, validas, efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque omnibus etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die vi mensis iunii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

R. CARD. MERRY DEL VAL.
*a Secretis Status.*

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I

## DECRETUM

SEU DECLARATIO CIRCA MODUM BENEDICENDI QUAEDAM DEVOTIONALIA APOSTOLICA AUCTORITATE

Consuevit Apostolica Sedes in facultatibus concedendis, quae benedictionem respiciunt crucium, coronarum, numismatum, aliorumve devotionalium, permittere ut sacerdotes delegati unico crucis signo utantur, nulla adhibita formula, nullis vestibus sacris, absque aliis caeremoniis ; at pluries dubitatum est, utrum signum crucis ¡toties [peragendum sit, quot sunt res diversae benedicendae, vel diversae facultates quibus gaudet sacerdos, an quolibet in casu unicum generaliter signum sufficiat.

Et Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Commissario S. Officii, feria V, die 18 maii, anno 1914, impertita, audito Emorum Patrum Inquisitorum generalium suffragio, feria IV praecedenti in ordinaria Congregatione emisso, decernere et declarare dignatus est ut sequitur : « In benedicendis pluribus similibus aut diversis religionis « obiectis, quae sacerdoti pluribus facultatibus munito, coniuncta vel « commixta offeruntur, atque in ipsis, vigore diversarum facultatum, « indulgentiis ditandis, sufficere unicum signum pro pluribus benedictio- « nibus atque indulgentiarum adnexionibus. Et declaratio non exten- « datur ad metallica numismata scapularibus substituenda, de quibus « in decreto S. Officii, dato die 16 decembris, anno 1910 ». Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. £&S.

Fr. Dom. M. Pasqualigo, O. P.,
*Comm. G.lis S. O.*

## II

## DECRETUM

### SEU DECLARATIO CIRCA SACERDOTES DELEGANDOS AD ABSOLUTIONEM GENERALEM ET BENEDICTIONEM PAPALEM TERTIARIIS SAECULARIBUS IMPERTIENDAS

Ad supremam hanc Congregationem S. Officii sequens dubium pro opportuna solutione propositum fuit: « Cum penes Superiores Regulares « sit facultas delegandi sacerdotem ad Absolutionem generalem et Benedictionem papalem, impertiendam Tertiariis saecularibus, quaeritur, « utrum superiores illi possint delegare sacerdotem non approbatum ad « confessiones audiendas, saltem si ille sacerdos sit ex suis subditis, et « hoc fiat in propriis ecclesiis ».

Emi et Rrhi Patres Cardinales Inquisitores generales, feria IV, die *¥1* maii, anno 1914, in ordinaria Congregatione adunati, respondendum esse censuerunt: « Superiores Regulares posse ad Absolutionem « generalem et Benedictionem papalem impertiendam Tertiariis saecularibus in propriis ecclesiis delegare sacerdotes sui Ordinis, etiam non « approbatos ad confessiones audiendas ».

Et Ssmus Dominus noster D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Commissario S. Officii impertita, feria V, die 28, iisdem ac supra mense et anno, sententiam Emorum Patrum benigne approbare dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. ® S.

Fr. Dom. M. Pasqualigo, O. P.,
*Comm. G.lis S. O.*

## III

## DECRETUM

### SEU DECLARATIO CIRCA INDULGENTIAM « TOTIES QUOTIES » CRUCIFIXIS ADNEXAM

Supremae sacrae Congregationi S. Officii relatum est, sacerdotes quosdam consuevisse benedictione donare crucifixos, asserentes iisdem applicare plenariam Indulgentiam, toties a fidelibus lucrandam, quoties

osculum alicui ex praefatis crucifixis infixerint: id vero apostolica auctoritate. Quum non sit de Romanae Ecclesiae consuetudine in facultatibus indulgentias applicandi quosdam limites discretionis excedere, ad mentem decreti S. Indulgentiarum Congregationis d. d. 10 augusti, anno 1899, in quo aliquot exhibentur regulae, « quibus prae oculis habitis, nedum « locorum Ordinariis, sed et ipsis christifidelibus facilis aperiretur via « ad dignoscendum quodnam sit ferendum iudicium de aliquibus indul« gentiis, quae passim in vulgus eduntur, dubiamque praeseferunt authen« ticitatis notam », visa est asserta facultas aut mere dictitata, aut praepostera interpretatione accepta.

Hisce considerationibus permoti Emi ac Revmi Patres Cardinales generales Inquisitores, feria IV, die 10 iunii, anno 1914, censuerunt esse de hac re Sanctissimum consulendum. Sanctitas porro Sua, in audientia, feria V subsequenti, die 11 iunii, eodem anno, R. P. D. sancti Officii Commissario impertita, mentem suam benigne aperire dignata est, et mandavit sequens expediri decretum: « Facultas benedicendi crucifixos « cum indulgentiae plenariae applicatione, toties quoties nuncupatae, « sive personaliter a Summo Pontifice, sive quomodocumque ab apo« stolica Sede, per tramitem cuiuslibet Officii vel personae obtenta, ita « et non aliter est intelligenda, ut quicumque christifidelis in articulo « mortis constitutus aliquem ex huiusmodi crucifixis benedictis, etiamsi « illi non pertineat, osculatus fuerit, vel quomodocumque tetigerit, dum« modo confessus ac sacra Communione refectus, vel si id facere nequi« verit saltem contritus, Ssmum Iesu nomen, ore, si potuerit, sin minus « corde, devote invocaverit, et mortem tamquam peccati stipendium de « manu Domini patienter susceperit, plenariam indulgentiam acquirere « valeat. Contrariis quibuscumque non obstantibus ».

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. © S.

Fr. Dom. M. Pasqualigo, O. P.,
*Comm. G.lis S. O.*

# 8. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## I

## DECRETUM

SACERDOTES IN ITALIA PROHIBENTUR NE SINDACALISTIS SOCIETATIBUS DENT NOMEN, OPERAMVE PRAEBEANT.

Ex compluribus Italiae, praesertim septentrionalis, dioecesibus graves questus ad Apostolicam Sedem pervenerunt de detrimentis quae vel ipsi opificum et agricolarum coetui infert institutio illa seu consociatio quae *sindacalismus* vocatur, utpote quia, praeter cetera, actu reapse in sociale certamen desciscit. Quapropter ad praecavendum, quantum fas est, tanto malo, Ssmus D. N. Pius Papa X sacrae huic Congregationi mandavit, ut memoratis Italiae Ordinariis notum faceret, mentem suam esse firmamque sententiam, sacerdotes, remota qualibet personarum locorumque exceptione, non posse consociationibus hisce *sindacálistis* nomen dare aut semel datum in eis servare, officio aliquo in eisdem fungi et sermones seu adhortationes in earum opem habere: a quibus omnibus cunctos prohibendos esse sacerdotes, ne maiorum quae ex institutione illa saepe profluunt participes ipsi videantur.

Quo iussa Ssmi Domini faciam, haec cum Ordinariis ad quos spectat communico, ut opportune iuxta casuum varietatem provideant. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria sacrae Congregationis Consistorialis, die 20 iunii 1914.

C. CARD. DE LAT, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

*h.* © S.

Ioannes B. Rosa, *Substitutus.*

II

ERECTIO PRAELATURAE NULLIUS

Decreto sacrae Congregationis Consistorialis diei 12 maii 1914 Ssmus D. N. Pius PP. X territorium missionis Salesianae vulgo *Matto Grosso* in Brasilia, a dioecesibus Cuyabensi et Corumbensi avulsum, erexit in Praelaturam Nullius, *Registro do Araguaya* nuncupandam, quam archidioecesi Cujrabensi tamquam suffraganeam subiecit. Haec autem Praelatura eosdem retinet fines, quos habet praefata missio Salesiana de *Matto Grosso* seu civile municipium vulgo *Registro do Araguaya;* adeo ut ipsa circumscribatur ad septentrionem Statu de *Para* per eum tractum, qui inter flumina *Xingu* et *Araguaya* vocata intercedit; ad orientem cursu ipsius fluminis *Araguaya* usque ad iuga montium vulgo *Gaiapós;* ad meridiem iisdem iugis montium *Gaiapós* una cum fluminibus *Goxim, Piguiri* et S. Laurentii appellatis; ad occidentem denique eodem S. Laurentii flumine usque ad eius fluxum in flumen *Xingu,* nuncupatum.

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## NOMINATIO

Brevi apostolico nominatus est:

6 aprilis 1914. — *Primus Vicarius Apostolicus novi vicariatus Kuam-si in Sinis,* R. P. D. Mauritius Franciscus Ducœur, alumnus seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteros, episcopus tit. Barbalissensis.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## I

## DECRETUM SEU DECLARATIO

### CIRCA OFFICIA PROPRIA

Normis circa Officia propria per decretum diei 3 iunii 1914 traditis inhaerens, nunc sacra Rituum Congregatio opportune declarat ac statuit:

Quum ad mentem sacrae Congregationis Officia particularia ritus duplicis maioris, minoris et semiduplicis tantummodo Lectionibus II Nocturni cum Oratione propria gaudere soleant, eadem sacra Congregatio ad maiorem uniformitatem praesenti decreto libentissime concedit, ut, iuxta prudens cuiusvis Ordinarii vel Superioris, ad quem spectat, iudicium, Officia Ecclesiae universalis in Breviario Romano inserta substitui valeant, absque peculiari Indulto, respectivis Officiis particularibus magis propriis hucusque aliquibus dioecesibus seu institutis a S. Sede concessis. Item Rmis Ordinariis seu Superioribus supradictis fit potestas aliquas tantum partes proprias ex Officiis particularibus iam indultis quae nullo modo vel tantum ritu simplici in Breviario reperiuntur, amodo retinendi, ceteris partibus de Psalterio et de Communi adhibitis.

Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 24 iunii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# II

## DUBIUM

### DE PROPRIIS DIOECESANIS

Quaesitum est a sacra Rituum Congregatione: « An vi decreti diei « 3 iunii omnia et singula Propria particularia iam adprobata, tam cum « cantu quam sine cantu, attentis reductione festorum quae habentur « in ipsis Propriis, et approbatione novi Kalendarii, iterum examini « huius S. C. subiicienda sint, vel ipsum decretum respiciat tantum nova « officia in posterum expetenda et cantum Gregorianum adaptandum « officiis iam adprobatis, quae tamen cantu careant ».

Et sacra Rituum Congregatio, omnibus perpensis, respondendum censuit: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 24 iunii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# III

## DECRETUM

### DE LUCE ELECTRICA SUPER ALTARI NON ADHIBENDA

Expostulatum est a sacra Rituum Congregatione utrum lux electrica, quemadmodum vetita est una cum candelis ex cera super altari iuxta declarationem seu decretum n. 4206 diei 22 novembris 1907, ita etiam in gradibus superioribus ipsius altaris vel ante sacras imagines seu statuas super eisdem gradibus et altari positas prohibita sit?

Et sacra eadem Congregatio, audito etiam specialis Commissionis voto, rescribendum censuit: Affirmative et ad mentem.

Mens est: S. R. C. hanc nacta occasionem, cum innotuerit nonnullis in locis tales abusus invaluisse, ut circa aediculas Sanctorum in pariete super altare positas, et vel in ipsis altaris gradibus ubi candelabra collocantur, parvae lampades electricae variis distinctae coloribus disponantur - quod profecto minas convenit gravitati et dignitati sacrae Liturgiae propriae et decori Domus Dei - facto verbo cum Sanctissimo, etiam atque etiam Rmos Ordinarios in Domino hortatur ut pro sua religione invigilent ne S. C. decreta posthabeantur, et ecclesiarum rectores doceant quae in casu, iuxta decreta, permissa quaeque vetita sunt.

Summa autem Decretorum haec est: Lux electrica vetita est, non solum *una cum candelis.* ex cera super altaribus (4097), sed etiam loco candelarum vel lampadum, quae coram Ssmo Sacramento vel Reliquiis Sanctorum praescriptae sunt. Pro aliis ecclesiae locis et ceteris casibus, illuminatio electrica, ad prudens Ordinarii iudicium, permittitur, dummodo in omnibus servetur gravitas, quam sanctitas loci et dignitas S. Liturgiae postulant (3859, 4206 et 4210 ad 1). Nec licet tempore expositionis privatae vel publicae interiorem partem ciborii cum lampadibus electricis in ipsa parte interiori collocatis illuminare, ut Ssma Eucharistia melius a fidelibus conspici possit (4275).

Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 24 iunii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L..|$iS.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# SACRA ROilANA ROTA

## . FESULANA

### IURIUM

*Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die vero 17 martii 1914, BR. PP. DD. Michael Lega, Decanus,* Ponens, *Ioannes Prior et Antonius Perathoner, Auditores de turno, in causa* Fesulana - Iurium, *inter Praepositum ecclesiae collegiatae oppidi* Figline Valdarno, *et illius collegiatae canonicos, repraesentatos per legi' timum procuratorem adv. Astorri, interveniente et disceptante in causa Promotore iustitiae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

In Bulla quam Alexander VI anno 1493 dedit ad erigendam ecclesiam collegiatam in oppido *Fighine,* hodie *Figline,* dioeceseos Fesulanae (cuius constitutio collegiatae ad curam animarum quod attinet est hodiernae actionis obiectum) narratur quod «olim antiquis temporibus « collegiata et in partibus illis tunc inter alias ecclesias, plebes nuncu« patas, admodum insignis, tamen deficiente successu temporum inibi « canonicorum collegio, ecclesia praedicta desiit esse collegiata ».

Ast desiderium numquam recessit ab incolis dicti oppidi, iterum obtinendi ecclesiam collegiatam: quod desiderium Pontifici Alexandro VI et Diedius de Figlino rector plebanus dicti oppidi, et ipsum municipium, et familia de Serristoriis, per supplicem libellum significarunt: preces autem excipere dignatus est Pontifex decernens in dicta Bulla: « Eccle« siam praedictam in collegiatam ecclesiam cum una dignitate quae prae« positura nuncupetur et inibi dignitas principalis exsistat, pro uno prae« posito, et duodecim canonicatibus et totidem praebendis... erigendam « esse » vindícalo iurepatronatus iis qui dotationem contulerunt.

Ad curam animarum quod attinet, statuit idem Pontifex: «quod « cura animarum parochianorum ipsius ecclesiae ad Capitulum prae« fatum, de voluntate tamen Praepositi dictae ecclesiae pro tempore « exsistentis ... pertineat ».

Hanc Constitutionem interpretata sunt statuta capitularia condita anno 1510 et legitime approbata ab Ordinario loci, ubi sub cap. XXVI

sancitur: « Quamvis animarum cura principaliter ad Praepositum, deinde « ad Canonicos pertineat, semper statuimus attamen et ordinamus ne « parochiani frustra aliquem ad salutis necessaria percuntentur, quod « Praepositus et Canonici dent auctoritatem Sacristae administrandi « sacramenta omnibus petentibus de nostra parrochia et nullus alius « canonicus nec cappellanus nisi particulariter requiritus se ingerat, nisi « in necessitatis casu, ad administrationem sacramentorum, vel fuerit « per R. D. Praepositum et Capitulum deputatus ».

Sub anno 1614 istae constitutiones, ad ipsam curam animarum quod attinet, reformantur, et statuitur: « Item statuimus et ordinamus quod « cura animarum iuxta Bullam erectionis principaliter spectet et perti- « neat ad Praepositum, si sibi placet, et deinde spectet ad Capitulum, « et Canonicos iuxta tenorem Bullae ». Deinde quia facta deputatio Sacristae pro quotidiana administratione Sacramentorum non felicem sortita fuerat exitum, decernitur singulo quoque anno deputari canonicum «ad ministerium dictae curae animarum, absque ullo salario « aut mercede ».

Ast haec quoque provisio, prout difficile haud erat praevidere, non • satis consuluit rerum necessitati; quamobrem Laurentius Della Robbia, antistes Fesulanus, in sacra visitatione huius ecclesiae, de cura animarum decretum dedit anno 1635, in quo, primo, conqueritur de non bona procuratione ministerii parochialis, praecipue quia aderat contentio Praepositum inter et Canonicos « utrum animarum cura spectaret ad « ipsum Praepositum vel ad Capitulum », quocirca, non dirempta hac quaestione, statuit: « quod {animarum cura principaliter 'spectaret ad « Praepositum pro tempore », atque ordinavit: « Dictus Praepositus principalis et quotidiauus curatus, necnon duo ex Canonicis... nominari «deberent a dicto Praeposito... et postea vinci in Capitulo...». Una simul iussit non esse eligendos coadiutores extraneos Capitulo, nisi « nemo ex Canonicis fuisset habilis ad sustinendum onus curae ». Pro maiore firmitate et robore huius decreti, exquisita fuit approbatio et confirmatio S. C. Concilii, quae precibus annuit die 4 septembris 1839, iubens decretum « omnino exsecutioni demandari debere, ita tamen ut « nominatio dictorum duorum coadiutorum reservata sit toti Capitulo, « non autem soli Praeposito ».

Ast non exinde omnia incommoda ablata sunt: quocirca, praeviis decretis, pro conditione illorum temporum et hac de re, editis a magno duce Etruriae anno 1786 die 10 iunii et die 5 augusti, mandavit Ordinarius Fesulanus Rainieri-Mancini, die 13 decembris eiusdem anni: « Diciamo, decretiamo e dichiariamo che la cura delle anime... oltre al

« Prepósito pro tempore, quale per sua istituzione presiede all'esercizio « delle medesime, sia esercitata e si eserciti di fatto in futuro ancora « da due Canonici capitolari col titolo di vice-parroci inamovibili da « eleggersi da noi e dai nostri successori previo concorso ». Iussit quoque ab'aliis Canonicis negligendam non esse curam animarum quorum duos, praeterea, ad ss. confessiones approbatos, voluit esse auxilio Praeposito et duobus viceparoehis: denique mandavit ceteros omnes Canonicos diebus festis debere, incumbere ad confessiones audiendas in ecclesia collegiata certo et statuto tempore, prouti in eodem decreto determinatur.

Res ita ordinatae fuerunt ad explicandam animarum curam usque dum editae sunt infaustae leges in regno Italico, patrimonii ecclesiastici eversivae, quarum vi Collegiata insignis tantum salvam habuit praebendam praeposIturae quippe quae adnexam habebat animarum curam.

Fiscus has leges ita exsecutus est, ut earumdem intentionem praetergressa, ne salvas quidem faceret alias praebendas, successu temporis, praecipue per decretum praesulis Rainieri-Mancini, destinatas exercitio curae animarum, nempe quatuor praebendas obtentas a duobus canonicis viceparoehis et ab aliis duobus qui auxilio esse debebant et Praeposito et viceparoehis in cura animarum.

Hoc animadvertit Octavius Bargilli praepositus, qui proinde actionem instituit vindicatoriam adversus fiscum, et per sententiam tribunalis Florentini, in secunda instantia, 27-30 decembris 1880 obtinuit annuos reditus libell. 2016,40 pro quatuor praebendis curam animarum adnexam habentibus, et praeterea annuam summam lib. 600 pro expensis cultus.

Exinde valde auctum est Capituli patrimonium quod pene destructum fuerat per primam exsecutionem legum anni 1867. Tunc enim, attenta hac miserrima conditione, seu sub anno 1873, Capitulares qui loco suae praebendae obtinuerunt pensionem, in conventu habito statuerunt, Praeposito relincruere administrationem bonorum collegiatae quae adhuc exstabant, « riservandosi però il diritto di riassumerla nel «caso che in appresso venga corrisposto un congruo assegno per le « spese di culto, estratto dal patrimonio capitolare ».

Equidem bona quae capitulare patrimonium constituebant, si non omnia, certe in maiori parte, continebantur in mensa ecclesiae, administranda a Capitulo, quam augeri in congrua mensura, multiplici cura adlaboravit praefata Bulla fundationis data ab Alexandro VI.

Postquam vero Bargilli praepositus recuperavit, uti narratum est, ingentem bonorum quantitatem, praesul Fesulanus Corsaiii, die

7 iulii 1873, sanxit: « che al Proposto oltre il godimento delle consuete « rendite parrocchiali, debba esser pagata a carico della quota curata « (nempe a fisco vindicata) anche l'antica prebenda personale » necnon lib. 600 pro expensis cultus recuperatas... « 3) i quattro sacerdoti che « sono indispensabili al Proposto per il disimpegno del ministero par- « rocchiale e per le funzioni del s. culto, debbono scegliersi via via « dal Proposto medesimo, previa annuenza dell'Ordinario, e che essi « debbano considerarsi come semplici aiuti ed officianti temporanei ed «amovibili *ad nutum».* In eodem decreto certam summam, titulo congruae, assignavit quatuor Praepositi coadiutoribus, desumendam ab eadem mensa bonorum, a fisco vindicata, quam administrandam commisit cuidam procuratori, Camerario nuncupato, attributa ei mercede 60 libell, annualium.

Res ita ordinatae peraurarunt, absque ulla rectamatione Capitularium, saltem iudiciali, usque ad annum 1910, quo de hodierna instauranda lite cogitatum est.

Sane per hoc decretum penitus subversam esse veterem collegiatam animo adverterunt superstites Capitulares, qui supplicem dederunt libellum beatissimo Patri, exponentes, nonnisi spretis legitimis iuribus ecclesiae collegiatae, haec decerni potuisse ; quare expetebant rem ad trutinam iudicialem reduci.

Precibus annuit sanctissimus Pater, quaestione ablégala N, S. O., qui resolvendas sibi proposuit in turno diei 16 februarii 1911 has quaestiones:

I. *An constet de parochialitate habituali et actuali Capituli Collegiatae oppidi* Figline Valdarno, *salvo exercitio curae animarum, spedante ad Praepositum eiusdem Collegiatae eiusque adiutores in casu?*

II et III *(sub secreto).*

Et die 16 Februarii 1911 prodiit sententia rotalis quae *Negative* propositis dubiis respondit.

Tum Canonici actores, tum Praepositus reus conventus, ab hac sententia appellarunt. Praepositus enim advertit sententiam adeo ei esse favorabilem, ut in expensis condemnari non debuisset. Quare hodie quaeritur: *An sententia rotalis diei 16 februarii 1911 sit confirmanda vel infirmanda in casu.* — Praeterea Patroni expetierunt sibi fas esse interveniendi in causam; et admissi sunt.

Propositae quaestioni ut satisfiat, dixerunt Domini singula dubia in examen esse revocanda, et primo an revera constet parochialitatem habitualem et actualem spectare Capitulo Collegiatae oppidi Fighini.

Sententia appellata non explicite, sed tamen satis aperte, inclinat in partem negativam, etiam quoad ipsam primigeniam fundationem, videlicet: Capitulo non competere curam habitualem; actualem vero Canonicis competere ex solo mandato Praepositi, et hoc iuxta intentionem Bullae, unde Canonici fiebant eius coadiutores. Eadem sententia autem admittit, veram novationem factam fuisse per decretum episcopi Delia Robbia, adeo ut quaecumque fuerit primigenia fundatio, a tempore huius decreti tota cura habitualis et actualis dicenda sit residere in uno Praeposito, qui tamen habet coadiutores natos in canonicis Collegiatae. Legitur enim in sententia: «Proinde, etiamsi velimus admittere, Ale« xandrum VI in sua Bulla voluisse in Capitulum novae collegiatae « transferre universa iura ecclesiae parochialis Fighinensis, ambigen« dum non est per decretum Della Robbia, approbatum a S. C. Concilii, « veram inductam fuisse novationem, iuxta quam Praepositus S. M. « de Fighino dici debet et est verus parochus; Canonici autem dicendi « sunt Praepositi adiutores. Adiuvare autem Praepositum secumfert « in Capitulo Fighinensi onus et ius. Onus, cum Canonici debeant sub « dependentia Praepositi animarum curam exercere : ius quia alios « praeter Canonicos non potest Praepositus sibi adsciscere in animarum « curae exercitio ».

Sed ad quaestionem penitus enucleandam, in primis perpenderunt Domini, quaenam fuerit intentio Alexandri VI in citata Bulla fundantis Collegiatam Fighinensem. Et quia res est de cura habituali et actuali, et hinc de vera et propria parochialitate, prae oculis habere praestat genuinum conceptum utriusque curae ita distinctae apud doctores et in foro, quia potest haberi ius seu iurisdictio parochialis in habitu et potentia, quamvis eius actus seu exercitium sit alteri demandatum.

« Ille dicitur, docet Bouix, *de parodi.*, p. 178, *habitualem* dumtaxat « curam habere qui de facto illam nec exercet nec exercere potest, sed « tantummodo aliquatenus potest et debet providere ut per aliquem sub « vicarii nomine exerceatur... E contra, ille *actualem* curam habere « dicitur qui de facto eam exercet. Heic vero distinguimus habitualem « a cura actuali, eo sensu quatenus qui habet habitualem tantum, nec « de iure nec de facto eam exercere potest, quam exercendam de iure « et de facto alter suscipit ». Unde consequitur qui habitualem habet non esse nec dici posse vere parochum, uti infert Bouix, l.c, p. 179, et Wernz, *Ius decretalium,* II, n. 821 et H. S. O. in decis. 344, n. 4, part. XI.

Equidem, ut notatur in decis. 316, part. IV, tom. I, n. 4, coram Coccino, inter Recent., ille qui habet actualem potest alteri demandare

exercitium curae, veluti suo vicario, et tunc verus parochus remanet qui habet actualem, quamque semper exercere potest in concursu cum suo vicario.

In citata Bulla Alexandri VI statuitur: « quod cura animarum paro-« chianorum ipsius ecclesiae ad Capitulum praefatum, de voluntate « tamen Praepositi dictae ecclesiae pro tempore exsistentis . . . perti-« neat ». Heic, cum sine addito demandetur Capitulo cura animarum, intelligenda est cura actualis animarum, non tantum habitualis, ut explicat Barbosa, *De appellat, verb. signif.,* appell. 65: « Curae anima-« rum appellatione, proprie venit actualis, non vero habitualis, ut tenuit « in terminis Capra, commun, conclus. 9, n. 78 et fuit dictum in *Vicen. « Prioratus* 9 iunii 1606 coram Manzanedo ».

Praeterea Domini animadverterunt praesumptionem esse iuris, quod ecclesia parochialis quae simul est collegiata vel quae evehitur ad collegiatam, habeat curam animarum, seu actualem quoque, residentem penes Capitulum, nisi contrarium expresse dicatur in fundatione ; quia, uti tenuit Rota, dec. 220, n. 24, part. XIX, t. I, ecclesia parochialis erigi, per se, potest in collegiatam, quin cura transferatur in collegium. Ast vis enunciatae praesumptionis est, per se, de iure communi, praesertim ante Concilium Tridentinum, curam animarum, saltem habitualem, incumbere collegio, nisi probetur aliarti fuisse fundatoris voluntatem. Piton, *Discept, eccles.,* p. II, § 44.

Nam Tridentinum Concilium perpendens quam male administraretur animarum cura a capitulis, seu collegiis, iussit in cap. 7, sess. VII, *De reform.,* deputandam istam esse vicariis qui eam exercerent ut plurimum, remanente penes capitulum sola cura habituali, uti perpendit De Luca in disc. IX *in Adnot. ad Conc. Trid.* et decisit Rota in citat, decis, coram Coccino.

Vim autem praehabitae regulae favore collegiatae esse firmissimam et fundatam in communi doctrina et iurisprudentia, docet Pignatelli, *Consult.,* tom. IX, consult. 150 et 169, et probant H. S. O. decisiones ab hoc doctore citatae.

Proinde hanc praesumptionem prae oculis habere necesse est dum examinatur quaenam fuerit intentio Alexandri VI in constituenda Collegiata Fighinensi; itemque non praetermittere oportet, sub nomine curae animarum, sine addito significatae, intelligi curam actu exercendam, seu actualem, sive haec cum habituali coniuncta sit sive non, ut supra animadversum est cum Barbos., *De appell.,* n. 65.

Sed difficultatem faciunt verba limitationis adiecta: *de voluntate tamen Praepositi dictae ecclesiae pro tempore exsistentis:*•«Siquidem

« videtur inferendum, uti censuit appellata sententia, principalem paro-
« chum esse Praepositum, et Canonicos vocatos esse quidem et ipsos
« ad curam exercendam, sed de voluntate Praepositi et sub eius aucto--
« ritate, directione, vigilantia, correctione et punitione, ita ut Capitulum,
«seu Canonici, sint veri vicarii Praepositi ».

Equidem in Bulla Praeposito attribuitur « collatio, provisio et omni-
« moda dispositio beneficiorum in dicta ecclesia erigendorum; necnon
« correctio et punitio dictorum Canonicorum et aliarum personarum
« dictae ecclesiae ad dictum Praepositum pertinent». Praeterea eadem Bulla vocat Praepositum Diedium eiusque successores: « Ecclesiae rectores ».

Iamvero haec quae difficultatem facere videntur, solvuntur, semel admissa ex Pontificia constitutione, Capitulo fuisse concessam curam animarum, videlicet etiam actualem, uti explicavimus.

Etenim, cura animarum commissa collegio, in suo exercitio indiget moderatore, qui nempe statuat quomodo a singulis exerceri debeat, maximam cum ingerat confusionem haec cumulativa parochialitas, si singuli de collegio omnes functiones parochiales et indiscriminatim et quotidie administrare valeant. Quem morem seu abusum antiquitus invaluisse penes collegia memorat De Luca, disc. 9, n. 3, *Adnot. ad Conc. Trid.,* quando scilicet exercitium curae sit promiscuum penes omnes de capitulo seu collegio; quamobrem huic incommodo auferendo providit reformatio Tridentina.

Sane cum ex una parte bene stare possint simul, uti advertimus, ex citata decis, coram Coccino, quod quis habeat actualem curam, sed alteri committat exercitium curae, ita facile explicatur penes collegium residere curam actualem, exercendam sub moderatione, vigilantia, correctione et censura praepositi, et cum limitationibus ab eo determinandis. Item ex origine huius Collegiatae facile explicatur, quod Praeposito, quamvis privative quoad Capitulum non obtinent! curam animarum actualem, tamen haec praestantia concessa sit et potestas in singulos Canonicos quasi ex suo arbitrio explicanda. Nam, si Collegiata erecta est, hoc in primis debetur zelo et studio rectoris Diedii qui erectionem instantissime efflagitavit. Exinde in Collegiata, una dumtaxat erigitur dignitas « quae inibi praepositum nuncupatur et prin-
« cipalis exsistit pro uno praeposito ». Quare haec*potestas in Canonicos competit Praeposito, quia pollet *dignitate,* non quia ei competat, privative, cura animarum.

Animadverterunt Domini constitutionem collegiatae Fighinen. apte illustrari per institutionem alterius collegiatae erectae in finitima dioe-

cesi Aretina in oppido Castiglionis Florentini sub eo tempore, nempe anno 1501 et per Bullam Alexandri VI, qua plebania S. Iuliani erigitur in collegiatam seu capitulum, constans ex archipresbytero, unica dignitate, et sex canonicis. Edicitur quod cura spectet et pertineat ad archipresbyterum, canonicos et capitulum praefatum. De archipresbytero haec statuuntur: « ...qui pro tempore erit archipresbyter dictae eccle- « siae in canonicos et personas eorumdem habeat superioritatem et « praeeminentiam, potestatem et iurisdictionem quam habent et habere « solent dignitates principales in collegiatis ecclesiis praefatae dioecesis, « et de iure et consuetudine simili prorsus potestate funguntur ». Haec praevalens auctoritas archipresbyteri, tractu temporis, ita explicari coepit, ut ei videretur omnis cura *actualis* et *habitualis* imminere, et ita concipiebantur litterae collativae archipresbyteratus iam ab anno 1642, donec supervenerunt praescriptiones regiae Leopoldinae sub anno 1787, et episcopus decreta edidit quibus canonici redigebantur in coadiutores archipresbyteri, utpote habentis ius exclusivum parochialitatis. Verum anno 1875, canonici apud S. C. Concilii in ius rapierunt archipresbyterum et rogatae sunt hae dubitandi formulae: « 1. An archipresbyter « et sex canonici de massa, aequali modo iurisdictione et animarum « curam exercere debeant, seu potius archipresbytero tantum exclusive « ea competat in casu? - 2. An absque voto canonicorum de massa, « archipresbyter rerum parochialium administrationem gerere possit in « casu? » Et die 11 decembris 1875 prodiit rescriptum: « Ad 1um. Curam « habitualem esse penes capitulum, et sex canonicos esse concuratos, « dependentes quoad exercitium ab archipresbytero iuxta formam ab « episcopo determinandam, inspectis institutione, constitutionibus capi- « tularibus et legitima consuetudine. - Ad 2um. Circa bona temporalia, « proventus et emolumenta, administrationem esse penes capitulum, in « reliquis provisum in 1° ».

Ex hac factispecie et quaestionis solutione perspicue illustratur hodierna controversia, quia addiscimus fuisse illius regionis consuetudinem ut praeposito aut archipresbytero, ceu primae et unicae dignitati collegiatae, conferretur auctoritas praevalens disciplinaris in canonicos, quamvis hi ex institutione potirentur cura etiam actuali, seu essent *concurati,* uti decisum est.

Exinde quum in actis capitularibus et in ipsis litteris pontificiis res decernitur ad collegiatam pertinens, tamen archipresbyter nominatur distinctim et dein canonici, et demum ultimo loco capitulum, ut pateat tum dignitatem, tum canonicos, unico collegio seu quasi persona morali comprehendi et contineri.

Quocirca dixerunt Domini etiam in casu nostro in Praeposito distinguendam esse dignitatis qualitatem, imo unicae dignitatis adnexae praepositurae: et hoc versatur extra controversiam. Questio hodierna est an hic sit solus et verus parochus, adeo ut Canonici in cura animarum sint, ex institutione, eius coadiutores, eum adiuvantes in exercitio muneris parochialis, si et quatenus ipse velit, seu de eius voluntate.

Iamvero quia cura dicitur pertinere ad Capitulum, tamen *de voluntate Praepositi*, limitatio haec ponitur ratione dignitatis praepositi, qui moderatur exercitium curae animarum, uti ferebant mores et consuetudines illius regionis. Ita bene conciliatur auctoritas dignitatis cum littera et intentione Bullae curam committentis Capitulo et cum praescriptionibus iuris quae favent, uti explicatum est, Capitulis.

Siquidem ex eo quod Praepositus est unica dignitas et hinc pollet potestate saltem disciplinari in suos confratres et collativa quoque praebendarum, non inferre licet ipsum potiri cura *habituali* et *actuali*, sed eruitur ei, qua dignitate praestant!, fuisse munus commissum moderandi exercitium curae animarum quae a persona morali, seu a singulis Canonicis, simul et indiscriminatim exerceri, absque magna deordinatione, non valet. Ita adamussim Concil. Trid., sess. 24, cap. 12, *De reform.*, explicat munus ex iure novo commissum dignitatibus in capitulis, iubens: «Quum dignitates in ecclesiis praesertim cathedralibus ad con- « servandam augendamque ecclesiasticam disciplinam fuerint institutae, « ut qui eas obtinerent pietate praecellerent aliisque exemplo essent « atque episcopis opera et officio iuvarent, merito qui ad eas vocantur, « tales esse debent, qui suo muneri respondere possint ». Barbosa, *De can. et dignit.*, cap. *IV.* Nomen praepositi huic dignitati attributum bene .significat eius officium moderatoris et praesidis, ut notat Barbosa, op. cit., c. 9, n. 14, et Pignatel., 1. c, tom. IX, consult. 150, n. 3, qui docet: « In istis ecclesiis, archipresbyter, prior, decanus, aliusve, est « non uti parochus, sed uti caput collegii ». Rota c. Cavaler., dec. 274, n. 4, et hoc sensu appellari potuit in Bulla *Rector Ecclesiae*, sed tantum cum quadam applicatione honoris, quia, uti dicemus, revera ecclesiae collegiatae rector est collegium canonicorum.

Hisce praehabitis, cum Pontifex iubeat curam animarum pertinere Capitulo, intelligendus est commisisse curam *habitualem* et *actualem* Capitulo, exercendam tamen de voluntate Praepositi, seu iuxta modum et ordinem ab eo statuendum. Hanc significationem hisce verbis contineri, evincit nedum explanata praesumptio iuris, sed sensus obvius literalis. Si enim Pontifex intendisse! Canonicos posse fieri Praepositi coadiutores de eius voluntate, quoad nudum exercitium curae, mandato

et Tice Praepositi, nedum ipse curam non commisisset, sed improprie usurpasset nomen curae, idque concessisset quod ipse Praepositus de consensu Ordinarii semper perficere potuisset uti quilibet simplex parochus. Quapropter Bullae verba nedum non essent operativa, sed essent otiosa.

Ex adverso, per ipsam Bullam, substantialem novationem inductam esse in cura animarum, eruitur ex facto, quod plebanus Diedius decidit necessario ex sua praebenda ob institutam Praeposituram quae appellatur *vacans* a momento suae institutionis, et ad Praeposituram ille nominandus dicitur, « si per diligentem examinationem eumdem Die« dium ad hoc idoneum esse », invenerit Bullae exsecutor. Si enim cura animarum collegio ita commissa esset ut, remanente penes parochum seu plebanum cura habituali et actuali, exercitium tantum curae, ad nutum et voluntatem Praepositi, pertineret ad Canonicos (uti perpendit De Luca, die. 46, *De par.,* nn. 2 et 3), non explicaretur quare Praepositum, a sua institutione, vacans a Pontifice declarata sit, cum in hac facti specie praebenda parochialis erecta esset ad dignitatem praepositurae, seu capitis collegii, sed substantialiter eadem remansisset et perseveraret, accedente tantummodo *extrinsecus* unione cum collegio Canonicorum qui operam praebituri essent vicariam in exercitio curae.

Exinde dixerunt Domini consequi, ex intentione Pontificis habitam esse novationem substantialem in ipso subiecto curae animarum.

Observantia vero quae est optima legum et rescriptorum interpres, potissimum circa iurium parochialium exercitium et legitimam possessionem et concessionem, ut censuit S. C. Conc. in citata Aretina, et in Mediolanen. 24 iulii 1875 et considerat Piton., *Constit, et decis, pro par.,* n. 1404 et seq., in casu nostro, inquam, observantia interpretata est voluntatem Pontificis ut Capitulo non minus quam Praeposito pertineret animarum cura.

Sane eodem anno quo edita est pontificia constitutio, omnia utensilia et ipsa instrumenta sacra, directe inservientia curae animarum, veluti vas pro chrismate asservando et oleo sancto, ipse Diedius, olim plebanus et « hodie primus collegii Praepositus » (ita legitur in documento) tradit Capitulo.

Deinde anno 1510 conduntur Constitutiones, rite approbatae a Fesulano Ordinario, et has expresse innuitur condi auctoritate « integri Capituli » seu « Praepositi et Canonicorum » : de cura vero animarum cap. XXVI decernitur: « Quamvis animarum cura principaliter ad Prae« positum deinde ad Canonicos pertineat, semper statuimus attamen et

« ordinamus, quod Praepositus et Canonici dent auctoritatem Sacristae « administrandi sacramenta omnibus petentibus de *nostra parrocchia* « et nullus alius canonicus nec cappellanus nisi particulariter requisitus « se ingerat, nisi in casu necessitatis... vel fuerit per R. D. Praeposi- « tum et Capitulum deputatus... confessiones attamen quilibet audire « possit ».

Iamvero haec decernere nullimode potuisset Capitulum, nisi habuisset curam animarum saltem habitu. Nam uti probat Pignatell., op. c, consult. 150, num. 7, tom. IX, et confirmat Lotter, *De re benef.,* q. 14, num. 88, Capitulum etsi tantum habeat *habitum* curae, fundare intentionem in iure quoad regimen et administrationem ecclesiae eiusdemque animarum curae. Quare ex facto quod revera functiones parochiales administra vit et ordinavit per legitimas constitutiones, aperte eruitur, Capitulo pertinere curam saltem habitu. Quod vero quilibet Canonicus confessiones audire posset seu vi solius tituli canonicatus, hoc importat, ipsos non indigere speciali missione et approbatione episcopi, quippe haec continetur implicite ex voluntate Ordinarii in ipsa collatione beneficii, non secus ac fit in beneficio parochiali.

Inquam « implicite ex voluntate Ordinarii » : quia constans iurisprudentia S. C. Conc. est, canonicos etiam curam animarum habentes commissam ex fundatione, tamen pro confessionibus indigere approbatione, et examini subiici posse. Ita dictum est in Cingulana - *Curae animarum,* 19 iulii 1732; in Aliphana - *Curae animarum,* 1725, et nuper in Baren. - *Iurium parochialium,* ad dubium : « An canonici praedicti « qui nominantur ad curam animarum et sunt amovibiles ad nutum, « indigeant ad curam animarum exercendam approbatione Ordinarii, « praevio examine in casu? », die 13 aprilis 1876 rescriptum fuit: « Affir- « mative, quoad approbationem etiam praevio examine, si ita in casibus « singularibus Ordinarius iudicaverit». Garcías, *De benef,* part. IX, c. 2, n. 182; Piton., *Discept, eccl.,* part. IV, disc. 104.

Quare inferendum est ita fuisse intellectam voluntatem Pontificis Collegiatam instituentis, scilicet Capitulo concessam esse curam *habitualem* et *actualem,* hanc tamen cum quadam limitatione seu subiectione ad Praepositum, veluti parochum principalem.

In relatione visitationis pastoralis anni 1549, addiscimus praeposituram tunc obtinuisse Bartholomaeum de Serristoriis, qui « quum resi- « det, habet duplicatas distributiones et quoad curam deservit per Cano- « nicos, eosdemque esse praefectos curae: Visitatorem Ordinarium recipi « per Provisorem ... ». Unde evincitur, sensim Praepositum se abdicasse a cura animarum, contentum hanc exerceri per Canonicos, ipsumque

tantum praesidere administrationi ecclesiae. Quocirca necesse fuit reformare veteres constitutiones: quod factum est anno 1614 et in cap. 24 statuitur « curam animarum spectare et pertinere ad D. Praepositum, *« si sibi placet* et deinde spectet ad Capitulum et Canonicos iuxta teno- « rem Bullae ». Heic revera intelligitur et explicatur expressis verbis Constitutio Collegiatae, ut cura animarum habitualis et actualis sit penes Capitulum, sed cum iure praelationis et prioritatis ex parte et voluntate Praepositi. Ast haec alternatio ad libitum in ipsis Constitutionibus statuta, contraria erat intentioni Concilii Trid., sess. VII, c. 7 et maxime perniciosa fidelibus, uti dolet decretum episcopi Della Robbia anni 1635, quod refert etiam quaestionem seu disparitatem tunc adesse, «utrum « animarum cura spectet ad ipsum Praepositum vel ad Capitulum », quae quaestio cum certe non spectaret ad curam *habitualem,* cum veteres et novae Constitutiones hanc praesupponerent, pertinebat ad curam *actualem* vel potius ad exercitium curae. - Episcopus autem in suo decreto exsequitur praescriptionem Conc* Trid., cit. cap. habentis, deputandos esse idoneos vicarios pro cura animarum in Collegiata quae unitam habeat curam animarum. Coadiutores autem deputat duos electos ex Canonicis, iubens « si forte umquam accidisset quod nemo ex « Canonicis fuisset habilis... conducerentur duo capellani habiles ». Persensit episcopus Della Robbia per hoc decretum fieri mutationem in statutis ecclesiae, quia duo Canonici mutabantur in coadiutores Praepositi, et hinc expetiit confirmationem et adprobationem, etiam *facto verbo cum Ssmo.* Et S. Congregatio confirmationem concessit, facta tamen mutatione in tenore decreti ad effectum « ut nominatio dictorum duo- « rum capellanorum reservata sit toti Capitulo, non autem soli Praepo- « sito », quae clausula significat, Capitulo recognosci curam inesse *habitu.*

Equidem ius nominandi coadiutorem seu vicarium pertinet ad eum qui curam habet saltem habitu, uti probat De Luca, *De paroch.,* disc. 11, n. 3, et tenuit Rota, in una Terasonen., decis. 798, part. I, divers., et decis. 102, part. I; decis. 599 et 710, part. II; decis. 16, part. VI; decis. 530, part. IX; decis. 48 et 104, part. X, Recent. Unde cum Bulla praeter Patronos, vocat ad nominationem faciendam, tertio loco Capitulum, inferendum est ipsum curam habere saltem habitu. Si enim hoc non participaret, neque actu, neque habitu curam, sed Canonici essent ad nutum Praepositi eius coadiutores et veluti famuli in cura animarum, absonum omnino esset hos vocari, seu concurrere cum Patronis, ad nominandum Praepositum; quum e contra, omnia bene componuntur cum regulis iuris, si recognoscatur Capitulo spectare curam animarum habitualem.

Quamvis vero, uti animadversum est, Praepositus in ipsa Bulla constitutionis vocetur *Redor Ecclesiae,* hic titulus magis honoris habendus est, quam iurisdictionis; quia Rector dici potest quatenus, in primis, praelationis ius habet in cura animarum, eiusque exercitio praesidere debet uti praesidet Capitulo qua Praepositus et unica dignitas, sed reapse a constituta Collegiata, rector ecclesiae est Capitulum, quod proinde condidit suas constitutiones, seu regulas pro bonorum regimine, administratione ecclesiae, sacrarum functionum, ipsiusque curae animarum.

Porro Capitulum in Constitutionibus anni 1614, uti pro suo iure iam recepto, moderatur administrationem omnium bonorum et obventionum etiam funerum; et hanc competere ei qui habet veram parochialitatem patet per se et probant doctores (De Luca, *de paroch.,* disc. 10, num. 7), et firmat iurisprudentia Rotae, ita in decis. 376, part. I, Recent, et passim in aliis.

Capitulum autem ita ius exigendi *quartam* sibi attribuit, ut de hoc movent litem adversus PP. Conventuales, et sub anno 1657 curia Fesulana sententiam reddidit favorabilem RR. DD. Praeposito et Canonicis dictae Collegiatae Fighinensis.

Praeterea Capitulum curam habuit de celebratione Missae *pro populo,* rependens Praeposito eleemosynam, si quando celebrasset. Item praeteriri non debet decretum capitulare diei 29 mensis decembris 1714, quo Capitulum decernit cessionem cuiusdam partis territorii parochialis, facta permutatione cum Patribus Congregationis Valfumbrosanae iuxta laudum ab arbitris pronunciatum ut negotium componeretur inter compromissarios, nempe: « RR. Preposto e Canonici e Capitolo della « Collegiata di S. M. di Figline da una, il R. P. Abate della Congr. di « Vallombrosa dall'altra parte...». Quoniam si Capitulum legitimam habet personam standi in iudicio vel ineundi compromissum, cum quaestio est de territorio parochiali et de adnexis iuribus, emolumentis, proventibus, inferre necesse est Capitulo competere parochialitatem saltem *habitu.*

Quod argumentum est necessario concludens favore Capituli, adeo ut Praeposito tantum superesset probare, Capitulo has facultates competiisse non ex titulo parochialitatis, sed vel ex privilegio, vel ex legitima praescriptione : sed nisi hoc evincatur, quia Capitulo assistit et praesumptio et ius commune, respondendum est favore Capituli. Enghel, in tit. *de paroch.,* n. 5; Reclus, *de re paroch.,* p. I, tit. 5, nn. 63 et 64; et Reiff., tit. *de decim.,* nn. 124, 127; Schmalz., in eum. tit. n. 42 ssq.

Denique animadvertendum est, an constitutio Capituli funditus et legitime sit immutata per decretum anni 1786 datum ab episcopo Man-

cini-Ranieri, et alterum anni 1883 episcopi Gorsani. Haec decreta iam memoravimus in explananda facti specie.

Episcopus Mancini-Ranieri reipsa institit vestigiis episcopi Delia Robbia, et in hoc a praeactis decretis discedit quia videtur vel nihili facere, vel negare ius parochialitatis Capitulo insidens; sed Praeposito hoc attribuit ex integro, atque sibi reservat quatuor deputare Canonicos in vice-parochos, previis concursu et adprobatione, ceterosque Canonicos vult non exemptos a ministerio parochiali, sed hoc eis competere vi deputationis et adprobationis Ordinarii, atque ad augendos reditus vice-parochorum tres supprimit praebendas.

Hanc ordinationem Episcopus constituit, ne contradiceret voluntati magni ducis Etruriae, qui regalistarum imbutus placitis sibi auctoritatem attribuebat immutandi vel corrigendi constitutiones ecclesiasticas.

Negari non potest per decreta episcopi Mancini bene consultum fuisse curae animarum procurationi, eademque fundamentum habere in decreta Conc. Trid., sess. VII, c. 7, in iis quae ad procurandum animamarum bonum spectant: haec autem decreta neque lege, neque consuetudine fuisse abolita, eademque viguisse usque ad nostra tempora admittimus, quamvis non plenam exsecutionem habuerint, quia Canonici hodie asserunt, Canonicos vice-parochos nunquam fuisse per concursum electos. Debetne exinde inferri, Collegiatae constitutionem fuisse a primaeva institutione mutatam, saltem propter observantiam plus quam centenariam?

Iamvero Domini dixerunt hanc conclusionem neque in iure neque in facto videri fundatam.

Non in iure, quia episcopus non potest intendere collegiatae ecclesiae mutare naturam, quod soli Pontifici decernere fas est. Ceterum quae ipse decrevit, quaecumque fuerit eius intentio, conciliari possunt cum parochialitate habituali remanente apud Capitulum, ut explicat iam saepius citata decis, magistralis coram Coccino, edita inter Recentiores 316, part. IV, tom. IL Item ex relata iurisprudentia S. Congr. Concilii patet, Ordinarium ut bene consulet administrationi curae animarum, posse decernere quae hac de re episcopus Mancini-Raineri statuit, non exclusa lege concursus.

Equidem etiam post haec decreta, in reliquis immutata permansit huius ecclesiae constitutio, et nemo umquam ausus est asserere anteacto tempore, seu ante nuper editas eversivas leges a gubernio Italico, collegiatae naturam ab Alexandro VI determinatam, penitus tractu temporis fuisse mutatam. Etenim et expensas omnes cultus, non secus ac antea, sustinuit Capitulum rependens etiam eleemosynam Praeposito quum missam pro populo celebraret; nonnullas functiones parochiales

velut benedictiones super cadaveribus explere prosecuti sunt Canonici, alternis vicibus, vindicatis Capitulo quarta funeris et aliis quibuscumque obventionibus, nec non omnia acta parochialia signari consuevit, non secus ac antea, sigillo Capituli.

Quibus omnibus attentis, Domini ad quaestionem primi dubii quod attinet respondendum esse censuerunt, curam habitualem spectare ad Capitulum, actualem vero spectare ad Praepositum et Canonicos legitime deputatos in concuratos, seu canonicos coadiutores.

Hisce igitur omnibus perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus proposito dubio respondentes : *Sententiam esse infirmandam, seu reformandam iuxta sequentes responsiones ad singula dubia,* nempe : Ad T. *Affirmative quoad parochialitatem habitualem; actualem vero spectare ad Praepositum et Canonicos legitime deputatos in concuratos, seu camonicos coadiutores.*

Ad II et III, *sub secreto.*

Ita pronunciamus, expensas autem iudiciales decernimus inter partes compensari et has compensatas esse decernimus et declaramus, tum in hac, tum in prima instantia.

Mandamus autem Ordinario loci et ministris tribunalium ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna esse pro rerum adiunctis iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 17 martii 1914.

M. Lega, *Becanus Ponens.*
I. Prior.
A. Perathoner.

L. © S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 7 aprilis 1914.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Il Santo Padre Pio X, desiderando contribuire alla maggior solennità del 25° Congresso Eucaristico Internazionale, che avrà luogo a Lourdes dal 22 al 26 del prossimo mese di luglio, si è benignamente degnato di destinare il signor cardinale Gennaro Granito di Belmonte a presiedere il detto Congresso con l'alto titolo di *Legato Pontificio.*

Ad accompagnare il prelodato Emo signor cardinale Legato, Sua Santità si è benignamente degnata di destinare:

L'Illmo e Rmo Monsignor Cristoforo Legasse, protonotario apostolico *ad instar participantium;*

L' Illmo signor conte Filippo Sassoli de' Bianchi, e l'Illmo signor Camillo Bellaigue, ambedue Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari di Sua Santità.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

*18 giugno 1914.* — L'Emo signor cardinale Aidano Gasquet, *Protettore dell'Istituto delle Povere Ancelle della Madre di Dio (Suore Inglesi).*

*19 giugno.* — Il Rmo P. Urbano Alvarez, assistente generale dell' Ordine dei Romitani di sant'Agostino, *Consultore della sacra Congregazione dell'Indice.*

*20 giugno.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Suore Carmelitane della Carità di Vich; della Congregazione delle Suore Terziarie Francescane dei sacri Cuori di Gesù e Maria, di Antequera (Spagna); e delle religiose dell'Istituto di Maria immacolata dell'Insegnamento, fondato dal Ven. Antonio Maria Claret.*

*21 giugno.* — L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, *Protettore delle Figlie di Maria Immacolata di Guadalupa, in Tacuba.*

*22 giugno.* — Il Rino P. Celestino de Deggendoff, dei Frati Minori Cappuccini, *Consultore della sacra Congregazione degli studi.*

*26 giugno.* — L'Illmo e Rmo Mons. Raffaele Chimenti, Uditore dell'Ufficio III del Vicariato di Roma, *Prelato Uditore del Tribunale della sacra Romana Rota.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Prelato Chierico della Ben. Camera Apostolica:*

*14 giugno 1914.* — Mons. Carlo Cremonesi, di Roma.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*27 maggio 1914.* — Mons. Giovanni Kidd, dell' archidiocesi di Toronto.

*30 maggio.* — Mons. Ladislao Sarna, canonico della cattedrale di Premislia.

— Mons. Giuseppe Leterme, della diocesi di Victoria, nell'isola Vancouver.

*2 giugno.* — Mons. Andrea Sears, vicario generale di S. Giorgio di Terranova.

*9 giugno.* — Mons. can. Gaetano Grazia, cancelliere della curia arcivescovile di Bologna.

*11 giugno.* — Mons. Giovanni Battista Rosa, sostituto della S. Congregazione Concistoriale.

— I Monsignori: Tommaso Broydrick, Guglielmo Fletcher, Giacomo 0' Brien, Cornelio Thomas, Michele Francesco Foley e Giacomo Francesco Donahue, dell'archidiocesi di Baltimora.

*14 giugno.* — Mons. Domenico Burrotti, vicario generale della diocesi di Civita Castellana.

— Mons. Andrea Napolitano, arcidiacono della cattedrale di Sant'Agata

í dei Goti.

— Mons. Pietro Masson, dell'archidiocesi di Filadelfia.

*17 giugno.* — I Monsignori: Luigi Hartl, Martino Hartl ed Emilio dott. Uttendorfer, canonici della chiesa metropolitana di Monaco di Baviera.

— Mons. can. Carlo Klaiber, decano della collegiata di S. Gaetano, nella predetta città.

*20 giugno.* — Mons. Edoardo Doyle, della diocesi di S. Giovanni, nel Nuovo Brunswick.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*27 maggio 1914.* — Mons. Eugenio Martini, arciprete di Poggio Rusco, nella diocesi di Mantova.

*6 giugno.* — Mons. Roberto Napoli, della diocesi di Nardo.

— Mons. Giuseppe Schüller, dell'archidiocesi di Colonia.

*13 giugno.* — Mons. Gaspare Burggraf, dell'archid. di Monaco e Frisinga.

*17 gmgno.* — Mons. Caprasio Pallotti, dell'archidiocesi di Bologna.

*22 giugno.* — Mons. Giovanni Norcia, primo cerimoniere della patriarcale Arcibasilica Lateranense.

*26 giugno.* — Mons. Luigi Schmóger, della diocesi di S. Ippolito.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :*

*20 aprile 1914.* — Mons. Eucherio Pasquinangeli, priore della cattedrale di Orte.

*6 giugno.* — Mons. Martino Whelan, dell'archidiocesi di Toronto.

— Mons. Giovanni Lucchetti, del clero di Roma.

*12 giugno.* — Mons. Giuseppe Zimmermann, dell'archidiocesi di Olmütz.

*13 giugno.* — Mons. Costantino Jörg, dell'archid, di Monaco di Baviera.

*24 giugno.* — Mons. Adolfo Agostoni, dell'archidiocesi di Bologna.

*Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :*

*18 giugno 1914.* — Il sig. conte Paolo Folicaldi.

*Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :*

*10 giugno 1914.* — Il sig. Giuseppe Boutard, dell'archidiocesi di Lione.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*L'Ordine della Milizia Aurata, detto dello Speron d'oro:*

*9 giugno 1914.* — Al sig. conte Francesco Spee, dell'archidiocesi di Colonia, già insignito della Gran Croce dell'Ordine Piano.

*La Gran Croce dell' Ordine Piano:*

*9 giugno 1914.* — Al serenissimo principe ed altgraf signor Alfredo Salm-ReifTerscheidt-Dyk, dell'archidiocesi di Colonia.

*La Gran Croce dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :*

*17 giugno 1914.* — Al sig. Henry Howard.

*La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*12 maggio 1914.* — Al sig. Enrico dei baroni Christiani-Kronwald, dell'archidiocesi di Vienna.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*28 maggio 1914.* — Al sig. dott. Nicola Pietro van Spanje, della diocesi di Harlem.

— Ai signori: Francesco Saverio Lemieux, giudice in capo della corte superiore ; Tommaso Chapáis, presidente del consiglio legislativo ; Cirillo Tes-

sier, presidente della cassa d'economia; Napoleone Drouin, sindaco, e Boucher de la Bruère, sopraintendente dell'istruzione publica, nella città di Québec.

*30 maggio 1914.* — Al sig. dott. Giorgio Digard, professore nell'istituto cattolico di Parigi.

— Al sig. Arsenio Laurent, professore nel medesimo istituto.

— Al sig. cav. Renato Lavollée, dell'archidiocesi di Parigi.

*6 giugno.* — Al sig. dott. Roberto Paehler, della diocesi di Fulda.

*La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :*

*16 giugno 1914.* — Al sig. dott. Guglielmo Raabe, della diocesi di Fulda.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile;*

*23 maggio 1914.* — Al sig. Giacomo Heavey, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.

*28 maggio.* — Ai signori: avv. Adiutore Rivard; Giulio Dorion, già tenente colonnello degli zuavi pontifici, e Stefano Paradis, dell' archidiocesi di Québec.

— Al sig. Giovanni van Thiel-Roelofs, della diocesi di Bois-le-Duc.

*7 giugno.* — Al sig. Leonardo Maria Bonnike, della diocesi di Harlem.

*9 giugno.* — Al sig. dott. Primo Cavalletti, dell' archidiocesi di Bologna.

*17 giugno.* — Al sig. D. Guglielmo Rolland y de Miota, segretario d'ambasciata della Spagna.

— Al sig. Giuseppe Toth, di Colocsa.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*1 giugno 1914.* — Al sig Enrico Hoifacker, dell'archidiocesi di Colonia.

*4 giugno.* — Al sig. Antonio Cijak, della diocesi di Trieste.

— Al sig. Guglielmo Busch, deputato al Parlamento del regno di Prussia, dell'archidiocesi di Colonia.

*9 giugno.* — Al sig. Vittore Lefils, dell'archidiocesi di Colonia.

*17 giugno.* — Al sig. D. Eduardo .Groizard y Paternina.

## NECROLOGIO

*18 giugno 1914.* — Mons. Antonio Padovani, vescovo tit. di Canopo ed ausiliare della diocesi di Cremo uà.

*26 giugno.* — Mons. Giuseppe Malleret, vescovo della Martinica.

*3 luglio.* — Mons. Rocco Francesco Vucic, vescovo di Segna (Ungheria).

*4 luglio.* — Mons. Emmanuele Torres y Torres, vescovo di Plasencia (Spagna).

*ô luglio.* — Mons. Abele Gilbert, vescovo tit. di Arsinoe.

Annus Vf. - Vol. VI. Die 3 Augusti 1914. Num. 11.

# COMMENTAEIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. X

AD UNIVERSOS ORBIS CATHOLICOS

## HORTATIO

Dum Europa fere omnis in anfractus abripitur funestissimi belli, cuius quae pericula, quas clades, quem exitum qui paullulum reputaverit, is profecto luctu atque horrore se confici sentiat, non possumus non gravissime et Ipsi affici, non angi animo moerore acerbissimo, quum simus de tot civium, de tot populorum salute ac vita solliciti. In tanta rerum omnium perturbatione ac discrimine plane sentimus atque intelligimus hoc a Nobis paternam caritatem, hoc apostolicum ministerium postulare, ut christifidelium omnium animos eo convertamus impensius *unde venit auxilium,* ad Christum, dicimus, *principem pacis* et *Dei atque hominum mediatorem* potentissimum. Huius igitur thronum gratiae ac misericordiae adeant omnes, hortamur, quotquot sunt per orbem catholici in primisque viri e clero; quorum insuper erit, iussu episcoporum in unaquaque paroecia publicas peragere supplicationes, ut misericors Deus, quasi piorum precibus defatigatus, funestas belli faces amoveat quantocius detque benignus iis qui publicae rei praesunt *cogitare cogitationes pacis et non affiictionis.*

Ex aedibus Vaticanis, die II augusti MCMXIV.

PIUS PP. X

## EPISTOLAE

### I

AD R. P. D. IOSEPHUM SCATTI, EPISCOPUM SAVONENSEM ET NAULENSEM, DE SACRIS SOLLEMNIBUS ANNO PROXIMO SAVONAE CELEBRANDIS QUOD CENTUM ANNIS ANTE PIUS VII P. M. IMAGINEM « MATRIS MISERICORDIAE » CORONA REDIMIERAT.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Si unquam recentioribus aetatibus Petri navícula turbulentissimis est iactata fluctibus, id certe tum evenit, cum in decessore Nostro fel. record. Pio VII libertas et dignitas Pontificis ipsaque humanitas sic violata est, ut vix credibile videatur, qui hoc fecit, hominem ea vi atque acie ingenii non vidisse quam nefarium quamque inutile facinus admitteret. Tametsi nihil est mirum, si Ecclesiae adversarii ita obcoecantur invidia, ut historiae documenta, vel quae sunt maxime perspicua, perfricata facie contemnant. Atque historia teste, cum sibi videntur Ecclesiam in extremum adduxisse discrimen, tum vero benignissimus Deus ex ipsa eorum opera tranquillitatem gloriamque parit catholico nomini. Quo quidem in genere, insigne divinae providentiae documentum, per ea tempora^ quae memoravimus, si fidelibus datum est omnibus, at praesertim maioribus vestris, qui pietatis suae omne genus significationibus augustum Pontificem Savonae captivum consolati sunt. Detinebatur sanctissimus Senex in episcopali domo, qua, venerabilis Frater, ipse hodie uteris; ab eius latere purpurad Patres avulsi omnes, quorum alii alio loco vel exsulare iussi vel in custodiam dati, ne Pontificem sapienti suo iuvarent consilio; episcopi Italiae plerique e suis deturbati sedibus; divina humanaque passim permixta omnia. Putarint tum forte imbecilli consilii homines de catholica Ecclesia actum esse. At Pontifici adfuit sanctissima Virgo, quae apud vos titulo colitur *Matris Misericordiae;* quam enim ipse patronam ac deprecatricem adhibuit, eam profecto dicendum est finem aerumnarum clienti augusto a Iesu Ecclesiae Sponso impetrasse. Redditus est Urbi pastor ac princeps; post annum, promissa exsecutus, istic miserentissimae Matris imaginem pretiosa corona redimiit. Laetabile utrumque eventum scribis, venerabilis Frater, velle vos proximo anno, a die septimo

ad tertium decimum mensis maii, sollemniter commemorare. Consilium sane optimum non una de causa probamus; etenim non modo cives decet actus maiorum aemulari et pietatem erga *Matrem Misericordiae* et studium erga illustrem decessorem Nostrum, cuius iam perpetuo erit nomen cum Savonae nomine coniunctum, verum etiam de re agitur, quae et fidelium excitet ardorem, et inimicis Christi persuadeat, si potest, Ecclesiam in ea esse tutela ut, quantumvis ipsi nitantur, nihil tandem aliquando sint profecturi. Neque minus id placet quod habetis propositum, ut statis sollemnibus et praeeat novendialis divini verbi praedicatio, et duplex accedat conventus, Marialis et Eucharisticus; ita profecto delatos beatissimae Virgini et Pio VII honores cumulabit animarum fructus. Verum, ut te, venerabilis Frater, et clerum populumque Savonensem peculiari voluntatis Nostrae testimonio honestemus et, quantum in Nobis est, festorum dierum splendorem augeamus, iam nunc pollicemur non defuturum qui Nostram per eos dies gerat istic personam. Supplices interea estote *Matri Misericordiae* pro Nobis universaque Dei Ecclesia; pietatem vero in Nos vestram remunerabitur Deus caelestibus donis, quorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis Frater, et clero populoque utriusque dioecesis, apostolicam benedictionem ex animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxix mensis iunii anno MCMXIV, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X

## II

AD IACOBUM CARD. GIBBONS, BALTIMORENSIUM ARCHIEPISCOPUM, DE TEMPLO ÍN HONOREM B. VIRGINIS IMMACULATAE WASKINGTONII EXSTRUENDO.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Ad clara, quae saepenumero ab Americae septentrionalis Catholicis accepimus, actuosae caritatis argumenta, aliud nunc accedit, neque illud obscurum, sollertia providentiaque piarum feminarum. Coivisse siquidem eas in coetum allatum est, corrogandae stipis causa, ad templum Washingtonii exstruendum, apud studiorum Universitatem, quod • usui sit tum excolendis ad pietatem adolescentibus qui scholas celebrant, tum ceteris omnibus e vicinia iuvandis. Cuiusmodi consilium quanti sit apud Nos, dicere vix attinet. Eo enim nihil ad Ecclesiae utilitatem et

ad reipublicae salutem praestantius: ac de utraque egregie mereri censendi sunt qui adolescentium animos eo mature convertendos curant, ubi timore Domini sancto, quod sapientiae verae initium est, plenius efficaciusque impleantur.

Hoc igitur unum optandum restat, ut, catholicorum hominum ex omni ordine generosa promptaque opitulante liberalitate, feminarum, quas supra laudavimus, consilium felicem quantocius habeat exitum, exstruendique templi arte renidente, adeuntium adolescentium sublimius erigantur mentes et quae *desursum est sapientiam* avide exquirant, toto corde amplectantur in omnique vita religiose retineant.

Vota haec expleat Deipara immaculata cuius honori sacram aedem dicare decretum est, sintque precamur oculi eius aperti super Washingtoniensem studiorum Universitatem die ac nocte. Auspex interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili [Noster, coetui feminarum quod supra nominavimus, clero denique, populoque tuo universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII iulii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

## III

AD IANUARIUM CARD. GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, QUI CONVENTUS EUCHARISTICI IN URBE LOURDES CELEBRANDI, LEGATUS PONTIFICIUS RENUNTIATUR.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem, — Ex omnibus locis, qui usque adhuc delecti sunt ad annuos Catholicorum conventus habendos in honorem sacratissimae Eucharistiae, nullus accommodatior videtur, quam is, quo propediem undique convenient: id est ad illam aedem Lourdensem, ubi immaculata Virgo Mater Dei iam pridem immensae benignitatis suae tamquam sedem collocavit. - Iam inde ab exordio rei christianae perpetuum Deiparae auxilium experta est Ecclesia, varium id quidem pro varietate temporum, at peraptum semper miraeque plenum suavitatis. Omnino eum materni animi affectum, quo Sponsam Filii sui, recens divino sanguine quaesitam, perstudiosa educavit usque ad extremum spiritum, numquam exuit Maria; cuius hoc unum esse opus dixeris de populo christiano curam agere - quod

pluries desperatis in rebus apparuit - maxime ut animos omnium ad amorem studiumque iesu alliciat. Id enimvero ad specum *Massabielle* mirabiliter eluxit. Illic, miserans huius humanae societatis, quae excussis divinarum legum vinculis ruit ad interitum, postquam se conspiciendam dedit ad paenitentiamque homines invitavit, per crebras easque prodigiales sanationes corporum instituit munire viam sanandi vulnera animorum. Tum quasi iam suo perfuncta munere, ipsum caelestem Medicum laboranti saeculo demonstrare visa est, a quo solo malis omnibus, quibus est affectum, liberari posset. Etenim dignum notatu est, quemadmodum ibi ex pietate in Deiparam insignis quidam ardor pietatis in Christum Dominum effloruerit, cum ipsa curationum miracula, quae fere ad simulacrum Virginis antea fieri solebant, nunc in pompis Sacramenti augusti frequentius exsistant. - Quae igitur cum ita sint, cumque praesertim tam sit ibidem explorata Mariae sanctissimae industria ad gloriam Iesu mystice latentis revelandam, iam nunc affirmare licet, conventum Eucharisticum qui proxime agetur, optimis, si quem alium, auspiciis actum iri. Libet autem cogitatione praecipere proventuum ex eo copiam fructuum; quam quidem exoptamus uberrimam, praesertim in salutem Galliae. Faxit divinus auctor et conservator Ecclesiae, ut nobilissimam illam dominici gregis partem, quae in tantis hodie calamitatibus tabescit, aliquando respiciat; bonorum generosam virtutem et alacritatem exacuat; intermortuam fidem eorum, qui christianum vix retinent nomen, immisso igne suae caritatis exsuscitet. Quod equidem pro paterna in Gallorum gentem Nostra voluntate, impensissimo patrocinium adhibentes immaculatae Virginis,,Deum rogamus. Quoniam autem horum coetuum celebritatem consuevimus participando augere, idem perlibenter hac etiam occasione facturi sumus. Itaque, dilecte Fili Noster, his te litteris Nostrum renuntiamus Legatum, qui apud Lourdensem conventum Eucharisticum Nostram personam geras eidemque conventui nomine Nostro praesideas. Hoc tibi honestissimi muneris, eximiam tuam et pietatem et sollertiam et diligentiam cum perspectam, haberemus, mandare visum est. Tu vero in primis magnam, qua sumus erga omnes qui convenerint, benevolentiae caritatem, naviter interpreteris volumus, ad eosque afferas, caelestium auspicem munerum, apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte Fili Noster, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xii mensis iulii MCMXIV, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I

## DECRETUM

PLENARIA INDULGENTIA « TOTIES QUOTIES » CONCEDITUR IN DEFUNCTORUM SOLAMEN DIE 2 NOVEMBRIS'.

*Die 25 iunii 1914.*

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, perlibenter suscipiens preces multorum, praesertim Sacrorum Antistitum, ampliori cupientium suffragio animabus in purgatorio degentibus subvenire, quo die generalis in Ecclesia [universa defunctorum celebratur commemoratio, accedente eminentissimorum Patrum Cardinalium Inquisitorum generalium voto, in Congregatione habita feria IV, die 24 iunii, anno 1914, favorabiliter expresso, benigne concedere dignatus est, ut die secunda novembris cuiuslibet anni, christifideles, confessi ac s. Communione refecti, quoties aliquam ecclesiam vel publicum aut semipublicum oratorium, defunctis suffragaturi visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint, toties plenariam Indulgentiam, animabus piacularibus flammis addictis tantummodo profuturam, lucrari valeant. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

*L. %* S.

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor.*

II

DECRETUM SEU DECLARATIO

DE PARTIALIBUS INDULGENTIIS SEMEL VEL PLURIES IN DIE LUCRANDIS

*Die 25 iunii 1914.*

Ssmus U. N. Pius div. prov. Pp. X. in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, proposito dubio, an toties lucrifieri valeant indulgentiae partiales, quoties iniunctae preces vel opera iterentur, si nulla fiat in ipsarum concessionibus declaratio de iis pluries in die vel semel tantum acquirendis; praehabito voto eminentissimorum Patrum Cardinalium Inquisitorum generalium, feria IV die 24 iunii 1914, in ordinaria Congregatione enunciato, benigne respondere dignatus est: « Affirmative, seu posse, in casu, eiusmodi partiales Indulgentiae toties « acquiri, quoties preces vel pia opera in concessionibus indicata reite« rentur ». Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius**

*h.* © S.

f Donatus Archiep. Ephesin., *Adsessor,*

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I.

DECRETUM

AUGETUR TERRITORIUM PRAEFECTURAE INSULARUM SUNDAE MINORUM

Insularum Sundae Minorum Apostolicam Praefecturam, quam superiori anno S. haec Congregatio de mandato Ssmi Dñi nostri- Pii div. prov. PP. X erigendam curavit, Emi Patres S. eiusdem Consilii Fidei Propagandae in comitiis die 13 vertentis mensis habitis, augendam esse decreverunt adiecta insula *Flores,* in praedicto Archipelago sita, quae a territorio vicariatus apostolici Bataviensis per praesens Decretum

nunc distrahitur. Quam sententiam ab infrascripto S. Congregationis Secretario Ssmo D. N. in audientia eiusdem diei relatam, Sanctitas Sua in omnibus adprobare ratamque habere dignata est, praesensque ea de re Decretum fieri iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 20 iulii anni 1914.

Fr. H. M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

*L.* £ß S.

C. Laurenti, *Secretarius.*

II

NOMINATIO

Brevi apostolico nominatus est:

10 maii 1914. — *Archiepiscopus titularis Gorinthiensis ac Delegatus apostolicus novae Delegationis Australiensis,* R. D. Bonaventura Cerretti, iam Auditor delegationis apostolicae Washingtoniensis.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

T

## BAIOCEN. ET LEXOVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI SOR. TERESIAE A PUERO IESU, MONIALIS PROFESSAE ORDINIS CARMELITARUM EXCALCEATARUM IN MONASTERIO LEXOVIENSI.

Dei Famula Teresia a puero Iesu* in monasterio Lexoviensi Carmelitides Excalceata professa, de cuius Causa introducenda coram sacra Rituum Congregatione actum est, postrema ex novem filiis Aloisii Stanislai Martin et Mariae Zeliae Guérin, Alen confi, intra fines Sagiensis dioecesis, anno 1873 ortum duxit, die 2 ianuarii, biduoque post in sacro fonte nomina Mariae Franciscae Teresiae indita habuit. Domesticis

exemplis ad pietatem bene informata, demortua genitrice et tota familia Lexovium translata, puella iam novennis a patre monialibus Ordinis S. Benedicti instituenda traditur. Aureum *De imitatione Christi* libellum sacraeque Scripturae libros assidue legebat, iisque utebatur ad sui et proximi aedificationem. Gravi morbo correpta, quum mirabiliter sanata esset, ardentius optare coepit meliora charismata, cupiens se totam in Dei famulatum perpetuo mancipare. Verum, germanis sororibus claustralem vitam suscipientibus, ipsa, domum revocata, nunquam quievit, donec, voti compos effecta, anno 1888 Carmelitidum monasterium Lexoviense ingressa est, ubi, assumpto religionis habitu cum nomine Teresia a puero Iesu, ac novitiatu laudabiliter peracto, solemnia vota, die 8 septembris anni 1890, nuncupavit. Triennio post, auxiliatricem operam tironum magistrae praebere iussa, munere suo rite sancteque perfuncta est usque ab obitum. Tertio supra vigesimo aetatis anno vix expleto, .Dei Famula, lethali pulmonum labe vexata, lecto decumbere cogitur. Per quinque menses morbo magis in dies invalescente consumpta, eoque patientissime tolerato, die 30 septembris anni 1897 obiit in Domino, iustisque funeribus rite absolutis in Lexoviensi coemeterio condita fuit. Sanctimoniae fama quam Soror .Teresia vivens sibi comparaverat, post eius obitum adhuc vigens et constans ita inclaruit ut super ea Inquisitiones Informativae Ordinaria auctoritate adornatae fuerint. Quibus confectis et ad sacram Rituum Congregationem delatis, quum omnia in promptu essent, instante Rmo P. Ruderico a S. Francisco de Paula, Ordinis Carmelitarum Excalceatorum postulatore generali, ad impetrandam Causae introductionem, attentisque litteris quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum et Praepositorum Ordinum et Congregationum utriusque sexus, Emus ac Rmus Dnus cardinalis Hieronymus Gotti eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinario sacrae Rituum Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanum coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit; *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei Promotore, omnibus sedulo perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative seu Commissionem esse signandam, si Sanctissimo placuerit.* Die 9 iunii 1914.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio PP. X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum ipsius sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae

beatificationis et canonizationis Servae Dei Teresiae a puero Iesu, Garmelitidis Excalceatae in monasterio Lexoviensi, die 10, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. & S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

## II

DUBIUM

CIRCA FESTA LOCALIA PRO REGULARIBUS

Exquisitum est a sacra Rituum Congregatione: Utrum festa quae in Kalendario universalis Ecclesiae sub ritu duplici secundae classis cum octava simplici inscribuntur, et in aliquibus locis sint etiam Festa praecipua de sanctis patronis locorum vel titularibus ecclesiarum cathedralium, a Regularibus proprium Kalendarium habentibus inibi celebrari debeant cum octava communi, sicut a clero saeculari?

Et sacra eadem Congregatio, audito specialis commissionis suffragio, propositae quaestioni ita rescribendum censuit: Negative; sed post diem festum servetur quoad octavam Kalendarium Ecclesiae universalis.

Atque ita rescripsit ac servari mandavit, die 8 iulii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. £g S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

## III.

## ALTERUM DECRETUM SEU DECLARATIO

SUPER INSUETOS CULTUS TITULOS

Edito decreto S. R. C. die 28 martii 1914 « De insuetis cultus titulis » Subdirector generalis consociationis, quam vocant a Corde Iesu eucharistico, opportunum putavit' secretis litteris significare multis Rmis locorum Ordinariis nonnulla circa interpretationem ipsius decreti, non adeo veritati innixa, et quae facile confusionem ingerunt. Quod quum ad aures Ssmi Dñi nostri Pii Papae X pervenerit, de cuius mandato

decretum una cum altero S. Officii diei 27 maii 1891 evulgatum fuerat, earumque litterarum tenorem Ipse .noverit, agendi rationem praedicti Subdirectoris eiusque incongruum zelum im probans, ad omnem ambiguitatem praecavendam, quae ex illis secretis litteris oriri poterit, haec quae sequuntur publicari iussit:

I. Decretum S. R. G. diei 28 martii 1914 iterum confirmari cum sententia: *In decisis et amplius.*

II. Titulum « Cordis Iesu eucharistici » permitti tantum posse in approbatis sub eo titulo confraternitatibus; dummodo idem hoc sensu accipiatur quo intelligitur sacratissimum Cor Iesu prouti praesens est in Ssmo Eucharistiae Sacramento.

III. Quum vero eiusmodi titulus non sit canonicus et liturgicus immo novitatem sapiat, nunquam eum esse recognoscendum et admittendum in sacra liturgia.

IV. Confraternitates autem quae eo titulo nuncupantur, nullum aliud festum tamquam proprium celebrare posse, nisi festum sacratissimo Cordis Iesu cum Ecclesia universali, vel festum Ssmi Corporis Christi.

Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Die 15 iulii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# SACRA STUDIORUM CONGREGATIO

## THESES QUAEDAM, IN DOCTRINA SANCTI THOMAE AQUINATIS CONTENTAE, ET A PHILOSOPHIAE MAGISTRIS PROPOSITAE, ADPROBANTUR.

Postquam sanctissimus Dominus noster Pius Papa X Motu Proprio *Doctoris Angelici,* edito die xxix iunii MCMXIV, salubriter praescripsit, ut in omnibus philosophiae scholis principia et maiora Thomae Aquinatis pronuntiata sancte teneantur, nonnulli diversorum Institutorum magistri huic sacrae Studiorum Congregationi theses aliquas proposuerunt examinandas, quas ipsi, tamquam ad praecipua sancti Praeceptoris

principia in re praesertim metaphysica exactas, tradere et propugnaré consueverunt.

Sacra haec Congregatio, supra dictis thesibus rite examinatis et sanctissimo Domino subiectis, de eiusdem Sanctitatis Suae mandato, respondet, eas plane continere sancti Doctoris principia et pronuntiata maiora.

Sunt autem hae:

I. Potentia et actus ita dividunt ens, ut quidquid est, vel sit actus purus, vel ex potentia et actu tamquam primis atque intrinsecis principiis necessario coaleseat.

IL Actus, utpote perfectio, non limitatur nisi per potentiam, quae est capacitas perfectionis. Proinde in quo ordine actus est purus, in eodem nonnisi illimitatus et unicus exsistit; ubi vero est finitus ac multiplex, in veram incidit cum potentia compositionem.

III. Quapropter in absoluta ipsius esse ratione unus subsistit Deus, unus est simplicissimus, cetera cuncta quae ipsum esse participant, naturam habent qua esse coarctatur, ac tamquam distinctis realiter principiis, essentia et esse constant.

IV. Ens, quod denominatur ab esse, non univoce de Deo ac de creaturis dicitur, nec tamen prorsus aequivoce, sed analogice, analogia tum attributionis tum proportionalitatis.

V. Est praeterea in omni creatura realis compositio subiecti subsistentis cum formis secundario additis, sive accidentibus: ea vero, nisi *esse* realiter in essentia distincta reciperetur, intelligi non posset.

VI. Praeter absoluta accidentia est etiam relativum, sive *ad aliquid.* Quamvis enim *ad aliquid* non significet secundum propriam rationem aliquid alicui inhaerens, saepe tamen causam in rebus habet, et ideo realem entitatem distinctam a subiecto.

VII. Creatura spiritualis est in sua essentia omnino simplex. Sed remanet in ea compositio duplex: essentiae cum esse et substantiae cum accidentibus.

VIII. Creatura vero corporalis est quoad ipsam essentiam composita potentia et actu; quae potentia et actus ordinis essentiae, materiae et formae nominibus designantur.

IX. Earum partium neutra per se esse habet, nec per se producitur vel corrumpitur, nec ponitur in praedicamento nisi reductive ut principium substantiale.

X. Etsi corpoream naturam extensio in partes integrales consequitur, non tamen idem est corpori esse substantiam et esse quantum. Substantia quippe ratione sui indivisibilis est, non quidem ad modum

puncti, sed ad modum eius quod est extra ordinem dimensionis. Quantitas vero, quae extensionem substantiae tribuit, a substantia realiter differt, et est veri nominis accidens.

XI. Quantitate signata materia principium est individuationis, id est, numericae distinctionis, quae in puris spiritibus esse non potest, unius individui ab alio in eadem natura specifica.

XII. Eadem efficitur quantitate ut corpus circum scripti ve sit in loco, et in uno tantum loco de quacumque potentia per hunc modum esse possit.

XIII. Corpora dividuntur bifariam: quaedam enim sunt viventia, quaedam expertia vitae. In viventibus, ut in eodem subiecto pars movens et pars mota per se habeantur, forma substantialis, animae nomine designata, requirit organicam dispositionem, seu partes heterogéneas.

XIV. Vegetalis et sensilis ordinis animae nequaquam per se subsistant, nec per se producuntur, sed sunt tantummodo ut principium quo vivens est et vivit, et cum a materia se totis dependeant, corrupto composito, eo ipso per accidens corrumpuntur.

XV. Contra, per se subsistit anima humana, quae, cum subiecto sufficienter disposito potest infundi, a Deo creatur, et sua natura incorruptibilis est atque immortalis.

XVI. Eadem anima rationalis ita unitur corpori, ut sit eiusdem forma substantialis unica, et per ipsam habet homo ut sit homo et animai et vivens et corpus et substantia et ens. Tribuit igitur anima homini omnem gradum perfectionis essentialem; insuper communicat corpori actum essendi, quo ipsa est.

XVII. Duplicis ordinis facultates, organicae et inorganicae, ex anima humana per naturalem resultantiam emanant: priores, ad quas sensus pertinet, in composito subiectantur, posteriores in anima sola. Est igitur intellectus facultas ab organo intrinsece independens.

XVIII. Immaterialitatem necessario sequitur intellectualitas, et ita quidem ut secundum gradus elongationis a materia, sint quoque gradus intellectualitatis. Adaequatam intellectionis obiectum est communiter ipsum ens; proprium vero intellectus humani in praesenti statu unionis, quidditatibus abstractis a conditionibus materialibus continetur.

XIX. Cognitionem ergo accipimus a rebus sensibilibus. Cum autem sensibile non sit intelligibile in actu, praeter intellectum formaliter intelligentem, admittenda est in anima virtus activa, quae species intelligibiles a phantasmatibus abstrahat.

XX. Per has species directe universalia cognoscimus ; singularia sensu attingimus, tum etiam intellectu per conversionem ad phantasrnata; ad cognitionem vero spiritualium per analogiam ascendamus.

XXI. Intellectum sequitur, non praecedit, voluntas, quae necessario appétit id quod sibi praesentatur tamquam bonum ex omni parte explens appetitum, sed inter plura bona, quae iudicio mutabili appetenda proponuntur, libere eligit. Sequitur proinde electio iudicium practicum ultimum; at quod sit ultimum, voluntas efficit.

XXII. Deum esse neque immediata intuitione percupimus, neque a priori demonstramus, sed utique a posteriori, hoc est, per ea quae facta sunt, ducto argumento ab effectibus ad causam : videlicet, a rebus quae moventur et sui motus principium adaequatum esse non possunt, ad primum motorem immobilem; a processu rerum mundanarum e causis inter se subordinatis, ad primam causam incausatam ; a corruptibilibus quae aequaliter se habent ad esse et non esse, ad ens absolute necessarium; ab iis quae secundum minoratas perfectiones essendi, vivendi, intelligendi, plus et minus sunt, vivunt, intelligunt, ad eum qui est maxime intelligens, maxime vivens, maxime ens; denique, ab ordine universi ad intellectum separatum qui res ordinavit, disposuit, et dirigit ad finem.

XXIII. Divina Essentia, per hoc quod exercitae actualitati ipsius *esse* identificatur, seu per hoc quod est ipsum Esse subsistens, in sua veluti metaphysica ratione bene nobis constituta proponitur, et per hoc idem rationem nobis exhibet suae infinitatis in perfectione.

XXIV. Ipsa igitur puritate sui *esse,* a finitis omnibus rebus secernitur Deus. Inde infertur primo, mundum nonnisi per creationem a Deo procedere potuisse ; deinde virtutem creativam, qua per se primo attingitur ens in quantum ens, nec miraculose ulli finitae naturae esse communicabilem; nullum denique creatum agens in esse cuiuscumque effectus innuere, nisi motione accepta a prima Causa.

Datum Romae, die 27 iulii 1914.

B. CARD. LORENZELLI, *Praefectus.*

L. >B S.

Ascensus Dandini, *et Secretis.*

# SACRA ROMANA ROTA

## PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (ULENS-LELORRAIN).

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die 5 maii 1914, BR. PP. DD. Seraphinus Many,* Ponens, *Franciscus Heiner et Ioannes Prior, Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Leoniam Ulens, *actricem, repraesentatam per legitimos procuratores Nazarenum Ferrata advocatum et Vincentium Sacconi advocatum, et* Georgium Lelorrain, *qui declaravit sese remittere sapientiae H. S. T., in gradu appellationis contra sententiam curiae Parisiensis a Defensore vinculi Parisiensi propositae, interveniente, et disceptante in causa vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Leonia Ulens et Georgius Lelorrain, ambo maiorennes, matrimonium contraxerunt, die 14 iunii anni 1906, in parochia loci *Tantonville* (dioecesis Nauceiensis), in qua a pluribus mensibus sponsa habitabat. Vita communi varias ob causas disiuncta, et separatione quoad thorum et bona a iudice civili pronunciata, Leonia matrimonium suum coram curia Parisiensi, oblato libello die 2 maii anni 1912, tamquam nullum impugnavit, ex defectu formae Tridentinae, utpote contractum coram parocho qui nullo titulo parochus proprius erat sponsi neque sponsae. A curia Parisiensi, die 16 maii anni 1913, prodiit sententia, qua declaratum est constare de nullitate praedicti matrimonii. Ab hac ergo sententia appellavit vinculi Defensor Parisiensis, et hinc causa ad H. S. O. delata est, in quo solitum dubium concordatum fuit: *An constet de matrimonii nullitate in casu.* Priusquam autem DD, Auditores sententiam definitivam ferrent, orto dubio, ex animadversionibus vinculi Defensoris ex officio, circa competentiam curiae Parisiensis in praefato processu conficiendo, huius Parisiensis processus sanatio ad cautelam a Summo Pontifice, die 25 aprilis, impetrata est.

*Quod ad ius spectat.* - In iure quod vigebat tempore quo contractum fuit dictum matrimonium, certum est matrimonium esse nullum, quando contractum fuit « aliter quam praesente parocho, vel alio sacer-

« dote de ipsius parochi vel Ordinarii licentia, et duobus vel tribus « testibus ». (Concilium Tridentinum, cap. *Tametsi,* sess. XXIV, *De Reformatione matrimonii).* Per parochum autem intelligitur ille qui sit alterutrius sponsi parochus proprius ratione domicilii vel quasi-domicilii: quod si alteruter sponsus sit iuridice vagus, parochus loci ubi commoratur tempore contracti matrimonii (omissa controversia de ceteris) est eius parochus proprius. Unde, ut matrimonium- sit validum, requiritur praesentia vel parochi proprii in dicto sensu, vel alterius sacerdotis de licentia parochi proprii vel Ordinarii.

*Quod ad factum spectat.* - Leonia Ulens et Georgius Lelorrain matri-, monium contraxerunt in pago *Tantonville,* coram parocho loci, die 14 iunii anni 1906 : hic autem parochus egit iure proprio, id est, sine ulla delegatione, ut constat ex toto processu, et notanter ex depositione eiusdem parochi, qui nimirum putavit Leoniam contraxisse quasi-domicilium in sua parochia, in qua de facto habitabat a fine mensis septembris anni 1905. Porro magna pars hodiernae controversiae est utrum revera Leonia contraxerit quasi-domicilium in parochia loci Tantonville: si enim contraxerit ibi quasi-domicilium, parochus huius loci erat parochus proprius Leoniae, ideoque matrimonium fuit validum.

Iamvero, uti constat ex Instructione S. Officii, die 7 iunii anni 1867, et inde orta communissima Doctorum sententia, et constanti tribunalium ecclesiasticorum iurisprudentia, ad acquirendum quasi-domicilium in quodam loco, duo simul requiruntur, scilicet actualis habitatio in eo loco, et animus ibidem permanendi per maiorem anni partem. In specie, concedi potest Leoniam, quando circa diem 24 septembris anni 1905, cum matre sua advenit in locum Tantonville, non habuisse intentionem ibi permanendi per maiorem anni partem. A pluribus enim annis, Leonia, quae cum matre sua domicilium fovebat Bruxellis, solita erat, post aliquam peregrinationem ad experiendum puriorem aerem aut salutares aquas, se conferre cum matre in locum Tantonville, ubi degebat avia materna, ibique, per modum rusticationis aut recreationis, unum aut alterum mensem transigere: quod patet ex Actis et extra controversiam est. Porro idem fecit anno 1905. Mensibus enim aestivis, relicta civitate Bruxellis, Leonia cum matre sua aliquot hebdomadas degit in •oppido *Ghâtel-Guyon* ad experiendas aquas, et inde, cum matre aegrotante, in locum *Tantonville* se contulit: mens autem eius erat ut, finito rusticationis tempore et sanata matre, Bruxellas, more solito, reverteretur. Verum res aliter cessit: morbus enim matris aggravatos est: ita ut illi impossibile fuerit redire Bruxellas: ideoque Leonia remanere

debuit in loco Tantonville, ubi etiam mater mortua est, die 25 ianuarii anni 1906. Unde concedi potest Leoniam, a fine mensis septembris usque ad diem 25 ianuarii, non habitasse in loco Tantonville, nisi ob causam precariam, scilicet ad rustican dum more solito, et ad curandam matrem, ideoque ibi quasi-domicilium non contraxisse. Verum matre mortua, Leonia Bruxellas non est régressa, sed habitare perrexit in loco Tantonville apud aviam maternam, ibique usque ad diem 14 iunii anni 1906, quo contraxit matrimonium, remansit, licet haec eius commoratio pluries ob varia itinera fuerit interrupta. Quaerendum ergo est utrum tunc temporis quasi-domicilium contraxerit in loco Tantonville.

Porro praesumptio iuris est Leoniam ibi habuisse quasi-domicilium, ideoque eius matrimonium valide contractum fuisse. Benedictus enim XIV in epistola *Paucis abhinc,* diei 19 martii anni 1758, ad archiepiscopum Goanum, haec statuit: « Necessarium fore censemus nonnihil adiungere, « ut in propatulo sit quidnam requiratur ad quasi-domicilium adipi- « scendum. Verum hac in re non alio pacto responderi potest nisi quod, « antequam matrimonium contrahatur, spatio saltem unius mensis ille, « qui contrahit, habitaverit in loco, ubi matrimonium celebratur. Defi- « nitiones Congregationis Concilii hac de re observari poterunt apud « Fagnanum, in cap. *Significat, De Parochiis».* Unde commoratio unius mensis ante contractum matrimonium in loco matrimonii, constituit praesumptionem iuris, quod nimirum contrahens acquisierit in loco sufficiens quasi-domicilium, idee que valide contraxerit. Porro Leonia, licet eius commoratio in loco Tantonville non computetur nisi a die 25 ianuarii anni 1906, non uno mense, sed quatuor mensibus et dimidio remansit in loco Tantonville ante matrimonium: praesumptio ergo iuris est ipsam ibi habuisse quasi-domicilium sufficiens, et valide contraxisse.

Nec dicas hanc praesumptionem iuris hodie cessasse, postquam S. Officium praefatam Instructionem anni 1867 edidit, in qua declaravit, ad acquirendum quasi-domicilium, requiri intentionem habitandi in loco per maiorem anni partem. Nam, e contra, idem S. Officium, in eadem instructione, praefatam praesumptionem iuris a Benedicto XIV declaratam, integram remanere decrevit, his verbis : « Si de praedicto animo « (habitandi in loco per maiorem anni partem) non constet, ad indicia « recurrendum est, quae praesto sint, quaeque moralem certitudinem « pariant. In re autem occulta et interna, difficile est huiusmodi indicia « habere quae iudicem securum faciaut: inde est quod adhiberi maxime «debet regula a Summo Pontifice Benedicto XIV confirmata (Litteris *« Paucis abhinc hebdomadis),* ut inspiciatur utrum ante matrimonium

« spatio saltem unius mensis vel ambo vel alteruter in matrimonii loco « habitaverint. Quod si factum fuisse deprehendatur, censendum est ex « praesumptione iuris intentionem permanendi per maiorem anni partem « exstitisse, et quasi-domicilium fuisse acquisitum, proindeque matri« monium esse validum ».

Verum haec non est nisi praesumptio iuris, non vero de iure: videndum igitur est utrum, ex altera parte, elidatur certis et liquidis probationibus, quae ipsam destruant: quod etiam agnoscit in praefata instructione S. Officium: post verba enim relata, statim addit: « At si praesumptio « haec iuris quae ex menstrua habitatione oritur, contrariis elidatur pro« bationibus, quibus certo ac liquide constet praedictum animum nullo « modo exstitisse, tunc profecto contrarium proferri debere iudicium « manifestum est, quia praesumptio cedere debet veritati ». Porro argumenta quae, ex parte contraria, afferuntur contra hanc iuris praesumptionem, non ea sunt quae illam destruant.

Dicunt patroni actricis, si tractatus matrimoniales cum Georgio Lelorrain rupti fuissent, Leoniam reversuram fuisse Bruxellas, ut asserunt plures testes, et ideo ipsam non habuisse intentionem remanendi in loco Tantonville per maiorem anni partem. Verum hoc argumentum non elidit praefatam praesumptionem. Revera plures testes asserunt Leoniae propositum fuisse ut Bruxellas, in domum familiarem rediret, in casu matrimonii cum Georgio non contracti. Sed alii testes, e contra, negant hoc propositum, et dicunt Leoniae mentem potius fuisse ut remaneret in pago Tantonville. Sic Albertus Ulens, frater actricis, dicit: « Je viens de répondre que ma sœur avait rompu avec notre maison « familiale. Si les pourparlers relatifs à son mariage avaient été rompus, «je ne crois pas qu'elle soit revenue à Bruxelles. Je crois qu'elle « serait restée à Tantonville, soit chez ma grand'rnère, soit dans une « villa qu'elle avait eu le projet de louer. Ma sœur est restée à Tanton« ville de la mort de ma mère à son mariage, et je crois qu'elle y « serait restée plus longtemps, si son mariage n'avait pas eu lieu. Ma « sœur a fait quelques absences à Bruxelles, comme je l'ai dit. Bien « qu'elle ne fût pas chez elle à Tantonville, elle y avait son principal «établissement. Il lui était difficile d'habiter ailleurs après la mort de « ma mère et la prise de possession de la maison de Bruxelles par mon « beau-frère ». Sic etiam Iosephus Gilson, levir actricis, ait: « Mademoi« selle Ulens est restée chez sa grand'mère, sans penser, je crois, devoir « revenir à Bruxelles, ses sympathies étant plutôt pour la France, que « pour la Belgique, et je crois pouvoir dire que, si le mariage dont il « fut question plus tard ne s'était pas fait, mademoiselle Ulens ne

« serait pas revenue demeurer à Bruxelles. Je puis citer ce fait qu'au « premier voyage que fit ma belle-sœur à Gharleroi après la mort de «sa mère et avant qu'il fût question du mariage avec M. Lelorrain, « elle refusa de voir un de mes collègues qui aurait pu être un excel- « lent parti pour elle: mais elle voulait épouser un français, et demeurer « en France. Elle nous avait même parlé du projet qu'elle avait, au cas « où elle ne se serait pas mariée, de prendre à Tantonville une maison « séparée de celle de sa grand'mère, et de s'y installer ». Pariter Robertus Iosephus Lelorrain, frater viri conventi, ait: « Habituellement, « mademoiselle Ulens habitait Tantonville chez sa grand'mère, où du « reste elle était chez elle, ayant son installation à elle : et je me sou- « viens fort bien, que la première fois, et la seule fois qu'elle nous « ait reçus avec ma femme, c'était la veille du mariage, elle nous dit: « " Je suis très heureuse de vous recevoir dans mon chez moi „. Je « ne puis dire combien de temps elle séjournait chaque année à Tan- « tonville, mais certainement longtemps, car elle aimait beaucoup cette « localité, d'autant plus qu'elle s'entendait très bien avec sa grand'mère «et un de ses oncles, son oncle Ernest Tourtel, et moins bien avec « ses sœurs, dont l'une habitait Bruxelles et l'autre en France... Si les « pourparlers du mariage avaient été rompus, elle se serait certaine- « ment retirée à Tantonville, et non à Bruxelles... J'ignore si mademoi- « selle Ulens a pu faire des absences pendant son séjour à Tantonville, « mais durant les six mois qui ont précédé son mariage, son principal « établissement était à Tantonville ». Ita similiter Magdalena de Jardina, uxor praedicti Roberti Lelorrain: « Au moment du mariage, mademoi- « selle Ulens avait environ 27 ans. Elle demeurait à cette époque à « Tantonville chez sa grand'mère... Je savais que les parents de ma « future belle-sœur avaient à Bruxelles une maison, mais je crois qu'au « moment du mariage, cette maison était vendue, et on n'en parlait « plus. Ma belle-sœur me disait qu'elle pensait bien ne plus remettre « les pieds à Bruxelles, où elle ne se plaisait pas... Si les pourparlers « du mariage avaient été rompus, elle serait demeurée à Tantonville « chez sa grand'mère, où elle habitait... Mademoiselle Ulens était venue « à Tantonville, parce que là habitait sa grand'mère... J'ignore si made- « moiselle Uleus, pendant son séjour à Tantonville, fit des absences. À « mon avis, le principal établissement de mademoiselle Ulens a tou- « jours été Tantonville depuis la mort de sa mère ». Tandem hoc etiam affirmat Georgius Lelorrain, vir conventus; ad hoc enim quaesitum: « Serait-elle retournée à Tantonville, si le mariage n'avait pas eu lieu? », respondit: « Non, elle avait son domicile chez sa grand'mère, et se

« proposait d'ailleurs d'acheter une maison à Tantonville »; et ad hoc quaesitum: « Dans quel but s'y est-elle rendue (à Tantonville)? », respondit: « Pour habiter avec sa grand'mère. Elle y est restée après le décès « de sa mère, parce que madame Tourtel était sa seule ascendante, et « que ses oncles, messieurs Tourtel, habitaient Tantonville. Elle voulait «y acheter une maison: mais, naturellement, sa famille lui fit eomprendre qu'elle devait habiter chez sa grand'mère »; et ad hoc quaesitum: « Avait-elle ses affaires à Tantonville avant son mariage », respondit: « Oui ». Unde saltem valde dubium erat propositum Leoniae, utrum scilicet in casu matrimonii non contracti, reversura fuisset Bruxellas, vel remansura in loco Tantonville; unde etiam eius soror, Margarita Ulens, hac de re interrogata, dicit: « J'éprouve quelque peine à dire « où ma sœur serait allée se fixer au cas où les pourparlers auraient été « rompus ». Hoc itaque argumentum patronorum, cum nitatur assertione maxime dubia, evertere nequit supradictam iuris praesumptionem.

Dicunt patroni actricis ipsam non potuisse commorari in loco Tantonville tempore sufficienti ad acquirendum quasi-domicilium, quia nimirum ibi nihil fere possidebat (scilicet tantum « une malle »). Verum, de facto, ante matrimonium habitavit in Tantonville per novem circiter menses, scilicet a fine septembris anni 1905, usque ad diem matrimonii, nimirum 14 iunii anni 1906.

Ceterum, cum Leonia illuc quotannis, rusticationis causa, ad unum aut alterum mensem se conferre solerei, cubiculum aut cubicula, quae ad usum eius erant, ita instructa esse debebant, ut ad habitationem aliquatenus longam sufficere possent.

Dicunt patroni actricis non posse fingi rationabilem causam cur Leonia Ulens remanere voluerit in loco Tantonville ultra sex menses, nisi dicatur ipsam voluisse ibi figere sedem stabilem, et sic acquirere ibi verum domicilium, quod est inverosimile. Nec etiam hoc patronorum argumentum ita clarum et certum est, ut evertat supradictam praesumptionem iuris. Non enim desunt causae propter quas Leonia sibi proponere potuerit remanere in pago Tantonville ultra sex menses. Sibi enim proponere potuit vel ut remaneret apud aviam, quae senex erat et infirma, ad curam eius agendam, sicut curam egerat matris (ut dicit rev. Vernier, parochus loci Tantonville, ad 9), vel ut remaneret apud aviam, donec ipsa, Leonia, honeste collocaretur in matrimonium. In utroque casu, secundum probabiles provisiones, causa longiorem, et verisimiliter ultra sex menses, commorationem requirebat.

Ceterum notandum est, ad adstruendum hoc Leoniae quasi-domicilium, non esse necessarium ut indicetur et demonstretur causa prae-

cisa huius quasi-domicilii: sed sufficere ut patroni actricis non clare demonstrent huiusmodi causam abesse: cum enim quasi-domicilium, in casu, praesumatur, etiam adesse praesumitur causa sufficiens huius quasi-domicilii: porro Patronos non clare de mon strasse huiusmodi causam abesse patet ex dictis.

Verum, dato, non concesso, Leoniam non habuisse tunc temporis quasi-domicilium in loco Tantonville, non ideo concludi potest eius matrimonium, in hoc loco contractum, fuisse invalidum: in hac enim hypothesi, Leonia fuisset iuridice vaga, quippe quae de facto deseruerit domicilium familiare Bruxellense, sine animo revertendi, ideoque, etiam in hoc casu, parochus Tantonville valide potuisset eius matrimonio interesse.

Quod autem Leonia domicilium familiare Bruxellense sine animo revertendi deseruerit, constat ex Actis processus.

1. Hoc asserunt tum Georgius Lelorrain, vir conventus, tum tres testes, quorum verba supra recitata sunt, scilicet Albertus Ulens frater actricis, Iosephus Gilson eius levir, et Robertus Iosephus Lelorrain frater viri conventi.

2. Praecipua probatio constat duobus factis, praesertim simul iunctis, scilicet quod Leonia domum paternam, quatenus ad eam pertinebat, vendiderit et bona sua mobilia ex hac domo abduxerit.

Mortua enim matre die 25 ianuarii anni 1906, domus familiaris quam semper Leonia cum matre incoluerat, remansit indivisa inter quatuor coheredes nempe Albertum Ulens et tres sorores, e quibus Leonia. Porro, vi conventionis initae exeunte aprile vel ineunte maio eiusdem anni 1906, tres ex his coheredibus, e quibus Leonia, partem suam quarto coheredi, scilicet Margaritae Ulens, quae Iosepho Gilson nupserat, vendiderunt: imo, statim post initam conventionem, Margarita Ulens cum viro suo possessionem domus emptae coepit, licet actus publicus, manu notarii, scriptus non fuerit nisi postea, scilicet die 30 novembris anni 1906: quae omnia constant ex Actis. Hac igitur facta venditione, mentem suam derelinquendi domicilium familiare Leonia manifestabat: ius enim omne amittebat in domo deinceps habitandi.

Nec solum Leonia suam domus partem vendidit, sed etiam omnia bona mobilia quae in hac domo habebat alio transtulit, scilicet in conditorium conductum, vulgo *garde-meubles.* De quo sic ipsa refert: « Mon beau-frère s'y est installé (dans la maison familiale) dans ses « meubles personnels; mon frère a cessé d'y habiter: et moi-même, qui « étais en projet de mariage à Tantonville, je n'y suis pas rentrée. Mes « meubles et mes affaires personnelles n'ont pas quitté Bruxelles, je

« les avais mis dans un garde-meubles. Et si mon mariage s'était « rompu, il est probable que je serais retournée à Bruxelles et proba- « blement chez mon beau-frère, la maison de famille étant bien assez « vaste pour cela. Mon dernier séjour à Bruxelles a eu lieu en mai 1906. « À ce moment, j'y étais encore chez moi. Quand j'y suis retournée à la « fin de mai, j'y étais, au contraire, chez mon beau-frère. À ce dernier « voyage, je n'avais plus aucun effet personnel dans la maison de mon « beau-frère. Celui-ci se considérait comme chez lui, et il n'y avait plus « aucune raison pour que mes affaires y fussent déposées ».

Unde Leonia, amisso quolibet iure in domo familiari habitandi, et alio abductis mobilibus, manifeste significavit animum suum ibi non amplius habitandi, nisi, ut patet, more itinerantis aut hospitis.

Dicunt patroni actricis, quod attinet ad venditionem domus, hanc non fuisse firmam, nisi cum actus publicus venditionis manu notarii conscriptus est, scilicet die 30 novembris anni 1906, et proinde tempore matrimonii Leoniam ius suum in partem domus, quae ei competebat, conservasse. Assertum autem suum probant articulo 1341 codicis civilis Gallici (qui in ditione Belgica viget), vi cuius, ut aiunt, proprietas bonorum immobilium non antea transfertur quam conventio in scripturam legitime redigatur. Verum patroni, non recte interpretati sunt dictum articulum 1341 : in hoc enim articulo non agitur de translatione dominii, sed de probatione contractuum in genere: sic enim habet: « Section II, *De la preuve testimoniale* (des contrats ou obligations). « 1341. Il doit être passé acte devant notaires ou sous signature privée, « de toutes choses excédant la somme ou valeur de cent cinquante « francs, même pour dépôts volontaires: et il n'est reçu aucune preuve « par témoins contre et outre le contenu aux actes, ni sur ce qui serait « allégué avoir été dit avant, lors ou depuis les actes, encore qu'il « s'agisse d'une somme ou valeur moindre de cent cinquante francs ». Unde agitur in hoc articulo de probatione contractuum. Quod attinet ad translationem dominii, de ea agitur in articulo 1583, cuius haec sunt verba: « Elle est parfaite (la vente) entre les parties, et la pro- « priété est acquise de droit à l'acheteur à l'égard du vendeur, dès « qu'on est convenu de la chose et du prix, quoique la chose n'ait pas « encore été livrée, ni le prix payé » (cf. etiam articulum 1138). Nihil dici potest clarius. Unde omnino pacificum est inter interpretes codicis civilis Gallici, in venditione dominium transferri sola conventione verbali, et priusquam traditio fiat, aut scriptura conficiatur; unde dicunt venditionem esse contractum consensualem, id est, qui solo consensu perficitur, non vero solemnem, qui scilicet actum publicum ad validi-

tatem exigat, ut est donatio immobilium (art. 931-932). Unde, in specie nostra, facile explicatur quomodo Iosephus Gilson et eius uxor, Margarita Ulens, possessionem domus, emptae pacifice inierint statim post conventionem verbalem, longe ante conscriptum actum venditionis publicum, et etiam quomodo Leonia recte dixerit: « À ce moment (ineunte « maio 1906) j'y étais encore chez moi. Quand j'y suis retournée à la « fin de mai, j'y étais au contraire chez mon beau-frère. À ce dernier « voyage, je n'avais plus aucune affaire personnelle dans la maison de « mon beau-frère ».

Unde, uti supra dictum est, Leonia, exeunte aprile vel ineunte maio anno 1906, vere et proprie partem domus familiaris, quae ad ipsam spectabat, vendiderat, et quodlibet ius suum in hac domo dimiserat.

Nec dicatur Leoniam in domo familiari retinuisse cubiculum : quod signum est ipsam animum revertendi non amisisse.

Nam 1. Retentio cubiculi non bene cohaeret cum facto venditionis domus: in actu enim publico venditionis, diei 30 novembris anni 1906, non agitur de retentione cubiculi : pariter dum testes agunt de venditione domus, hanc venditionem exhibent uti plenam et puram, sine ulla restrictione et exceptione, qualis nempe postea conscripta est in actu publico.

- 2. Retentio cubiculi non bene cohaeret cum facto asportationis mobilium e domo familiari: haec enim bona mobilia profecto ea praesertim erant, quae cubiculum proprium Leoniae ornabant: si Leonia retinuit hoc cubiculum, cur etiam bona sua mobilia in ea non reliquit? Quod erat multo simplicius, et nullis expensis obnoxium: dum depositum mobilium in conditorio conducto non sine expensis fieri et conservari poterat.

3. Retentio cubiculi non bene cohaeret cum his quae Leonia dixit in sua prima depositione, nec etiam cum his quae dixit in sua secunda depositione (in qua aliquantisper mutavit quae in priore asseruerat); dicit enim: « J'aurais donc très bien pu y rester moi-même (dans la « maison familiale), ce que d'ailleurs m'avaient demandé avec insistance * « mon beau-frère et ma sœur lors du conseil de famille, où ils avaient « essayé de me faire renoncer à mon projet de mariage avec monsieur « Lelorrain. Tout dans l'attitude de mon beau-frère et de ma sœur par « la suite me prouve qu'ils ne demandaient toujours qu'à me garder « auprès d'eux, si ce mariage, auquel ils ne cessaient d'être opposés, « ne se faisait pas ou tournait mal. Au moment du partage à la fin « d'avril, ils m'avaient suppliée de ne pas demeurer seule, ni ailleurs « que chez eux. En fait je ne pouvais m'installer que chez eux ». Hae hortationes et preces, quibus utuntur soror et levir Leoniae, ut eam inducant ad revertendum, ostendunt ipsam Leoniam non retinuisse cubiculum

in domo familiae: non sic enim agi solet cum his qui ius strictum habent revertendi: non enim invitari solent homines ut in domum suam veniant.

4. Testes qui hac in re plenius sunt edocti, scilicet ipse Iosephus Gilson, emptor domus familiaris, eiusque uxor, soror Leoniae, nullum prorsus verbum habent de retentione cubiculi, licet hac de re fuerint interrogati; imo Iosephus Gilson aperte dicit: « Gomme je viens de le « dire, au moment de son mariage mademoiselle Ulens n'avait plus •« dans la maison de sa famille à Bruxelles ni appartement, ni meubles, « puisque, ainsi que les frère et soeurs, elle n'avait plus aucun droit ≮ dans la maison et nous y avait fait entièrement place dès avant les « fiançailles : les meubles qui lui appartenaient avaient été mis dans un « garde-meubles ».

Unde haec retentio cubiculi, de qua agunt aliqui testes, non potest intelligi in stricto sensu, sed in hoc tantum sensu, quem exposuit ipsa Leonia, scilicet quod soror et levir Leoniae, emptores domus familiaris, ipsam invitaverint ut, si tractatus matrimoniales rupti essent, in praefatam domum reverteretur. Quae tamen invitatio, cum orta fuerit ex mera benevolentia et absque ullo pacto, et sic potuerit retrahi, Leoniae fundamentum praebere non potuit ut firmam intentionem in illam domum, more incolae, revertendi haberet. Retinendum ergo est, Leoniam, vendendo partem domus quae ipsius erat, nullum in ea cubiculum retinendo, et abducendo ex ea omnia mobilia sua, sat superque manifestasse animum suum illuc non amplius revertendi, saltem more incolae et habitantis.

Nec dicatur Leoniam in domo familiari domesticos retinuisse: quod conservati domicilii signum praecipuum est. Revera, in suo secundo interrogatorio, Leonia dicit se domesticos, de quibus agitur, suo proprio servitio circa diem 20 aut 23 aprilis adhibuisse, eis stipendia solvisse, additque illos in domo usque ad diem 3 iunii remansisse. Verum nihil inde erui potest quod conclusiones hucusque deductas mutet: horum nempe praesentia domesticorum in domo Bruxellensi nullo modo significare potest Leoniam animum illuc redeundi retinuisse : nam, ex una parte, haec domesticorum praesentia, in loco Tantonville, erat inutilis: hic enim Leoniae, in domo aviae, non deerant servi, qui et matri aegrotanti operam, et aviae sibique consueta officia hucusque praestiterant: ex altera parte, eorum praesentia erat utilis in domo Bruxellensi, quo Leonia, aliquoties ante matrimonium, ad ultima expedienda negotia, sibi, more itinerantis et hospitis, ut dictum est, reverti proponebat, et revera reversa est. Pronum ergo erat, ut illi domestici, antequam novos coniuges in domicilium mariti sequerentur, in eo loco remanerent, ubi eorum praesentia utilior esse videbatur, scilicet in domo Bruxel-

lensi. Hoc ergo factum, mansionis scilicet domesticorum in hac domo, praevalere nequit illi triplici facto, supra demonstrato, scilicet quod Leonia domum vendiderit, quod nullum in ea cubiculum sibi iure retinuerit, quod inde bona sua mobilia abduxerit.

Allegant etiam patroni actricis, ad excludendam derelictionem domicilii familiaris ex parte Leoniae, ius Romanum, scilicet L. *Ea quae,* 32, D. *Ad Municipalem,* 50, 1 « Ea quae desponsa est, ante contractas « nuptias non mutat domicilium ». Certum est, iure Romano, ex relata lege, sponsam domicilium non amittere, nisi per ipsum celebratum matrimonium: ita ut si reliquerit domum paternam cum suis bonis, et etiam cum intentione non amplius revertendi, et habitare inceperit in loco ubi sponsus habitat, haec omnia pro nihilo habeantur et sint, si forte matrimonium non fiat: ita ut, in hoc casu, sponsam domicilium paternum retinuisse omnino dicendum sit: quorum omnium ratio est, quod derelictio domicilii ex parte sponsae et asportatio mobilium, et incepta habitatio in loco domicilii sponsi, factae erant sub conditione, scilicet quod matrimonium fiat: conditione ergo non impleta, praefata omnia iure nulla et irrita fiunt. Quae iuris Romani dispositio, ipsi iuri naturali innixa, viget etiam in iure canonico, et ab H. S. T. applicata fuit in *Parisien. Nullit. Matr.,* die 27 ianuarii anni 1912 (cfr. *Acta Apostolicae Sedis,* t. IV, p. 282). Verum haec lex sapientissima in suo genuino sensu intelligenda est:

1. In ea non agitur nisi de sponsa: porro, in nostra specie, nullo modo constat Leoniam iam fuisse 'Georgio desponsatam, cum suam domus partem sorori vendidit: ipsa enim dicit in secunda sua depositione : « Dans les premiers jours de mai, je suis allée à Bruxelles « pour consulter mon directeur de conscience, monsieur Devael. Après « l'entretien que j'eus avec lui, j'étais décidée à épouser monsieur Lelor- « rain, et je le lui fis dire par l'intermédiaire de ma tante, madame « Albert Tourtel. Quant à lui, il m'avait déjà dit, avant le 5 mai, que, « pour lui, il était tout décidé. Il avait été convenu, dès la fin d'avril, « que la maison de famille serait attribuée à mon beau-frère et à ma « sœur monsieur et madame Gilson. À mon voyage des premiers jours de « mai, dont je viens de parler, à partir du 5 mai, je restai quelques jours « à Bruxelles après avoir vu mon directeur et pris mon parti pour le « mariage, afin d'aider ma sœur et mon beau-frère à leur emménagement».

Igitur secundum ipsam actricem, venditio facta est in fine aprilis, ipsa autem non resolvit matrimonium cum Georgio nisi initio maii: licet ergo, ex|dictis quorundam testium, aliqua dubitatio circa tempus venditionis exsurgat, attamen ex depositione Leoniae, saltem concluditur

venditionem praecessisse proposito suo matrimonii. Eadem conclusio eruitur ex depositione Iosephi Gilson, qui utpote emptor, cum uxore sua, domus familiaris, rem melius nosse praesumitur; dicit autem ad 6: « Lors de la réunion de famille, dont j'ai déjà parlé, et qui a eu lieu « à Bruxelles, dans les premiers jours de mai, exactement le premier « dimanche de mai 1906, avant les fiançailles de mademoiselle Ulens, « il a été convenu entre tous les intéressés, que ma femme, madame « Gilson, née Ulens, rachetait la part de ses frère et sœurs, et prenait « dans sa part la maison de famille. C'était une convention verbale, « mais définitive, et soumise à aucune condition: l'acte ne fut passé « chez le notaire qu'au mois de novembre suivant, mais nous nous « sommes installés, ma femme et moi, immédiatement dans la maison « comme seuls propriétaires, en y faisant venir notre mobilier, et les « frère et sœurs y faisant enlever le leur. Cette prise de possession « comme seul propriétaire a eu lieu avant le second voyage de made« moiselle Léonie Ulens à Bruxelles: et par conséquent avant les fian« cailles ».

Igitur, licet actrix et Iosephus Gilson non concordent quoad diem venditionis, concordant tamen quoad rem principalem, quae sola nostra interest, id est, quoad prioritatem venditionis relative ad sponsalia Leoniae.

% Praefata lege nullo modo interdictum est sponsae maiorenni, ne utatur iure suo mutandi domicilium: ut enim dicit Fourneret, in suo egregio opere *Du domicile matrimonial,* p. 53: « Modestin aurait-il voulu « dire, par exemple, que la fiancée est frappée d'incapacité de changer « de domicile entre les fiançailles et le mariage? Pour quelle raison? « Chacun peut se constituer domicile où il veut, sauf, nous l'avons vu, « là où le séjour lui a été interdit. Si donc il plaît à la fiancée de se « fixer dans la ville où elle doit contracter plus tard mariage, d'y « transporter *summam rerum fortunarumque suarum,* comme le droit « commun l'exige pour preuve du changement de domicile, on ne voit « pas pourquoi sa qualité de fiancée devant se marier, et prochaine« ment, et précisément dans le lieu où elle s'installe, rendrait douteuse « la signification de la démarche si claire qu'elle fait ».

Cum igitur, ex tribus factis supra expositis, Leonia maiorennis et superadulta, satis manifestaverit suum animum derelinquendi domum paternam, ei obiici non potest L. *Ea quae,* supra relata; iure enim suo usa est.

3. Ceterum, ex serie factorum et toto processu, patet venditionem domus familiaris Bruxellensis factam fuisse omnino independenter a sponsalibus et matrimonio Leoniae, ita ut, sive hoc matrimonium fieret, sive non, venditio firma permaneret: facta est enim vi art. 815 codicis

civilis Gallici (qui viget in Belgio), secundum quem, quando agitur de bonis indivisis inter plures coheredes, si saltem unus ex illis petat divisionem, divisio fieri debet. Cum ergo, in casu, inter coheredes de divisione facienda conveniret, divisio fieri debuit. Lex ergo *Ea quae* nihil commune habet cum praesenti specie.

Allegant tandem patroni actricis statum « vagi » esse extraordinarium, et minime praesumendum, et ideo invictis argumentis debere demonstrari. Certum est statum « vagi » esse extraordinarium, odiosum, et minime praesumendum, ad mentem iuris Romani, scilicet L. 29, D. *Ad Municipalem,* 50, 1: « Difficile est sine domicilio esse quemquam »; et hoc recognovit pluries etiam H. S. O. praesertim in iam citata *Parisien., Nullit. Matr.,* diei 27 ianuarii anni 1912 *(Acta Apostolicae Sedis,* t. IV, n. 281). Verum hic status « vagi » licet extraordinarius, est tamen possibilis, praesertim si agatur de iis vagis, qui non sunt minime vagabundi, sed, derelicto proprio domicilio, in altero nondum sunt firmiter collocati. In hoc ergo casu, sufficit, ad probandum aliquem esse « vagum », ut simul demonstretur recessus a priori domicilio, et animus illuc non amplius revertendi: quod factum fuisse in casu Leoniae, patet ex allatis supra argumentis.

Quibus omnibus consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, infirmata sententia curiae archiepiscopalis Parisiensis, decernimus, declaramus et definitive sententiamus: *Non constare de nullitate matrimonii inter Leoniam Ulens et Georgium Lelorrain,* et sic proposito dubio respondemus *Negative.* Statuentes praeterea eamdem Leoniam Ulens ad omnes iudicii expensas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sunt.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 5 maii 1914.

S. Many, *Ponens.*
F. Heiner.
I. Prior.

L. * S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 19 maii 1914.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

# SIGNATURA APOSTOLICA

## HELIOPOLITANA

### IURISPATRONATUS SEU NULLITATIS SENTENTIAE ROTALIS ET RESTITUTIONIS IN INTEGRUM

### DECRETUM

In ordinario coetu seu congressu habito inter Emum P. D. Card. Praefectum et infrascriptum a Secretis die 16 iunii anni 1914 actum est de causa de qua supra, quoad dubium: *An excipiendus sit recursus penes supremum hoc Tribunal promotus adversus sententiam rotalem diei 22 novembris anno 1913.*

Porro animadversum est de causa heic agi, in qua Commissio ad iudicandum sacrae Romanae Rotae tribunali ex summa Principis gratia ac benignitate, praeter consuetas iuris normas, indulta fuit; quae proinde Commissio strictim intra suos terminos omnino retinenda erat. Etenim ea fuit indultae Commissionis ratio, ut *revisioni* unice subiiceretur sententia, rei iudicatae longo iam tempore valorem habens, quippe quae anno 1900 ab apostolico Syriae Delegato prolata fuit. Et hoc quidem peculiari munere sibi demandato, rotalis Turnus, rationibus omnibus hinc inde propositis serio examine perpensis, prouti ex actis clarissime constat, plene perfunctus est per editam sententiam die 23 novembris 1913. Cum itaque hac ipsa sententia Commissionis Pontificiae mandatum absolutum expletumque fuisset, quaevis ulterius procedendi facultas, sive per appellationem in eodem sacrae Rotae tribunali, sive per recursum ad supremum Tribunal Signaturae Apostolicae, exclusa ex se seu perempta desinebat.

Quamobrem censuit Coetus recursum ipsum, etiam in connexione cum appellatione contra decreta Turni unius vel alterius sacrae Romanae Rotae, vel ipsa inspecta praeiudiciali quaestione, esse reiiciendum. Proinde Emus ac Rmus Card. Praefectus iussit hoc expediri decretum, quo praefatus recursus repellitur cum omnibus clausulis necessariis et opportunis, etc.

Datum Romae, in aedibus supremi Tribunalis Apostolicae Signaturae, die 21 iulii anni 1914.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

L. © S.

Aloisius Scialdoni,
*in Notarium deputatus.*

# SECRETARIA STATUS

## EPISTOLA

AD FRANCISCUM CARD. BOURNB, WESTMONASTERIENSEM ARCHIEPISCOPUM, OB RELATIONEM DE INCREMENTO CATHOLICAE ECCLESIAE IN ANGLIA BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITAM.

My Lord Cardinal,

The important address which Your Eminence delivered at Cardiff on July 10th has deeply interested the Holy Father and He wishes me to assure you that He has read it with very great pleasure. His Holiness's attention has been more particularly drawn to what Your Eminence has pointed out in connection with the Bull *Si qua nos* and the development of the Catholic Church in England. Your Eminence has put forward the mind of the Holy See and the ultimate object in view when the new ecclesiastical provinces were erected nearly three years ago. As you have rightly stated, ali over the world, « a wise and gra- « dual growth of the episcopate means in every case greater earnest- « ness among the children of the Church, greater activity of zeal, and a « rapid increase in the number of those who accept her teaching ». The Hoiy See is confident that the same methods cannot fail to promote constant and far-reaching progress in the life of the Church in England and lead to the salvation of the thousands who are seeking for light and grace and who are at présent beyond the reach of those who can minister to them. Difficulties and obstacles obviously exist and others may arise before the goal can be reached, but the Holy Father trusts that the zeal and the generosity of English Catholics will find the means of overcoming them, and thus develop the admirable work which their forefathers have accomplished since the restoration of the hierarchy and which they them sel ves have carried on so nobiy to this day.

T am, my Lord Cardinal,

Rome, July 14th 1914.

Ypur Eminence's devoted servant

R. CARD. MERRY DEL VAL.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## S.. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

### AVVISO DI CONCORSO

Nella sacra Congregazione Concistoriale, il giorno 10 del prossimo mese di settembre, avrà luogo il concorso ad un posto di Officiale.

Coloro, che desiderassero di prendervi parte, dovranno, entro un mese dalla data del presente, esibire nella Segreteria di detta sacra Congregazione la domanda corredata dei titoli necessari per l'ammissione. Si avverte che si richiede nei concorrenti la conoscenza perfetta della lingua inglese e qualche conoscenza della tedesca.

Roma, 25 luglio 1914.

f Tommaso Arciv. di Edessa, *Assessore.*

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

*5 luglio 1914.* — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Membro del supremo tribunale della Segnatura Apostolica,* in supplenza dell'Emo signor cardinale Sebastiano Martinelli, impedito per ragioni di salute.

— Il medesimo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore dell'Istituto delle Suore di santa Zita, in Lucca.*

*7 luglio.* — Mons. Tommaso Boggiani, arcivescovo titolare di Edessa e amministratore apostolico di Genova, *Assessore della sacra Congregazione Concistoriale.*

*8 luglio.* — L'Emo signor cardinale Diomede Falconio, *Protettore dell'Istituto delle Suore terziarie Cappuccine, di Loano.*

*18 luglio.* — L'Erno signor cardinale Ludovico Billot, *Protettore dei Missionari dell'immacolata Concezione.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Protonotari Apostolici* ad instar participantium:

*21 giugno 1914.* — Mons. Raffaele D'Amico, vicario generale della diocesi di Catamarca.

*2 luglio.* — Mons. Graseppe Mord, canonico della chiesa metropolitana di Vienna.

*7 luglio.* — Mons. Giusto Pastor Riquelme, vicario generale della diocesi di Puno (Perù).

*Prelati Domestici di S. S.:*

*20 giugno 1914.* — Mons. Giovanni Hebárt, vicario generale della diocesi di S. Giovanni nel Nuovo Brunswick.

*22 giugno.* — Mons. Guglielmo Chapman, vicario generale della diocesi di S. Giovanni nel Nuovo Brunswick.

*24 giugno.* — Mons. Giorgio Repassy, canonico della diocesi di Eperjes.

*1 luglio.* — Mons. Francesco Kamprath, canonico della chiesa metropolitana di Vienua.

— Mons. Francesco Fellinger, rettore dell'ospizio Austro-Ungarico a Gerusalemme.

*3 luglio.* — Mons. Filippo Béliveau, della diocesi di S^t^. Giovanni nel Nuovo Brunswick.

*10 luglio.* — Mons. Dionigi Cardon, canonico prevosto e vicario foraneo di Taggia, nella diocesi di Ventimiglia.

*14 luglio.* — Mons. Severiano Sainz, vicario generale della diocesi di Avana.

— Mons. Emanuele Menendez, parroco della chiesa di Gesù del Monte della stessa diocesi.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*3 luglio 1914.* — Mons. Giovanni Antonietti, vicario generale di Pergola.

*14 luglio.* — Mons. Francesco 0' Hara, pro-rettore della pro-Cattedrale di Brooklyn.

— Mons. Giorgio Unterpranger, della diocesi di Bressanone.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:*

*30 giugno 1914.* — Mons. Francesco Speranza, dell'arcidiocesi di Santa Severina.

*12 luglio.* — Mons. Alberto Méndez, della diocesi di Avana.

— Mons. Francesco Abascal, della medesima diocesi.

— Mons. Gomesio Pereira da Silva, della diocesi di Goyaz.

— Mons. Gioacchino Confucio de Amorim, della medesima diocesi.

— Mons. Brunone Alberdi Imgadi, della medesima diocesi.

*Cappellano d'onore* extra Urbem *di S. S.:*

*11 luglio 1914.* — Mons. Giuseppe Wagner, maestro delle cerimonie nella curia arcivescovile di Vienna.

*Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:*

*2 luglio 1914.* — Signor conte Giuseppe Pestalozza, dell'arcidiocesi di Bamberga.

*9 luglio.* — Signor conte Giovanni Chiassi, di Roma.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre,si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*1 luglio 1914.* — Al sig. Felice Dehau, sindaco di Bouvines, della diocesi di Lilla.

*7 luglio.* — Al sig. Francesco Frèrejean, della diocesi di Annecy.

17 *Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:*

*13 giugno 1914.* — Al sig. Edoardo C. Smith, dell'archidiocesi di New-York.

*19 giugno.* — Al sig. Arnoldo Pietro van Etten, della diocesi di Breda.

*23 giugno.* — Al sig. Eugenio Delporte, della diocesi di Lilla.

— AI sig. Vincenzo Burguet Ferrer, dell'archidiocesi di Valenza.

*24 giugno.* — Al sig. dott. Manoel da Motta Ferreira Cardoso, portoghese.

*1 luglio.* — Al sig. Pietro Scalbert-Vandame, della diocesi di Lilla.

— Al sig. Giorgio Boutry, della stessa diocesi.

*2 luglio.* — Al sig. Federico Steffens, dell'archidiocesi di Colonia.

*4 luglio.* — Al sig. Alfredo Charvet, della diocesi di Lilla.

*12 luglio.* — Al sig. avv. Giorgio Cresson, della diocesi di Versailles.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*5 luglio 1914.* — Al sig. Giuseppe Khek, medico primario dell'ospedale di Neuhaus, nella diocesi di Budweis.

## NECROLOGIO

*14 luglio 1914.* — Mons. Mattia Dvornik, già arcivescovo di Zara.

*29 luglio.* — Mons. Pietro Pace, vescovo di Malta.

*31 luglio.* — L'Emo signor cardinale Giovanni Battista Lugari.

*3 agosto.* — Mons. Geremia Bonomelli, Vescovo di Cremona.

— Mons. Giuseppe Abbet, Vescovo tit. di Betlemme, Abate di S. Maurizio de Aganne.

Annus VI. - Vol. VI. Die 20 Augusti 1914. Num. 12.

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

**COMMENTARIUM OFFICIALE**

## SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER

# PIUS PP. X

IN PACE CHRISTI OBIIT

DIE 20 AUGUSTI HORA 1,15 A. M,

**Iv. I. P.**

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

## DECRETUM

INDULGENTIA C DIERUM TRIBUITUR RECITANTIBUS QUANDAM LAUDEM IN HONOREM SSMI CORDIS IESU

Ssmus Dnus noster Pius div. prov. Pp. X in audientia R. P. D. Commissario S. Officii impertita, die 11 iulii 1914, benigne concedere dignatus est, ut quicumque christifideles, corde saltem contrito ac devote, iaculatoriam precem « *Laudetur Cor sacratissimum Iesu in sanctissimo Sacramento* » recitaverint, quoties id egerint, Indulgentiam centum dierum, defunctis quoque adplicabilem, lucrari valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

I, © S.

f Donatus Archiep. Ephesin., *Adsessor.*

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

10 iunii 1904. — *Delegatus apostolicus Constantinopolitanus pro Orientalibus et patriarchatus Constantinopolitani pro Latinis apostolicus Vicarius,* Rmus D. Angelus Maria Dolci, archiepiscopus Amalphitanus.

15 iulii. — *Episcopus titularis Dioclensis et Vicarius apostolicus vicariatus Transvaalensis,* Rev. D. Carolus Cox, ex Oblatis Mariae Immaculatae.

16 iulii 1914. — *Episcopus titularis Busiritensis et Vicarius apostolicus vicariatus Kottayamensis,* Rev. D. Alexander Chulaparambil, sacerdos.

17 iulii. — *Episcopus titularis Gotyensis et Vicarius apostolicus novi vicariatus de Tchao-tchiou in Sinis,* Rev. D. Adulphus Rayssac, sacerdos seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteras gentes.

— *Episcopus titularis Ghytrensis et Coadiutor cum iure futurae successionis Vicarii apostolici de Diego Suarez, in insula Madagascar,* Rev. D. Augustus Fortineau, sacerdos e Congregatione Sancti Spiritus.

20 iulii. — *Episcopus titularis Gusarum et Coadiutor cum iure futurae successionis Vicarii apostolici Manciuriae meridionalis,* Rev. D. Vincentius Franciscus Sage, sacerdos seminarii Parisiensis pro missionibus ad exteras gentes.

— *Episcopus titularis Docimensis et Vicarius apostolicus vicariatus Guamensis, in insulis Mariannis,* Rev. D. Philippus Olaiz-Zabalza, in religione loachim a Pampilone, ex ordine Minorum Capulatorum.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## DUBIA

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione proposita sunt:

I. Occurrente aut concurrente Festo Conversionis S. Pauli Apostoli cum Dominica Sexagesimae, fieri ne debet de ipso Festo commemoratio, quamvis in Oratione Dominicae fiat mentio de eodem Apostolo?

IL Si infra Octavam simplicem Nativitatis B. Mariae Virg. dicenda sit Missa votiva eiusdem B. Mariae Virg., legenda est Missa votiva de Tempore, an Missa ut in Festo Nativitatis? et quatenus affirmative ad secundum, adiungi ne debent *Gloria* et *Credo?*

III. Officia de Communi plurimorum Confessorum Pontificum vel non Pontificum et plurium Virginum vel non Virginum per Decretum S. R. C. diei 12 maii 1914 adprobata valentne inseri et adiici tantum Propriis Officiorum rite adprobatis; an etiam ipsi Breviario Romano?

Et sacra eadem Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, singulis quaestionibus propositis ita respondendum censuit:

Ad L Affirmative.

Ad II. Legatur Missa ut in Festo Nativitatis B. Mariae Virg. cum *Gloria* sed sine *Credo.*

Ad III. Affirmative ad primam partem, iuxta citatum decretum; negative ad secundam partem; quia per enunciata officia ob plurium petitionem et instantem necessitatem provisum est ad tempus iuxta Motu Proprio *Abhinc duos annos* et ad mentem decreti approbationis editionis typicae Breviarii Romani, diei 25 martii 1914

Atque ita rescripsit ac servari mandavit.

Die 7 augusti 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

f Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius.*

# SACRA ROMANA ROTA

## i

## PARISIEN.

### NULLITATIS MATRIMONII (CHACAL-MOULIN)

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die 17 martii 1914, BR. PP. DD. A. Sincero,* Ponens, *I. Mori et F. Cattani, Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Bertham Chazal, *repraesentatam per legitimum procuratorem Nazarenum Patrizi, advocatum, et* Lucam Moulin, *interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Bertha Chazal ex oppido *Murat,* ubi sedem ac domicilium habebat, quotannis una cum matre sua hieme discedere consueverat; at quum anno 1902 Lutetiam Parisiorum petiisset ut ibi hiberno tantum tempore anni, ut sibi mos erat, permaneret, ineunte mense martio cognovit dominum Lucam Moulin, a quo, mense nondum elapso, postulata fuit in uxo-

rem. Tempus brevissimam praefinitum fuit ad matrimonium ineundum, at inopinato, primo ob quaestiones de modo dotis constituendae exortas, matrimonium dilatum fuit ad mensem iunium, dein vero eo quod Berthae frater militaribus detinebatur exercitationibus, ad mensem iulium, et tandem die 3 iulii in paroecia *Notre-Dame de* Champs celebratum.

Quum matrimonium infelicem exitum habuisset, illud Bertha nullitatis accusavit ex clandestinitatis capite coram curia Parisiensi, quae sententia data die 7 novembris 1910, edixit non satis constare de matrimonii nullitate.

Appellavit actrix ad hunc sacrum Ordinem, instructo quoque suppletivo processu, et nunc Nobis causa definienda venit sub consueto dubio: *An constet de matrimonii nullitate in casu.*

*Ius quod spectat.*

Iuxta decretum *Tametsi* Conc. Trid., tunc vigens, ad matrimonii validitatem requirebatur ut contractum fuerit coram proprio parocho alterutrius sponsorum, id est coram parocho cuius in parochia alteruter domicilium aut quasi domicilium habitationis habebat aut coram sacerdote a proprio parocho aut Ordinario alterutrius delegato, S. G. Conc. in caus. Mutin., 18 nov. 1702; Instr. Card. Rauscher §§38, 44; S. C. Conc. in caus. Iard. 24 aug. 1724; decis. S. C. Conc. relatae a Benedicto XIV *Inst. eccl.,* 33, n. 5, et a Fagnano Comment, in cap. 2, X, *de cland. desp.* n. 33, S. C. S. Off., 9 nov. 1898, etc.

Matrimonium vero de quo agitur celebratum fuit in ecclesia B. M. V. a Campis, Lutetiae Parisiorum a Rev. Dño Le Roy, tunc primo vicario ecclesiae B. M. V. a Victoriis, qui non erat parochus alterutrius sponsorum nec a proprio parocho sponsi, idest parocho S. Ferdinandi vulgo *des Termes* Parisiis, nec a parocho domicilii sponsae, idest a parocho loci dicti *Murat* dioecesis sancti Fiori, nec ab alterutro Ordinariorum Parisiensi aut Sancti Fiori delegatus erat; sed tantum a parocho ecclesiae B. M V. a Campis, aut ab eiusdem primo Vicario, qui secundum consuetudinem Parisiensem deputatur ad omnia negotia matrimonialia et ipsemet assistit matrimoniis ab alio sacerdote celebratis in ecclesia parochiali.

Quare summa quaestio, in qua tota causa vertitur, ea est an Bertha Chazal quasi domicilium acquisierit tempore initi matrimonii in parochia B. M V. a Campis.

Porro quasi domicilium in ordine ad matrimonium est actualis habitatio in aliqua parochia cum intentione ibidem permanendi per maiorem anni partem.

Per maiorem inquam anni partem; quamvis enim antea disputatum fuerit circa manendi intentionem, utrum sufficeret intentio commorandi ad notabile tempus, vel per sex menses necne, controversiae omnes nostra hac aetate videntur diremptae et antiquatae, ita ut omnino tenendum sit ad quasi domicilium requiri intentionem commorandi per maiorem anni partem. Tnstr. S. G. lnq., 7 iunii 1867 ad episcopos Angliae et Americae septentrionalis transmissa et in responsione ad postulata synodi Manutinae denuo confirmata, Wernz, *Ius Decret.*, tom. 4, p. 259; Gasparri, *de matr.*, 2, 1089, D'Annib, 1-84, etc.

Quapropter ad acquirendum quasi domicilium in ordine ad matrimonium, duo haec iure Tridentino requirebantur, habitatio nempe in parochia, ubi matrimonium contrahendum erat, actualiter et corporaliter coepta, atque animus ibidem permanendi per maiorem anni partem; *factum* nempe seu corpus, et *animus;* Wernz; cit., pag. 260, D'Annib. ibid.

Verum ab acquisitione quasi domicilii sedulo distinguenda est eius probatio in foro externo. Ius enim in favorem matrimonii ex facto commorationis induxit praesumptionem intentionis: praesumptionem nempe generalem, ubique locorum at iuris tantum, ex commoratione spatio saltem unius mensis; praesumptionem vero iuris et de iure, at particularem pro aliquibus locis, ex commoratione per spatium saltem unius integri mensis pro statibus Americae foederatis, et per spatium sex mensium pro civitate Parisiensi. At si praesumptio iuris tantum, quae ex menstrua habitatione oritur, contrariis elidatur probationibus, quibus certo ac liquido constet praedictum animum commorandi per maiorem anni partem nullo pacto exstitisse, tunc profecto< contrarium proferri debere iudicium, manifestum est, quia praesumptio cedere debet veritati. Instr. S. C. Inq., iun. 1867; Wernz, cit. p. 261, etc.

*Factum quod attinet.*

Iamvero Bertham Chazal numquam in animo habuisse commorandi in parochia B. M. V. de Campis per maiorem anni partem, in suppletivo processu certo et plene probatum fuit tum ex testium depositionibus, tum ex signis manifestis de quibus iidem testes deposuerunt.

Praecipui vero testes sunt L. Sarrazin (VIII, IX - II, III, IV, VII). E. V. de Lespinasse (V, VI, IX - V); A. Chazal (I. III, V, VI - III, IV); F. Pons (V, VIII - IV); Kieffer (V); R. Chazal (I, V); P. Achalme(I, V); M. Moisson (V, VI); A. Iouvente (I, V, VIII); B. Honnorat (I, V, VI, VIII).

Nec fundamento nititur censura, qua Vinculi Defensor plectit ex Clem., 2, *de test.*, hunc suppletivum processum: primus enim processus

fere in eo totus insumptus fuit, ut cognosceretur tantum utrum delegatio a parocho loci *Murat* obtenta fuerit necne.

Nec praetereundum est curiam Parisiensem de veridicitate testium plenam fidem fecisse; declaravit enim: « Les témoins de ce supplément « d'enquête ont paru tout à fait dignes de foi: le tribunal estime que « le capitaine Ghazal et le docteur Achalme sont des hommes très « loyaux et a ajouté la note suivante à la déposition de Mme Honnorat: « " Le témoin est absolument digne de foi „ ».

Neque relevat opponere matrem Ghazal, mense decembri 1901 praecipue ad hunc finem venisse Lutetiam Parisiorum ut aliquem invenire! virum, qui ibidem, insciis omnibus loci *Murat* incolis, Bertham filiam ducere vellet uxorem, nec credere aut sperare potuisse, ut brevissimo temporis spatio voti compos fieret. Nam ut praetermittamus hic non matris sed filiae animum et intentionem quaerendam esse, nec certo constare ex actis utrum haec intentio viri inveniendi praecipua fuerit, an tantum concomitans, in casu iure meritoque applicari possunt ea quae doctores communiter tradunt de animo negotii aliquo in loco expediendi. Si quis enim aliquo venerit « . . . . negotii expediendi gratia, *his* expeditis ... « discessurus ; quamvis praeter opinionem immorari eo loci vel per annum « contigerit, quasi domicilium eo non acquiri verius est ». D'Annib., I, 84; Reiftenstuel, IV, 3, 60, 61, etc. Quin imo ex hisce contrarium potius probatur. Non enim est dubium Bertham, quando Lutetiam Parisiorum pervenit, animum non habuisse ibidem commorandi per maiorem anni partem. Quum vero mense martio sibi virum invenit, tempus brevissimum praefinivit ad matrimonium celebrandum, mensem nempe aprilem exeuntem, vel ineuntem maium, ob graves rationes, de quibus praesertim in primo processu deposuerunt testes Jouvente (VIII), Ghirié (VIII), P. Achalme (VI), A. Achalme (VIII), quasque innuit doctor Moulin (V). Quod si matrimonium primo dilatum fuit ad mensem iunium, dein vero ad mensem iulium, id inopinatis casibus tribuendum est, nempe prius dilatum est ob quaestionem necopinato exortam de modo dotis constituendae, dein vero ob impedimentum quo detinebatur Berthae frater. Nec cogit argumentum depromptum ex conducta domo sine supellectili et ex more quoad haec negotia Lutetiae Parisiorum vigenti. Mos enim qui Lutetiae Parisiorum vigere asseritur, ut domus sine supellectili conducta, saltem ad semestrem locata intelligatur, causa erit ut si quis ibi in domo supellectili ornata per quatuor tantum vel quinque menses habitare velit, debeat ad semestrem illam conducere; et ideo conducta domus ad sex menses liquido non probat quod conductor hanc per integrum spatium semestre habitare definite velit.

Praesumptionem equidem *hominis,* eamque non levem inducit tum conducta domus, tum mos Lutetiae Parisiorum vigens. At haec praesumptio solidis et certis argumentis contrariis destruitur in casu, prout supra notatum est.

Et ideo, hac quoque de causa cogens non est praesumptio ex Benedicti XIV. Litt. *Paucis abhinc hebdomadis:* nam est praesumptio iuris tantum, quae in casu veritati cedit.

Sed neque opponi potest decretum S. C. Inq. 9 nov. 1898, quo in dioecesi Parisiensi saltem post elapsos sex menses commorationis inquisitio de intentione est remissa. Wernz, cit. pag. 185, et 262. Quamvis enim haec habenda sit ut praesumptio iuris et de iure, in casu applicari nequit; nam Bertham Chazal in parochia B. Mariae Virg. de Campis non commorasse per integros sex menses, certum omnino est ex hucusque allatis.

Quibus omnibus mature perpensis, Christi nomine invocato, solumque Deum prae oculis habentes, Nos infrascripti Auditores pro tribunali sedentes, ad propositum dubium dicimus, pronunciamus, atque definitive sententiamus : *Constare de matrimonii nullitate in casu,* seu ad propositum dubium respondemus *affirmative.*

Ita pronunciamus mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de Ref.*, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Iosephus Mori.
Fridericus Cattani.

Ex Cancellaria, die 24 aprilis 1914.
Sac. T. Tani, *Not. S. R. Rotae.*

*NB.* - Contra hanc sententiam appellatio interposita est.

Aloisius'Sincero, *Ponens.*

## II

*Citatio Edictalis*

## PRAGEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SGHULLER-MUBLLER).

Cum ignoretur domicilium et locus actualis commorationis domini Iosephi Müller, per praesens edictum nos illum citamus ad comparendum personaliter in sede Tribunalis S. R. Rotae die 7 novembris 1914, hora 10 ante meridiem, ut, tanquam reus conventus audiatur, cum declaratione, si non compareat, iudicium in eius contumacia ad exitum perductum iri. — Ordinarii locorum et fideles quicumque notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco domini Iosephi Müller praefati, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione moneatur.

Romae, die 10 augusti 1914.

Petrus Rossetti, *Iudex Instructor.*

Ioannes Ladelci, *Notarius S. B. Botae.*

*Traduction.*

## TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE.

*Citation par* ***Edit***

PRAGUE - NULLITÉ DE MARIAGE SCHULLER-MUELLER.

Étant inconnu le domicile et le lieu de la demeure actuelle de monsieur Joseph Müller, par le présent édit Nous citons le même monsieur Joseph Müller à comparaître en propre personne au Siège du Tribunal de la S. Rote Romaine le 7 novembre 1914 à 10 heures du matin pour être interrogé en qualité du défendeur, et Nous ajoutons que, s'il ne comparaît pas, « le jugement sera terminé également en contumace. — Les Ordinaires des lieux et les fidèles ayant connaissance du domicile ou du lieu de la demeure actuelle du nommé défendeur Joseph Müller doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

Rome, 10 août 1914.

Pierre Rossetti, *Juge Instructeur.*

L. © S.

Jean Ladelci, *Notaire de la S. Romaine Bote-*

# SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

## MILETEN.

### RESTITUTIONIS IN INTEGRUM ET IURIUM

*inter Sodalitatem S. Michaelis Archangeli in oppido Arena, repraesentatam per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et Sodalitatem B. M. V. Gratiarum, repraesentatam per legitimum procuratorem sacerdotem Nazarenum Patrizi, advocatum.*

Plurimis abhinc annis, in oppidulo, cui nomen vulgo *Arena,* dioecesis Mileten. Calabrae regionis, inter Sodalitatem seu Confraternitatem S. Michaelis et Ssmi Sacramenti atque aliam B. M. V. Gratiarum, gravissimae simultates contentionesque propter reciprocorum iurium controversias, exarserant; quibus componendis plerique ex Ordinariis in Miletensi sede succedentibus irrito conatu operam dederunt. Iam vero, anno 1909 ad istud plenum odii et molestiarum litigium compescendum, Confraternitas S. Michaelis, per libellum die 2 novembris eiusdem anni curiae Mileten. exhibitum, adversus Confraternitatem B. M. V. Gratiarum iudicium rite instituit, in quo nonnulla etiam parochi loci, Dominici Antonii Giamba, praetensa iura oppugnabantur.

Curia Mileten., die 2 iulii anno 1910, in favorem Actricis Sodalitatis S. Michaelis tulit sententiam: a qua tamen statim Confraternitas B. M. V. Gratiarum, et ipse praedictus parochus, ad sacrae Romanae Rotae tribunal appellarunt.

Septem penes illud tribunal proposita fuerant dubia, a partibus concordata. Quibus omnibus ad iuris normam satisfactum est, per Turni sententiam, die 25 ianuarii anno 1913 editam.

Rei iudicatae vim haec sententia iam acquisierat, cum apud hoc supremum Tribunal, ad tramitem can. 37, n. 4 et can. 38. Legis Propriae, Confraternitas S. Michaelis recursum porrexit ad restitutionem in integrum obtinendam : non quidem quoad ea quae de primo, secundo, quarto, quinto, sexto et septimo dubio iudicata fuerunt, sed unice quoad dubium - Parochi postulata iam non respiciens - tertio loco inscriptum, et cuius solutio ipsi S. Michaelis Sodalitati contraria fuerat, quippe quae Sodalitati B. M. V. Gratiarum ius tribuebat interveniendi, etiam absque

invitatione, ad processionem die festo S. Michaelis Archangeli per Confraternitatem huius nominis quotannis, suis expensis, celebrari solitami quod profecto ius Confraternitas S. Michaelis alteri Confraternitati constanter denegaverat, ac vehementius denegare pergebat post obtentam, ab ipsa curia, supra memoratam favorabilem sententiam diei 2 iulii 1910.

Suam restitutionis in integrum postulandi rationem desumebat pars recurrens ex art. 9, a), *Regularum* huius supremi Tribunalis, in quo edicitur, recursum huiusmodi admitti, cum ex eo colligitur « iudicium ex «documentis fuisse emissum, quorum fallacia... in posterum agnita « fuerit ».

Habebatur, enim, ex una parte Rotalis in dubio tertio sententia, Decreto innixa quod episcopus Mileten. Philippus Mincione, die 24 maii anno 1853, in actu sacrae Visitationis emiserat, quodque ita in primo numero mandabat: « Che le suddette due Confraternite da oggi in avanti « debbano, perchè tenute indispensabilmente, intervenire a tutte le pro- « cessioni di rito, che sono quelle del giovedì del *Corpus Domini*, di « S. Marco Evangelista, delle Rogazioni nei tre giorni precedenti l'Ascen- « sione, e di S. Michele Arcangelo, la cui festa si solennizza in una delle « domeniche di agosto o di settembre di ciascun anno, venerato e rite- « nuto qual Patrono principale da tempi remoti dall'intera popolazione « Arénese ».

Nemo quidem de hoc Decreto mentionem fecerat, antequam illud Sodalitas B. M. V. Gratiarum, quasi ex oblivione eductum, coram Rotali Turno afferret, quando Turnus in eo erat ut circa septem dubia sententiam ederet. Attamen Decretum ipsum, testimonio authenticitatis per curiam Episcopalem roboratum, nulli tunc licebat in suspicionem vocare, atque alia proinde esse nequibat Turni sententia, ab ea quae reapse fuit: ius, videlicet, imo et obligatio, in Confraternitate B. M. V. Gratiarum recognita, processioni festi S. Michaelis Archangeli sese sociandi.

Altera ex parte, quando res ita iudicata iam vigebat, alia eiusdem episcopi Philippi Mincione declaratio, et ipsa oblivioni data, in archivis iacens, cura Confraternitatis S. Michaelis, luci reddita, per ipsam Confraternitatem, curia episcopali authenticitatem pariter testante, in medium adducta fuit, quae ita se habet: « Mileto il 12 settembre 1855. Molto « Rendo Signore. - Dichiarerà ai rispettivi Curati e Padri spirituali di « codeste Congreghe, per l'uso di risulta, che il Decreto emesso in occa- « sione di santa Visita a'24 maggio 1853, restò annullato nella parte « del santo Patrono, attesoché non si trovarono sufficienti e veridiche « le assertive di esserlo l'Arcangelo S. Michele. E come codesto Comune « manca di Patrono speciale, dovrà in forza delle regole generali, rite-

« nere e venerare per tale S. Nicola vescovo di Mira, principale Patrono « di tutta la diocesi. - Il Vescovo di Mileto Filippo Mincione - Al molto « Rendo signore D. Domenico Francese, Provicario Foraneo in Arena ».

Quam quidem declarationem aliud eiusdem episcopalis curiae testimonium comitabitur his verbis expressum:

« Il Vicario generale delia curia Vescovile di Mileto certifica, che « il Patrono di Arena è S. Nicola di Mira, Patrono principale di tutta « la diocesi, e che S. Michele Arcangelo, come benissimo si rileva « dai Calendari diocesani e da tutti gli Atti della curia, non fu mai, « come non è, il Patrono di detto luogo. - Mileto I° aprile 1918. Il « Vicario generale G. Mancusi ».

Pars recurrens ex duobus hisce postremis documentis erui affirmabat, Decretum diei 24 maii anni 1853 - in ea parte quae ius controversum respicit - ex falso supposito ortum habuisse, atque idcirco, quoad eam partem, ab ipsa sua origine iuridico valore caruisse, atque ipsum Decreti Auctorem, errore sine mora detecto, illud emendasse.

Causa ideo funditus pertractata est in ordinaria supremi Tribunalis sessione habita in aedibus Vaticanis die decima octava curr., mens. iulii 1914, relatore Emo P. D. Vincentio Vannutelli eiusdem Tibunalis Praefecto: atque Emi Patres, proposito dubio iam antea inter partes concordato, scilicet:

*An sit locus restitutioni in integrum circa tertium caput sententiae Rotalis in casu?*

Responderunt: *Affirmative.*

De expensis autem iudicialibus supremum idem Tribunal constituit, eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum ac defitive iudicatum, mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, et ab omnibus ad quos spectat exsecutioni mandaretur, non solum etc. sed et omni etc.

Datum Romae ex aedibus supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis die 28 mensis iulii 1914.

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

Iosephus adv. Fornari, *S. T. A.*

# COMMISSIO PONTIFICIA DE RE BIBLICA

## ' DE AUCTORE ET DE MODO COMPOSITIONIS EPISTOLAE AD HEBRAEOS

*Propositis sequentibus dubiis Pontificia Commissio « De Ee Biblica » ita respondendum decrevit.*

Quaer. I. Utrum dubiis, quae primis saeculis, ob haereticorum imprimis abusum, aliquorum in Occidente animos tenuere circa divinam inspirationem ac Paulinam originem epistolae ad Hebraeos, tanta vis tribuenda sit, ut, attenta perpetua, unanimi ac constanti Orientalium Patrum affirmatione, cui post saeculum iv totius Occidentalis Ecclesiae plenus accessit consensus; perpensis quoque Summorum Pontificum sacrorumque Conciliorum, Tridentini praesertim actis, necnon perpetuo Ecclesiae universalis usu, haesitare liceat, eam non solum inter canonicas, - quod de fide definitum est, - verum etiam inter genuinas Apostoli Pauli epistolas certo recensere?

Resp. Negative.

Quaer. II. Utrum argumenta, quae desumi solent sive ex insolita nominis Pauli absentia et consueti exordii salutationisque omissione in epistola ad Hebraeos, - sive ex eiusdem linguae graecae puritate, dictionis ac styli elegantia et perfectione, - sive ex modo quo in ea Vetus Testamentum allegatur et ex eo arguitur, - sive ex differentiis quibusdam, quae inter huius ceterarumque Pauli epistolarum doctrinam exsistere praetenduntur, aliquomodo eiusdem Paulinam originem infirmare valeant; an potius perfecta doctrinae ac sententiarum consensio, admonitionum et exhortationum similitudo, necnon locutionum ac ipsorum verborum concordia, a nonnullis quoque acatholicis celebrata, quae inter eam et reliqua Apostoli Gentium scripta observantur, eamdem Paulinam originem commonstrent atque confirment?

Resp. Negative ad primam partem; affirmative ad alteram.

Quaer. III. Utrum Paulus Apostolus ita huius epistolae auctor censendus sit, ut necessario affirmari debeat, ipsum eam totam non solum Spiritu Sancto inspirante concepisse et expressisse, verum etiam ea forma donasse qua prostat?

Resp. Negative, salvo ulteriori Ecclesiae iudicio.

Die autem 24 iunii anni 1914, in audientia infrascripto Rmo Consultori ab Actis benigne concessa, Ssmus dominus Noster Pius PP. X praedicta responsa rata habuit ac publici iuris fieri mandavit.

Romae, die 24 iunii 1914.

LAURENTIUS JANSSENS, O. S. B.
*Consultor ab Actis.*

L. © S.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare :

*5 agosto 1914.* — Il Rmo P. Luca da Padova, dei Frati Minori Cappuccini, *Predicatore Apostolico.*

*6 agosto.* — Il Rmo canonico Angelo Sinibaldi, *Uditore per gli affari giudiziari del Vicariato di Poma.*

*10 agosto.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore della « Congregación de Madres de desamparados », di Valenza.*

*11 agosto.* — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Protettore della Congregazione « de la Retraite du Sacré-**Cœur,** Société de Marie », d Anger s.*

*12 agosto.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, *Protettore della Congregazione « du Sauveur et de la Sainte Vierge », di Souterraine, nella diocesi di Limoges.*

*14 agosto.* — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore dell'Istituto delle Orsoline di Gesù, di Chavagnes en Paillers, nella diocesi di Luçon.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Assistente al Soglio Pontificio:*

*15 luglio 1914.* — Mons. Leone Hard, vescovo titolare di Messene e primo vicario apostolico della Carolina settentrionale.

*Protonotari Apostolici* ad instar participantium:

*17 luglio 1914.* — Mons. Felice Eugenio Augusto Burlet, primo vicario generale dell'archidiocesi di Besançon.

*18 luglio.* — Mons. Giuseppe Ludgero Guertin, vicario generale delia diocesi di S. Giacinto.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*17 luglio 1914.* — Mons. Pietro Zeffirino Decelles, canonico della cattedrale della diocesi di S. Giacinto.

*19 luglio.* — Mons. Carlo Underwood, parroco in Dartmouth, della diocesi di Halifax.

— Mons. Alfonso Benedetto Coté, parroco in Meteghan, della medesima diocesi.

— Mons. Edoardo Kennedy, parroco in Truino, della medesima diocesi.

— Mons. Enrico Bonincontro, della diocesi di Adria.

— Mons. Giovanni T. Woods, parroco della diocesi di Brooklyn.

*21 luglio.* — Mons. Antonio Frassineti, vicario generale della diocesi di Modigliana.

*23 luglio.* — Mons. Paolo Peller, canonico della cattedrale della diocesi di Veszprimia.

*24 luglio.* — Mons. Desiderio Káuzli, canonico della cattedrale della medesima diocesi.

*29 luglio.* — Mons. Michele 0' Neill, parroco e canonico nell'archidiocesi di Cashel.

*1 agosto.* — Mons. Michele Eller, canonico della cattedrale della diocesi di Brixen.

*2 agosto.* — Mons. Giuseppe Ippolito Con vert, curato di Ars, nella diocesi di Belley.

*7 agosto.* — Mons. Pietro De Romanis, archivista dei Brevi Apostolici.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Placca dell'Ordine Piano:*

*1 luglio 1914.* — Al sig. conte Giuseppe d'Arco-Zinneberg, consigliere di Stato del regno di Baviera.

*La Commenda dell' Ordine Piano :*

*6 agosto 1914.* — Al sig. conte Salvatore Salimei, esente della guardia nobile Pontificia.

*Il Cavalierato dell'Ordine Piano:*

*16 luglio 1914.* — Al sig. Zotico-Tommaso Marchesseault, della diocesi di S. Giacinto.

— Al sig. Augusto Séguin, della medesima diocesi.

*La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:*

*16 luglio 1914.* — Al sig. conte Eriberto von Spee, tenente colonnello, aiutante di campo di S. M. Guglielmo II, imperatore di Germania.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*1 luglio 1914.* — Al sig. Enrico Wattinne, della diocesi di Lilla.

*21 luglio.* — Al sig. cav. Giuseppe Bussières, dell'archidiocesi di Montréal.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*19 luglio 1914.* — Al sig. Luigi Panzer, consigliere municipale di Monaco di Baviera.

*28 luglio.* — Al sig. Camillo Jordan, dell'archidiocesi di Lione.

*29 luglio.* — Al sig. Massimiliano Siegert, dell' archidiocesi di Monaco di Baviera.

*La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :*

*5 luglio 1914.* — Al sig. Otto P. Hoefeld, dell'archidiocesi di Serajevo.

*2 agosto.* — Al sig. prof. Filippo Ermini, di Roma.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*16 lugUo 1914.* — Al sig. Ignazio de Gregori, di Roma, decano del collegio dei Bussolanti pontificii.

*23 luglio.* — Al sig. Giovanni Audino, della diocesi di Caltanissetta.

## NECROLOGIO

*26 luglio 1914.* — Mons. Francesco Saverio Corbet, vescovo tit. di Obba e vicario apostolico di Diego Suarez.

# COMMENTARIUM OFFICIALE

# SSMI DOMINI NOSTRI PII PP. X

## EXTREMA INFIRMITAS, OBITUS, FUNEBRIA

### INFIRMITAS

Sanctissimus Dominus noster Pius Papa X die 15 mensis augusti pectoris morbo laborare coepit; qui tamen nullum ab initio dabat timori locum.

Die autem 19, morbo necopinato ingravescente, medici hoc ediderant nuncium:

19 agosto, ore 8 ant.

Sua Santità che da quattro giorni era ammalata di catarro tracheale e dei grossi bronchi, stamane ha peggiorato per la diffusione della bronchite con aumento di febbre. Espettorazione facile, diuresi normale.

*Firmati:* Andrea Amici - Ettore Marchiafava.

i Cum autem hora undecima Ssmo Patri repente vires defecissent, familiares timore perculsi sunt et continuo, adsistente Emo Card. a Secre-

tis Status, Revmus D. Augustinus Zampini, Praefectus Sacrarii Apostolici, sacrum Viaticum Pontifici praebuit Eique extremam Unctionem administravit.

Hora 16,30, hoc nuncium alterum editum est a medicis:

19 agosto, ore 16,30.

Il peggioramento verificatosi nella notte per la diffusione della bronchite nel lobo inferiore del polmone sinistro è progredito rapidamente.

Alle ore 10,30 sono insorti sintomi di debolezza cardiaca così minacciosi da far ritenere che la vita di Sua Santità fosse in pericolo imminente. Alle ore 13,30 Sua Santità ha migliorato lievemente pur rimanendo le condizioni gravissime.

Ora (ore 16,30) Temperatura 39,5. Polso 130 ineguale. Respiro 50. Espettorazione difficile.

*Firmati:* Andrea Amici - Ettore Marchiafava.

Emus in Urbe Vicarius illico de gravissimis Pontificis conditionibus fideles certiores fecit, hoc peculiare edens ***Praeceptum:***

Basilio del Titolo di S. Maria in Aracoeli
delia S. R. G. Prete Gardinale Pompilj
della Santità di N. S. Vicario Generale
delia Romana Curia e suo Distretto Giudice Ordinario.

Profondamente addolorati riceviamo l'annunzio che le condizioni di salute del S. Padre si sono improvvisamente aggravate e pertanto ordiniamo a tutti i sacerdoti tanto secolari quanto regolari di quest'alma città che alla colletta ***pro Papa*** sostituiscano l'altra ***pro infirmo Pontifice,*** mentre raccomandiamo a tutti i fedeli di rivolgere fervorose preghiere alla Divina Bontà per l'Augusto Pontefice.

Dato dalla nostra residenza questo dì 19 agosto 1914.

BASILIO CARD. VICARIO

Giuseppe Ceppetelli, ***Vicegerente,***
***Commissario del Vicariato.***

Interim S. R. E. Cardinales extra Urbem degentes rite monebantur; qui vero Romae intererant, statim infirmum adiverunt Pontificem.

## OBITUS

SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER PIUS PP. X IN PACE CHRISTI OBIIT DIE 20 AUGUSTI, HORA 1,15 A. M.

Exanime Pontificis corpus ore sereno placidissime requievit in eodem cubiculo in quo Ipse spiritum emiserat. Ibidem pro Illius anima Sacrum fecerunt Rmi D. Nazzarenus Marzolini Protonotarius apostolicus, Alfonsus Carinci et Carolus Respighi Magistri caeremoniarum apostolicarum, Ioseph Pescini Cappellanus secretus, et Attilius Bianchi Clericus secretus; dum in Oratorio privato defuncti Pontificis sanctum Sacrificium offerebant primo Rmus D. Arborius Mella di Sant'Elia, intimus Cubicularius, deinde Emus card. Caietanus Bisleti, qui et morti Pontificis adfuerat; postremo vero Rmus D. Ioannes Bressan, Cappellanus secretus.

De obitu Pontificis certior factus Emus card. Franciscus Salesius Delia Volpe, S. R. E. Camerarius, suum nactus Officium, illico Rmo Dno cardinali in Urbe Vicario rem significavit, qui hoc continuo edidit documentum:

### NOTIFICAZIONE AL CLERO E AL POPOLO DI ROMA

Basilio del Titolo di S. Maria in Aracoeli
delia S. R. C. Prete Cardinale Pompilj,
Vicario Generale e Giudice Ordinario di Roma e suo Distretto.

Col cuore profondamente commosso rivolgiamo oggi la parola a voi, o diletti cattolici di Roma.

Sua Eminenza Revma il signor cardinale Camerlengo della Santa Romana Chiesa, cui spetta dare pubblica fede della morte dei Romani Pontefici, ci ha fatto pervenire or ora il funesto annunzio ufficiale della morte del S. Padre Pio X avvenuta questa notte alle ore 1,15.

Il nome di questo Santo Pontefice rimarrà per sempre nella storia come quello di chi, con uno zelo, una sapienza e una fortezza incomparabili, spese il Suo glorioso pontificato nella difesa della fede e nel promuovere in ogni maniera i supremi interessi della Chiesa. Roma particolarmente dovrà a Lui riconoscenza eterna per le prove innumerevoli che ha avute della Sua inesauribile generosità. Daranno testimonianza perenne della Sua pietà e della carità Sua i tempi innalzati, gl'istituti fondati per l'educazione ed istruzione del clero e del popolo, e tutte Te

altre meravigliose opere di beneficenza spirituale e materiale, che sono uscite dal Suo gran cuore di padre.

Non dubitiamo pertanto che voi, o Romani, che già ieri accorreste con tanto slancio di pietà filiale nelle pubbliche chiese a pregare per il comune Padre morente, in quest'ora di tanto dolore moltiplicherete i vostri suffragi per la grande anima del Pontefice defunto.

Vi esortiamo quindi a prender parte numerosi ai pubblici e solenni funerali che, secondo la consuetudine, saranno celebrati nella patriarcale Basilica Vaticana.

Ordiniamo inoltre che in tutte le chiese di quest'alma Città, tanto del clero secolare quanto dei regolari o in qualsiasi maniera privilegiate, si suonino in modo funebre tutte le campane dall'Ave Maria a un'ora di notte di oggi e di domani.

Appena trasportati i preziosi resti mortali del Sommo Pontefice nella Basilica Vaticana si celebreranno solenni esequie in tutte le chiese sopraddette.

I sacerdoti, tanto secolari che regolari, sono esortati ad offrire il S. Sacrifìcio in suffragio del defunto Sommo Pontefice, e le comunità dell'uno e dell'altro sesso, come pure i fedeli tutti, sono invitati a raccomandare a Dio l'anima benedetta di Lui.

Prescriviamo, in ultimo, che in tutte le Messe e nelle sacre funzioni si aggiunga la colletta *Pro Pontifice eligendo,* fintanto che durerà la vacanza della Sede Apostolica.

Dato dalla nostra residenza il 20 agosto 1914.

BASILIO CARD. VICARIO

f Giuseppe Ceppetelli, *Vicegerente,*
*Commissario del Vicariato.*

Interea Magister Cursorum Pontificium rei nuncium dabat sacrosanctae Lateranensi Archibasilicae, Urbis et Orbis Cathedrali. Statim, flebili campanarum sonitu ipsius Archibasilicae primo, et continuq omnium ecclesiarum, populus quod anxio timuerat; rescivit.

## RECOGNITIO ET EXPOSITIO CORPORIS

Hora duodecima eiusdem diei 20 augusti Emus card. S. R. E. Camerarius, accepto moeroris et devotionis testimonio a ducibus cuiusque ordinis militum SS. PP. AA., cubiculum ubi Defunctus iacebat Pontifex de

more adiit, et Cadaver rite recognovit. Actus vero huius recognitionis quem unus ex Protonotariis Apostolicis genuflexus legit, hic est:

### ACTUS RECOGNITIONIS CADAVERIS

Alle ore 12 dei 20 agosto 1914 S. E. R. il Cardinale Camerlengo di S. R. C. accompagnato dal Collegio dei Chierici di Camera, da Monsignor Uditore della R. Camera Apostolica, dal Procuratore Generale e dai due Segretari e Cancellieri della Camera suddetta, si è condotto nelle stanze private di S. S., in una delle quali ha rinvenuto sul letto di morte il cadavere della stessa S. S. Constatata la morte del S. Padre e recitate le opportune preci a suffragio dell' anima benedetta, la sullodata Eminenza Sua Reverendissima ha fatto richiesta a Monsignor Maestro di Camera di S. S. dell'Anello Piscatorio, che dallo stesso Monsignore venne immediatamente consegnato al Card. Camerlengo, che lo ricevette onde presentarlo nella prima Congregazione Cardinalizia; del quale anello Sua Eminenza rilasciava atto di quietanza al prefato Monsignor Maestro di Camera.

Sopra di ciò a richiesta dell'Emo Camerlengo fu redatto atto solenne rogato da Monsignor Protonotario Apostolico, venendo firmato Tatto dal Cardinale Camerlengo e dai Monsignori Caccia-Dominioni e Arborio Mella di S. Elia, Camerieri Segreti della stessa S. S., nella qualità di testimoni.

Postea corpus Beatissimi Patris, pontificalibus indutum vestibus, translatum est e cubiculo in aulam Throni, ubi fideles romani tempore postmeridiano usque ad horam octavam insequentis diei, turmatim piissime preces fundentes, illud venerati sunt.

## DELATIO CORPORIS
### AD SACROSANCTUM VATICANAM BASILICAM

Die 22 augusti, hora nona, Pontificis corpus in Basilicam sancti Petri reverenter hoc processionali ordine delatum est. Incedebant primi duodecim Sediarii rubra induti veste cum cappa nigra; duodecim Poenitentiarii faces deferentes, quorum Rector, nigram ferens stolam, Parochi vice fungebatur: postea Lectica, quae a Sediariis portabatur, Protectoribus

Dominici lateris (vulgo ***Guardie Nobili),*** Helveticae cohortis militibus, ceterisque omnibus circumdata, quorum est Sediam Gestatoriam comitari. Sequebantur Illmi et Revmi DD. Victor Amedeus Ranuzzi de' Bianchi, Praefectus Cubiculi Secreti; Augustus Silj, Elemosynarius Secretus; Aurelius Galli, in forma brevi ad Principes Secretarius; Camillus Caccia-Dominioni, Pincerna; Augustinus Zampini, Praefectus Sacrarii Apostolici; Alexander Ruspoli princeps, Magister S. Hospitii; Franciscus Serlupi-Crescenzi marchio, Praefectus Stabuli; Stanislaus Muccioli, comes, Tribunus Protectorum lateris Dominici et Iulius Repond Dux Helveticae cohortis; postea Emi Cardinales in Curia praesentes, nempe Emi Vincentius Vannutelli, Caietanus De Lai, Hieronymus Maria Gotti, Dominicus Ferrata, Raphael Merry del Val, Aristides Rinaldini, Basilius Pompilj, Petrus Gasparri, Diomedes Falconio, Antonius Vico, Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Dominicus Serafini, Franciscus Salesius Delia Volpe S. R. E. Camerarius et primus Diaconus, Octavius Cagiano de Azevedo, Caietanus Bisleti, Ludovicus Billot, Gulielmus van Rossura, Scipio Tecchi, Philippus Giustini et Michael Lega. Quos sequebantur' exterarum nationum Legati, Archiepiscopi, Episcopi, Cubicularii Secreti et honoris, Antistites cuiusque Collegii Praelaturae Romanae, Patritii et Nobiles Romani. Ab aula Throni ad ingressum Basilicae sancti Petri psalmi et piae preces devote recitabantur; ad pronaon Ecclesiae Cantores Cappellae Iuliae antiphonam ***Subvenite*** canebant, qua completa, Revmus D. Ioseph De Bisogno, Canonicorum Decanus, primam impertivit Absolutionem. Alteram, post cantum Antiphonae ***Libera me, Domine,*** ad Confessionem S. Petri dedit Illmus et Rmus D. Ioseph Ceppetelli, Patriarcha Costantinopolitanus, Urbis Vicesgerens, e Capitulo Vaticano dignior.

Deinde, frequentissimo comitante populo, corpus Pontificis, ipso praecedente Capitulo, sacra resonante psalmodia, delatum est in sacellum Ssmi Sacramenti, ubi idem Patriarcha Constantinopolitanus tertiam impertiit Absolutionem.

Corpus ita positum est intra septa sacelli ut fideles illud cernere ac venerari facile possent.

Per totam diem 23 augusti magnus factus est fidelium concursus qui devotissime ante Pontificis exuvias orabant: qua frequenti peregrinatione Romanorum pietas erga Patrem amantissimum apprime refulsit.

Hac ipsa die exsequiae pro anima Pontificis, de more per novem continuos dies persolvendae, initium habuerunt in Basilica Vaticana, Missam solemnem Pontificalem ***de requie*** celebrante Illmo ac Rmo D. Ioseph Ceppetelli, adstante Rmo Capitulo et Clero populique magna multitudine.

## TUMULATIO ET DEPOSITIO

### IN CRYPTIS SACROSANCTAE PATRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE

Hora post meridiem sexta eiusdem diei 23 augusti locum habuit tumulatio cadaveris in Crypta Basilicae Vaticanae, de expressa Pontificis voluntate, qui ibi definitivam sepulturam elegerat.

E sacello Ssmi Sacramenti Pontificis corpus translatum est in sacellum Chori, praecedente Capitulo Vaticano. Lecticam a Sediariis sublatam et Protectoribus Dominici lateris circumdatam prosequebatur tanquam Canonicus dignior Illmus ac Rmus Patriarcha Constantinopolitanus, nigro pluviali indutus et alba redimitus mitra, qui antiphonam ***Exsultabunt Domino*** movit, quam cantus psalmi ***Miserere*** continuo excepit. Incedebant postea Rmus S. R. E. card. Raphael Merry del Val Archipresbyter Basilicae, Praefectus Cubiculi Secreti, SS. PP. AA. Magister, Elemosynarius Secretus, Praefectus Sacrarii Apostolici, Cubicularii Secreti Participantes, Magister S. Hospitii, Forerius Maior, Praefectus Stabuli, Praepositus cursus publici, Dux helveticae cohortis, frequentes denique Praelati et Cubicularii honoris ab ense et lacerna.

Interea in sacello Chori Canonicorum locos occupaverant Emi S. R. E. card. Vincentius Vannutelli, Franciscus a Paula Cassetta, Caietanus De Lai, Diomedes Falconio, Hieronymus Maria Gotti, Dominicus Ferrata, Aristides Rinaldini, Petrus Gasparri, Antonius Vico, Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Basilius Pompilj, Dominicus Serafini, Franciscus Salesius Della Volpe, Octavius Cagiano de Azevedo, Caietanus Bisleti, Ludovicus Billot, Guilelmus van Rossum, Philippus Giustini et Michael Lega.

Hierosolymitani Ordinis équités aderant Comes di Brazzà et Pius Franchi de' Cavalieri.

A cornu Epistolae sedebant Legati civilium regiminum apud Sanctam Sedem, nempe excelsi viri : Ioannes Schönburg-Hartenstein, princeps, Legatus extraordinarius cum liberis mandatis Imperii Austro-Hungarici; Comes

/

de la Vinaza, Legatus extraordinarius cum liberis mandatis Hispania Regni; Baro d'Erp, Missus extraordinarius et^ administer cum liberis mandatis Belgici Regni; Otho de Ritter" de Gruenstein baro, Missus extraordinarius et administer cum liberis mandatis Bavarici Regni ; Gaston da Cunha, Missus extraordinarius et administer cum liberis mandatis Brasilianae Reipublicae; Raphaël Errázuriz Urmeneta, Missus extraordinarius et administer cum liberis mandatis Reipublicae Cilenae ; Carmelus Arango doctor, Missus extraordinarius et administer cum liberis mandatis Reipublicae Columbianae ; Otho von Muehlberg doctor, Missus extraordinarius et administer cum liberis mandatis Borussici Regni ; D. Nelidow, Missus extraordinarius et administer cum liberis mandatis Russici Imperii ; Raymundus Parra vicini doctor, Cura Agens ad negotia Reipublicae Argentinae; De Rada et Gamio, Praepositus negotiis Reipublicae Peruvianae.

Adstabant etiam Officiales Secretariae Status : Rmi DD. Eugenius Pacelli a Secretis pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, Fridericus Tedescumi Cancellarius Brevium, Xantes Tampieri Subsecretarius Congregationis pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, aliique plures.

Beneficiariorum locos tenebant Archiepiscopi et Episcopi non pauci. Neque deerat Collegium Praelatorum Clericorum a Camera Apostolica et Parochorum Urbis; tandem innumeri Sacerdotes, Religiosi, nec non clarissimi ac nobilissimi Viri quorum longa nimis foret descriptio. Templum vero erat populo refertum. »

Funebri pompa sacellum ingressa, Emus Cardinalis Archipresbyter a Cornu Evangelii stetit, eique adsidebat Emus Card. S. R. E. Camerarias. Super altaris gradus crux defertur; post eam accedunt Cantores, ante vero Praesules Pontificiae Domus.

Dum Pontificis cadaver in feretrum reverenter demittebatur, Chorus antiphonam ***Sicut cervus*** cantavit. Postea R. D. Ioseph Cascioli, Cancellarius et Custos Tabularli Capituli Vaticani, rogitum sepulturae legere coepit.

## ROGITUS

In nomine Domini. Amen.

Summus Pontifex Pius X, antea Ioseph Melchior Sarto, cum toto sui Pontificatus tempore praeclara documenta pro re Catholica tuenda in difficillimis Ecclesiae temporibus exhibuisset, tandem brevi morbo correptus die XX augusti feria quinta anno Domini MCMXIV, hora prima cum

momentis quindecim, sanctissime obdormivit in Domino in aedibus Vaticanis, annos natus septuaginta novem, menses duos, diesque duodeviginti.

Is ortum habuit in oppido Riese dioecesis Tarvisinae die u iunii anno MDCCCXXXV. Sacerdotio initiatus anno MDCCCLVIII, episcopus deinde Mantuanus renuntiatus est anno MDCCCLXXXIV, ac tandem a Leone XIII recolendae memoriae die xii iunii anno MDCCCLXXXXIII presbyter cardinalis tit. S. Bernardi ad Thermas Diocletiartas creatus est, eodemque tempore in Consistorio patriarcha Venetiarum publicatus.

Cum vero Leo XIII diem ultimum obiisset, comitiis habitis, ad supremam divi Petri Cathedram die iv augusti anno MCMIII concordi Patrum Cardinalium consensu evectus est dieque ix mensis eiusdem in SS. Principis Apostolorum Basilica ingenti omnium plausu de more coronatus.

Subsequuta Eius morte, Cadaver, eadem die xx augusti expositum est in aula Throni aedium Vaticanarum, non tamen antea sectum neque aromatibus conditum, uti ex ultima Eius expressa voluntate, ubi plurimi, praesertim de Palatio et Curia, demortuum Pontificem veneraturi accesserunt.

Die vero sequenti, feria sexta, ipsum Cadaver sacris iuxta morem indumentis vestitum pallioque pontificali ornatum ac supra feretro gestatorio positum ex aedibus Vaticanis elatum est a gestatoribus sedis pontificiae, paulo post horam nonam, et in Basilicam Principis Apostolorum inlatum. Illud comitabantur S. R. E. Cardinales, Praesules domus Pontificiae, Cubicularii, aliique de Curia, nec non Protectores lateris Dominici (vulgo *Guardie Nobili)* atque excubiae Helveticae militiae.

In porticu vero Basilicae reverendum Cadaver a Rmo Capitulo Vaticano cum accensis cereis religiosissime exceptum est, ubi Exmus et Rmus Ioseph De Bisogno Capituli eiusdem Decanus aqua lustrali illud aspersit ac preces de more dixit. Postea Cadaveri ipsi in medio Vaticani templi posito ante Confessionem Exmus et Rmus Ioseph Ceppetelli, Patriarcha Constantinopolitanus et eiusdem Basilicae canonicus, absolutionem iuxta ritum impertiit, illudque dein in sacello Ssmi Sacramenti expositum fuit, facibus hinc inde accensis atque Protectoribus lateris Dominici vigilantibus, cancellis tamen clausis.

Hora decima cum dimidio, apertis Templi ianuis, ingens illico populi multitudo ingressa est, quae usque ad vesperas huius ac sequentis diei, velut unda fruens, ante exanime corpus Pontificis optimi venerabunda transibat. Die autem xxu, quae est sabbatum, parentalia in sacello Chori persoluta sunt, sacra peragente praedicto Exmo et Rmo Iosepho Ceppetelli Patriarcha Constantinopolitano, coram ingenti populo, qui undique ex Urbe convenerat.

Hora vero sexta post meridiem eiusdem diei, in ipso Chori sacello tumulatio Cadaveris peracta est, quod, dicta, musicis concentibus, a cantoribus Cappellae Iuliae antiphona *In paradisum deducant te Angeli,* iterum aspersit aqua benedicta praedictus Patriarcha, qui in fine orationem *Deus qui fundasti* recita vit. Aderant S. R. E. Cardinales, Episcopi, plurimique de Curia, Rmum Capitulum Vaticanum, nec non Nationum Legati cum liberis apud S. Sedem mandatis, Nobiles Romani, aliique viri clarissimi.

Interim gestatores sedis pontificiae sacrum corpus suo loco extulerunt atque in capsa cupressina, ibi iuxta morem parata, condiderunt. Quo accessit Exmus et Rmus Aloisius Misciattelli sacri Palatii Apostolici sub-Praefectus, qui sericum velum album supra faciem Pontificis defuncti stravit: eodemque tempore Exmus et Rmus Amedeus Ranuzzi de Bianchi Magister Domus Pontificiae unum manticulum coccineum ad pedes cadaveris deposuit, in quo declaravit ipse contineri numismata ex auro, argento, aere, cusa tempore Pontificatus Pii X. Intra capsam pariter missum est volumen pergamenum inclusum custodia ex metallo deaurato cylindraceae formae continens eiusdem venerandi Pontificis elogium, quod composuit et recitavit Exmus et Rmus Aurelius Galli Canonicus Vaticanus et a Secretis litterarum latinarum ad Principes; cuius tenor sequens est:

*PIVS X PONT. MAX.*

*IV Nonas Iunias anno MDCCOXXXV in oppidulo Tarvisinae dioecesis Riese natus est, parentibus tenuioris quidem fortunae sed antiquae virtutis, Ioanne Baptista Sarto et Margarita Sansón, eique ad Fontem salutaris Lavacri imposita sunt nomina Iosephus Melchior***V**

*Adolescens acri ingenio optimaque indole sancte institutus probeque eruditus ad sacerdotium, munus curionis mature suscepit, diu cum laude fructuosae diligentiae administravit. Anno MDCCCLXXXIV episcopus Mantuanus factus, nono anno post pater cardinalis et patriarcha Venetiarum. Pridie Nonas Augusti a. MDCCCCIII universae Ecclesiae praepositus, accepto Pii X nomine, sollertiam pastoralem, usu rerum in omni genere expolitam, ad Cathedram beati Petri attulit.*

*Sacricolas praecipuis curis complexus, seminaria Italiae congruenter temporibus ordinavit, disciplinam Thomae Aquinatis impense promovit, studiis Rei Biblicae provehendis Athenaeum in Urbe instituit, rectam rationem de rebus divinis concionandi praescripsit, clerum catholicum ad sui ordinis officia servanda diligenter cohortatus est.*

*Sempiternae populorum salutis perstudiosus, de christiana doctrina*

*rite tradenda praecepit, sanctissimae Eucharistiae cultum usumque frequentem fovit, eiusdem pueris copiam maturiorem fecit.*

*Decorem domus Dei in primis dilexit, maiestati sacrorum artem musicam convenienter servire iussit.*

*Vindex catholicae fidei, recentiorum errores qui vel obedientiam Ecclesiae debitam everterent vel ad ipsam Ecclesiam funditus convertendam spectarent, vigilanter detexit, damnavit. Leges de civitatibus ab Ecclesia separandi^ reiecit.*

*Eius providentiam illa quoque illustrant, sacra Romanae Curiae Consilia et Officia aptius constituta, Urbis paroeciae aequabilius distributae auctaeque, decretum de vulgata Bibliorum versione emendanda, item de legibus Ecclesiae in unum codicem redigendis.*

*Denique ab eo proposito, quod in Pontificatu maximo ineundo susceperat, instaurandi omnia in Christo, nunquam cessavit.*

*Sanctitudini muneris apostolici admodum fuit huius Pontificis vita consentanea ; ceteris vero virtutibus modestia quae admirationem efficiebat, caritas quae omnium capiebat animos, praestitere. XIII cal. sept. anno MDCCCCXIV placido exitu decessit, luctus et moeror orbis catholici.*

*Vixit an. LXXIX, m. II, d. XVIII.*

*Vale, Pater sanctissime, et vive aeternum in ^.*

Cum autem capsa cupressina suo cooperculo clausa fuerit, fasciolis sericis violaceis circumdata est, atque in his duo sigilla impressit supra liquefactam ceram hispanicam Emus et Rmus Franciscus Salesius Delia Volpe Cardinalis Camerarius, duo sigilla impressit pariter Emus et Rmus Raphael Merry del Val dictae SS. Basilicae Vaticanae Archipresbyter, qui erat a Secretis Status eiusdem Ssmi Pontificis, aliud Exnlus et Rmus Amedeus Ranuzzi de Bianchi Magister Domus Pontificiae, ac aliud denique Exmus et Rmus Iosephus De Bisogno Rmi Capituli Vaticani Decanus.

Quibus peractis, capsa ipsa cupressina in aliam plumbeam capsam introducta est, cuius tectorium undequaque stanno firmatum est sigillisque pariter munitum per manus eorumdem, qui supra capsam cupressinam sigilla impresserant. Tectorium vero plumbeum hanc exhibet inseri ptionem una cum stemmate gentilitio eiusdem Pontificis.

PII x P. M.
VIXIT AN. LXXIX M. II D. XVIII
ECCLESIAE VNIV. PRAEFVIT
AN. XI D. XVI
OBIIT DIE XX AVG. MCMXIV

Denique et capsa plumbea in alia capsa e ligno castaneo posita est atque firmiter clausa. Supra huius castaneae capsae tectorio eadem inscriptio cum stemmate erat insculpta.

Post haec, Cadaver recolendae sanctaeque memoriae Pii Papae X, ducta pompa, e sacello Chori ad Confessionem B. Petri delatum est cum solitis caeremoniis quae fiunt tumulationis et depositionis causa, atque per scalas Confessionis ipsius industri labore operariorum Basilicae (vulgo *Sampietrini)* in Cryptas Veteres Vaticanas introductum est, ibique, iuxta eiusdem Pontificis voluntatem testamento expressam, sepulturae traditum prope tumbas Gentis regiae stirpis Stuardae et Reginae Cypri Carlottae ad latus dexterum Cryptas ipsas introëuntibus, ad statuam divi Andreae Apostoli.

Haec omnia vidi ego, scripsi et publicavi, praesentibus Exmis et Rmis Iosepho De Bisogno Rmi Capituli Vaticani Decano, Salvatore Talamo Camerario, Ascenso Dandini Canonico eiusdem Basilicae Vaticanae, testibus ad haec rogatis. Ita est.

Romae, die xxir augusti anno Dñi MGMXIV, Sede apostolica vacante.

Ioseph Cascioli
*Cancellarius et Custos Archivi Capitularis Vaticani.*

Complures item moestissime adstabant fideles, clerici, religiosi ac laici, qui omnes Summo Pontifici Patri et Magistro, quem merito deflet per orbem Ecclesia Christi, extrema pietatis officia moerentes persolvebant.

## EXSEQUIAE IN SIXTINO SACELLO

Pro tribus ultimis exsequiarum diebus, haec a Caeremoniarum Praefecto edita est

### INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA, DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Feria VI[a], die 28 augusti 1914, hora nona cum dimidio, in sacello Sixtino palatii Apostolici Vaticani, in exsequiis pro anima sa. me. Pii PP. X, Missam cantabit Emus et Rmus D. Card. Vincentius Vannutelli.

Post Missam fiet solemnis Absolutio circa castrum doloris, cum assistentia Emorum et Rmorum DD. Cardinalium:

Antonii Agliardi,
Francisci a Paula Cassetta,
Caietani De Lai,
Diomedis Falconio.

Sabbato, die 29 augusti, eadem hora et in eodem Sacello, Missam cantabit Emus et Rmus D. Card. Caietanus De Lai, et in solemni Absolutione assistent Emi et Rmi DD. Cardinales:

Hieronymus Gotti,
Dominicus Ferrata,
Raphael Merry del Val,
Antonius Vico.

Die Dominica, 30 augusti, loco et hora praedictis, Missa celebrabitur ab Emo et Rmo D. Card. Diomede Falconio. Expleta Missa, recitantur oratio in laudem defuncti Summi Pontificis, et postea fiet Absolutio solemnis cum assistentia Emorum et Rmorum DD. Cardinalium

Ianuarii Granito Pignatelli di Belmonte,
Basila Pompilj,
Dominici Serafini,
Iacobi Delia Chiesa.

Emi et Rmi DD., qui in actu Absolutionis induere debent Pluviale cum Stola, si ex Ordine Episcoporum, deferre faciant Superpelliceum, Amictum, Mitram simplicem ex serico damasceno et Formale: qui vero ex Ordine Presbyterorum, Amictum et Mitram damascenam tantum.

Pro caudatariis vero Superpelliceum et Velum pro sustinenda Mitra deferentur.

Intimentur omnes et singuli Emi ac Revmi Domini S. R. E. Cardinales, qui, rocheto, vestibus laneis et cappis sericis violaceis induti intererunt.

Cappas assument in Aula paramentorum.

Cappellani caudatarii induent croceas super consuetas vestes séricas.

Intimentur quoque Vice-Camerarius, Auditor R. C. A., Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarii, Abbates et Generales Ordinum, Auditores Rotae, Clerici Camerae Apostolicae, Votantes Signaturae (qui cappas non induent, sed mantelletum et vestem nigri coloris cum rocheto simplici assument), Advocati Consistoriales et Procuratores Ordinum Regularium.

De mandato Emi et Rmi Domini Cardinalis Decani

Franciscus Riggi,
i *Protonotarius Apost., Caerem. Praefectus..*

..Quae omnia diebus et horis statutis adamussim; completa sunt, R. D. Magistro Laurentio Perosi concentum chori ducente.

Ad tumulimi quatuor defuncti elogia apposita legebantur, quae Rmus D. Aurelius Galli scripserat:

I

SANCTIMONIAE • FAVTOR
CAELESTIS • EPVLI
VSVM • FREQVENTIOREM • INVEXIT
EIVSDEM
PVERIS • COPIAM • M AT VR A VIT

II

INSTAVRATOR • DISCIPLINAE
STATVTA • LEGVM
QVAECVMQVE • APVD • ECCLESIAM • VIGENT
IN • VNVM • CORPVS
REDIGI • IVSSIT

ni

VINDEX • RELIGIONIS
LEGEM
DE • CIVITATIBVS
AB • ECCLESIA • SCINDENDIS
REPVDIAVIT

IV

MAGISTER • FIDEI
DOCTRINAS
OMNIVM • ERRORVM • PORTENTA
RENOVANTES
DAMNATIONE • GONFIXIT

Die vero 30 Augusti, ultima exsequiarum, a Rmo D. Pacifico Massella, a Secretis litteris latinis scribendis, haec habita est

ORATIO DE PONTIFICE DEFUNCTO

De Pio X Pontifice Maximo vos allocuturus, vereor, Patres amplissimi, ne virtutes summi Viri inopia deteram dicendi. De Pontifice enim commemorandum est cuius laus ab humili ducta venit ad summum: cuius cogitandi agendique solertia cum in omnibus sacerdotii muneribus,

tum maxime enituit in supremo pontificatu: cuius denique mores ita se omnibus probarunt, ut omnium Eidem conciliarent opinionem voluntatesque devincirent.

Praeclara sane haec arguunt animi, ingenii consiliique lumina; delatumque a vobis honestissimum munus in Aede hac sanctissima et in conspectu consessuque vestro eadem exornandi ita suscipio, ut plane sentiam quam impar tanto nomini mea futura sit oratio. Animum cogitatio erigit sua quemque facta laudare, eaque ita abundare in Pio, ut non tam copia quam modus in dicendo quaerendus sit, vobis vero adeo innotescere, ut vix enumerare sufficiat. - Hac mente propositum aggredior ac, summa attingens rerum capita, Pium X eum fuisse ostendam quem actuosa caritas in Ecclesia gubernanda, defendenda acerrimum effecerit.

Illud plane singulare fuit in Pontifice cuius desiderio tenemur, quod non in una tantum alteraque re versatus est, sed nullum fuit sacerdotii munus in quo non praebuerit apostolicae solertiae testimonia.

Auctum quippe sacerdotio, ad quod attulerat eas virtutis doctrinaeque opes quas uberrimas Sibi comparaverat in Seminario Patavino, Tomboli Salzanique oppidula, frequentiores Tarvisii, Mantuae, Venetiarum urbes Eum complexae sunt curionem, cathedralis ecclesiae canonicum, pietatis in sacro Seminario magistrum, curiae dioecesanae moderatorem, episcopum, patrem cardinalem, patriarcham; et viget semperque apud eos populos vigebit Pastoris vigilantissimi memoria, non lapidéis tantum consignata monumentis, sed bonorum omnium animis fidelem recolendum ac desiderahtium mysteriorum Dei dispensatorem.

Catholicorum universitatem num quis alter praeter Eum aptius reget, quem ad regendi munus tam multiplex tam diuturnusque comparaverat rerum usus? Non id profecto latuit amplissimum Collegium vestrum, cuius suffragiis vocatus, omnium gravissimum Pius suscepit munus.

In quo quidem obeundo incredibile plane est quantam attulerit animi contentionem. Vir enim qui modeste de se semper existimavit, ita divinae obsequutus est voluntati, ut manantem ex altissima dignitate vigorem alacri exceperit animo reque ***ignem effnlgentem et thus ardens in igne (Eccl. L.*** *9)* se exhibuerit.

Postquam enim eo altissimo constitutus est loco, plenius Pio licuit meliusque intueri qua passim ratione in Ecclesia vita degeretur, quid religionis bonum, quid tempora postularent: excelsaque et alta spectans, hanc insignem pontificatus Sui notam, hanc eiusdem gerendi ratio-

nem futuram edixit « *instaurare omnia in Christo* », huc sese consilia, huc coepta omnia collaturum. Grande sane opus, quippe quod omnes attingat Ecclesiae vitae partes, ad omnes pertineat christifidelium ordines, universumque complectatur corpus humanae societatis. Grande, inquam, ac perarduum opus, utpote cui corrigenda mala, superandi hostes, subdolae eorum artes incredibilem quamdam afferre videbantur difficultatem. Sed quid non is audeat, quem incensa Christi et Ecclesiae caritas urget?

Qua foret ingrediendum via, minime fugit Pontificem rerum hominumque aeerrimum spectatorem : fovendaque in primis cleri disciplina visa est studiumque in ipso acuendum divinae gloriae: tum excitanda in populo pietas christianarumque virtutum revocandus cultus: Ecclesiae procurationi ita perspiciendum, ut leges scitius digestae et ad novorum temporum rationes magis accommodatae, humanae in Christo instaurationis proposito facilius conducerent.

Et primum quidem, partem multo maximam actuosae Pii caritatis sibi sacer clerus vindicavit; plane enim experiendo noverat vix quicquam esse ad instaurandos populorum mores conducibiles sancta clericorum vita. Hinc vel in primis encyclicis litteris *E supremi* ad sacricolas, prae ceteris, os suum et cor suum patere voluit, eos vehementer hortatus, ut quae sursum sunt, quaererent, quae sursum sunt, saperent! Et in toto pontificatu nulla Ipsi optabilior oblata occasio est, quam cum admissione sua donaret viros sacri ordinis; quas numquam alloquutus est, quin excitaret ad officia suscepti muneris diligenter servanda. Locus admonet, ut, peculiarem inferam mentionem de suavissimo, illa *Exhortatione ad clerum,* quam Pius edidit cum quinquagesimum perageret sacerdotii sui annum. Visus enim in illa est augustus Sènex adeo efferri cogitatione maiestatis ac sanctitudinis muneris sacerdotalis, ut nulla Ipsi potior cura, desiderium nullum vehementius, quam ut ii omnes, qui in sortem Domini vocati sunt, suum digne teneant dignitatis gradum. - At vero non bonitatem solum ac disciplinam Pius vigere ac florere voluit in clericis, sed et eam scientiam, quae illos ad omne opus bonum instructos praestet. Hinc et athenaeum in Urbe instituit studiis rei biblicae provehendis, et ordinatis Italiae Seminariis ita ut fructuosioris institutionis spem facerent, diligenter providit ut suus Aquinatis doctrinae in catholicis scholis esset semper honos. - Neque curas suas desiderare Pius passus est religiosorum Ordines atque Instituta; siquidem sapientissimis legibus regularem disciplinam collapsam restituit, resti tutamque firmavit: studiis promovendis providit: tironum admissionem atque discessum opportunioribus iuris sanctionibus communivit.

Haec quidem molientem in cleri utilitatem par cura Pium sollicitabat christianae plebis. Revocarem vos ad singula caritatis providentiaeque eius testimonia, nisi temporis me urgerent angustiae. Neque enim vos latet, Patres amplissimi, huc dicta, huc Pii facta omnia spectasse, ut quotquot sunt qui christianum profitentur nomen, Christum induant ac fide exprimant quae per caritatem operatur. Et in hoc perpetuo defixus proposito incredibile plane est quam animose ad extremum usque vitae diem in eo prosequendo institerit. Nullam profecto reperias aetatem quam ille fovere sinu, quam Christo adiungere conatus non sit: industriam nullam quam neglexerit: nullam quam non avide arripuerit occasionem ut ad virtutis amorem omnium alliceret voluntates. Pauca in re perampla persequar, solertiamque commemorabo tum in tradenda vulgandaque christiana cathechesi, tum in Eucharistiae cultu usuque frequentiori ac maturiori promovendo. Sapienti vero providoque consilio utrumque Pium praestitisse nemo est qui non videat, si paulianam consideret ex lamentabili christianae sapientiae ignoratone et ex effrenata corporis voluptatum appetentia, cuius omnes testes sumus, quam aversa sint a Deo hominum plurimorum studia, ad res caducas quam misere abiecta. Utinam pro vidi Pastoris h orationibus ita obsequantur Christifideles omnes, ut et mature discant alteque sibi in animos defigant ad aeterna se non ad haec fluxa natos esse, et ad servanda christianae professionis officia vires quotidianas hauriant ex caelesti illo convivio quod augendo caritatem, fidem alit, libidinem coercet, spem roborat beatae immortalitatis.

Ad haec, probe intelligens quanti sint ad providendum descripta certius iura negotiorumque expeditio celerior, opus Pius aggressus est Ecclesiae universae leges in unum colligendi codicem ordinandique Romanam Curiam, aucto officiorum numero fmibusque statutis quibus unumquodque eorum debeat contineri. Iam diu quidem expetitum opus, quo Pii nomen ex hominum memoria excidet numquam.

Tantum operae industriaeque cum contulerit Pius in Ecclesiam gubernandam, quantum in eamdem defendendam putabimus contulisse? Ea ad rem persequi vix opus est quae sunt cuiquam notissima: quae Pius nactus sit tempora, quam infensa religioni. Internorum externorumque hostium fuit illi excipiendus impetus, contendentibus his spoliare Ecclesiam omni legitimo iure, eius regimen exscindere, omnia moliri ut effrena ubique dominetur licentia: illis vero catholicae doctrinae turbare fontes, sacrum fidei depositum diripere, novam formam imponere Ecclesiae, novas leges, nova iura describere. Varium quidem belli genus,

varia arma: sed eadem nefaria adversus Dominum et adversus Christum eius consilia, eadem inimica vis cuius instinctu impulsuque suscipiuntur, furor idem. At vero utrumque hostium genus parem in Pio nactum est iunctam cum caritate fortitudinem, cum simplicitate prudentiam.

Id mature experti sunt *modernistae*, quorum pestis errorum tam late sese diffuderat, tantam iam egerat animorum ruinam, ut bonus Pastor, vel ab initio pontificatus, in medium statim devenerit rerum certamen atque discrimen. At quo graviora pericula, eo vigilantior Pius. Decreto enim *Lamentabili* ac memorabilibus litteris *Pascendi* venena ab Ecclesia prohibuit novarum doctrinarum artesque detexit quibus earum auctores utebantur ad decipiendum. Quin etiam, in eos vel posthac novos aucupari socios et in clandestinos ascire coetus haud intermittentes, litteras edidit *Sacrorum Antistitum* ac perduellium ita compescuit audaciam, ut vel saniorem inire viam, vel mentitam coëgerit abiicere personam.

Neque segnior fuit Pius cum externis hostibus. Mirum sane quam prudenter, quam opportune ea omnia expertus sit quae Ipsi oblata sunt ut leges Ecclesiae infensas prohiberet, ut praecipites in suo cursu retardaret qui eas moliebantur, ut inter sacram civilemque potestatem stabiles sincerosque foveret mutuae amicitiae nexus. Sed qui mite semper clemensque prae se tulerat ingenium in concilianda concordia, in controversiis componendis, acer et invictus exstitit cum officii conscientia, cum apostolicum munus iusserunt esse Ecclesiae iurium custodem, defensorem, vindicem.

Vir sumnia ex iis attigi quae bonus pastor praestitit in Ecclesia gubernanda ac tuenda. At vero nimis ieiuna mea foret oratio, nisi vos et ad ceteras referret dignas Ecclesiae pastore virtutes, quas ita in Pio emicuisse compertum est, ut absolutae morum sanctimoniae mereret laudem. Liceat mihi virtutes ceteras silentio praeterire, cogitationesque vestras convertere ac prope contrahere ad summam in Deum pietatem, ad animi modestiam omnino singularem, ad effusam in omnes caritatem. Exornare pro merito eas velim et ita dicendo efferre, ut adumbrata Pontificis sanctissimi imago luce sua claresceret. Sed quid ad vos afferam quod vobis, Patres amplissimi, perspectissimum non sit? vobis, inquam, qui cum Eo consilia, curas, labores habuistis communia: qui in Ecclesiae adversis rebus hominem in auxilii divini spe requiescentem, in prosperis nihil sibi tribuentem, in filiorum angustiis et calamitatibus anxium sollicitudine patrem demirati estis?

Quid demum memorem de iis laudibus, quibus Pontifices, ad religionis praesidium ac dignitatem, bonarum artium cultores semper habiti sunt? Adeuntibus Vaticanas aedes neque pauca, neque obscura

se dant hac quaque in re Pii providentiae testimonia. Speculatoriae quippe turres, Pinacotheca, Musaea, Bibliotheca et alia passim domus pontificalis monumenta Pii X prae se ferunt nomen, posterisque perpetuo praedicabunt quam sollers fuerit in Eo cura ut humanitas omnis nova in dies susciperet incrementa.

Tanta igitur cum in omni genere fuerint et recte facta et animi ornamenta quae Pium honestarunt, nemo certe nimiam duxerit neque eam qua, dum in vivis erat, apud omnes floruit sanctimoniae opinionem, neque hanc, cuius testes sumus, ex eius interitu tam sinceram, tamque unanimem catholici orbis complorationem.

Quamquam tua quidem causa nihil est cur ploremus, Pie. Tu enim veluti ex diuturno laboriosoque itinere conquiescens, eo tandem devenisti ubi thesaurus tuus, ubi cor tuum in omni vita fuit. Sed caritas numquam excidit. Caeli igitur receptus sedibus, Ecclesiam, quam tantopere dilexisti, fovere, tueri perge ut *magno sacerdote* quantocius utatur *qui in diebus suis placeat Deo et in* hoc miserrimo *iracundiae tempore fiat* inter dimieantes bello populos *reconciliatio.*

## MOERORIS TESTIMONIA IN OBITU SUMMI PONTIFICIS

### I

### E CIVILIUM REGIMINUM LEGATIS APUD SANCTAM SEDEM

Die 25 augusti Legatis Civilium regiminum aditus ad S. Collegium, ipsis petentibus, datus est. Haec solemnis receptio in aula Concistorii locum habuit.

Excelsus vir Ioannes Schönburg-Hartenstein Princeps, Legatus extraordinarius cum liberis mandatis Imperii Austro-Hungarici, ita eminentissimos Patres allocutus est:

Eminentissimos Seigneurs, Vénérables Princes de l'Église,

Profondément ému de la perte cruelle que l'Église catholique a subie par la mort du Souverain Pontife, Sa Sainteté Pie X, je remplie un triste devoir en exprimant au Sacré Collège en mon nom ainsi qu'au

nom de mes collègues et du Corps Diplomatique entier accrédité auprès du St-Siège les hommages de nos plus profondes condoléances.

Cette cruelle perte qui sera douloureusement ressentie de tout l'univers, doit affliger tout particulièrement le Corps Diplomatique accrédité auprès du St-Siège, qui a eu le bonheur d'être le témoin de ce règne essentiellement Apostolique et toujours animé du désir de conformer le bien de l'Église aux intentions des Souverains et des Gouvernements que nous avons l'honneur de représenter.

La haute sagesse du Souverain Pontife défunt, Son esprit de justice et Sa bonté incomparable l'ont entouré déjà durant Sa vie d'une auréole, dont les rayons ne s'éteindront jamais.

Ce sont en outre ces hautes qualités personnelles qui ont gagné à Pie X pendant Son glorieux règne les coeurs et la profonde estime de l'humanité civilisée et qui rendront Sa mémoire inoubliable.

Dans ce triste moment nous joignons nos prières à celles du Sacré Collège et de la chrétienté entière, priant Dieu Tout-Puissant d'accorder à Son grand Serviteur défunt la grâce et la lumière éternelle.

Cui Emus Cardinalis Decanus hisce verbis respondit:

Monsieur l'ambassadeur,

Au triste moment où il pleure la perte cruelle d'un Pontife incomparable, le Sacré Collège reçoit avec reconnaissance le témoignage de condoléance, que les Membres du Corps Diplomatique lui apportent par l'organe autorisé de leur digne Doyen.

Dans le deuil immense du inonde catholique, cette manifestation de sympathie et cette assurance d'union de prières, de la part du Corps Diplomatique accrédité près le St-Siège, sont pour nous un soulagement dans la douleur qui nous afflige, *un*, appui dans l'accomplissement de la tâche qui nous incombe.

Veuillez, Monsieur l'Ambassadeur, et Vous tous, Messieurs les Membres du Corps Diplomatique, agréer nos remercîments empressés et Vous rendre, auprès des Souverains, des Chefs d'États et des Gouvernements respectifs, les interprètes de la profonde gratitude du Sacré Collège des Cardinaux.

Entourés de Votre assistance, fidèles à tous les graves serments qui nous lient et que nous avons, ces jours, solennellement renouvelés, et aidés surtout par la lumière d'en-Haut, puissions-nous obtenir de Dieu la grâce de donner bientôt à la Sainte Église son nouveau Pasteur suprême!

## II

### TESTIMONIA MOERORIS PER TELEGRAPHUM MISSA

*Ab augustissimo Imperatore Austriae Francisco Iosepho, Rege Hungariae Apostolico:*

Excelsus vir Ioannes Schönburg-Hartenstein princeps, Legatus extraordinarius cum libens mandatis Imperii Austro-Hungarici, Sacro Cardinalium Collegio significavit, se mandatum ab Augustissimo Imperatore suo recepisse his verbis:

Vogliate esprimere al Sacro Collegio le Mie più sincere e più profonde condoglianze in occasione della perdita crudele che la nostra Santa Chiesa e l'universo cattolico hanno sofferto per la morte di Sua Santità Pio X di gloriosa memoria, che ha governato per più di due lustri la Chiesa Cattolica con tanta benevolenza e tanta saggezza, e le Cui alte qualità Gli assicureranno un ricordo incancellabile nella storia.

Quod item sequentibus excellentissimus Nuntius Apostolicus confirmavit :

Eminentissimo Cardinal Camerlengo di S. R. C,
Vaticano - Roma.

Wien, 23.

Appena conosciuta morte Santo Padre, Sua Maestà ha mandato suo aiutante Generale Conte Paap, esprimere condoglianze. Vari Arciduchi e Arciduchesse personalmente; altri mediante loro ciambellani, Ministro Affari Esteri, Presidente Consiglio Ministri, Grandi Cariche di Corte, Corpo diplomatico, Aristocrazia, moltissime persone, venute alla Nunziatura. Ricevo numerosissimi telegrammi da ogni parte della Monarchia. Martedì, mercoledì, giovedì avranno luogo solenni funerali alla Metropolitana.

Scapinelli, *Nunzio Apostolico.*

*Ab augustissimo Imperatore Germaniae et Rege Borussiae haec missa sunt:*

Seiner Eminenz,
dem Kardinal Serafino Vannutelli,
Palazzo Vaticano - Rom.

Grosseshauptquartier, 20.

Euere Eminenz bitte ich, dem hohen Kardinalskollegium den Ausdruck meiner aufrichtigen Anteilnahme an der tiefen Trauer zu übermitteln, in die die katholische Kirche durch den Heimgang ihres Oberhauptes versetzet worden ist.

/ WILHELM I. R.

*Ab augustissimo Rege Hispaniae Catholico:*

Cardenal Merry del Val,
Secretaria Stato - Vaticano - Roma.

Madrid, 20.

Muy de veras me asocio en nombre de la Nación Española y en el de la Reina, toda Real Familia, al duelo del mundo Católico en la dolorosa pérdida del Vicario de Cristo.

ALFONSO R.

*Ab augustissimo Rege Belgarum:*

Cardinal Merry del Val,
Vaticano - Roma.

Anversa, 21.

Leurs Majestés le Roi et la Reine, le Gouvernement et les représentants de toutes les autorités ecclésiastiques et civiles m'ont prié de dire à Votre Éminence toute la part que la Belgique prend au deuil qui prive l'Église de son Pasteur et Chef suprème bien-aimé et vénéré. Des supplications ardentes se lèvent déjà au ciel pour le repos de l'âme de l'Auguste Défunt.

Jean Tacci, *Nonce Apostolique.*

*Ab augustissimo Bavariae Rege:*

Seiner Eminenz,
dem Hochwürdigsten Herrn Dekan des Heiligen Kollegs
Kardinal Serafino Vannutelli, Bischof von Ostia.
Roma.

München, 20.

Die Nachricht von dem Hinscheiden seiner Heiligkeit des Papst Pius X hat mich tief bewegt. Ich bitte euere Eminenz dem heiligen Kolleg den Ausdruck meines schmerzlichen Beileids an dem schweren Verlust zu übermitteln, den unsere heilige Katholische Kirche in ernster Zeit durch den Tod ihres geliebten obersten Hirten erlitten hat. Die vielen Beweise väterlicher Güte, die der Heilige Vater mir und dem königlichen Hause gegeben hat, werde ich stets in dankbarer Erinnerung bewahren.

LUDWIG, König von Bayern.

Quae ab excellentissimo Nuntio Apostolico sequentibus confirmabantur:

Cardinale Camerlengo,
Vaticano - Roma.

München, 20.

Sua Maestà si recava personalmente a questa Nunziatura per rinnovare sentite condoglianze, già espresse telegraficamente a Vostra Emi nenza

Fmhwirth.

*Ab augustissimo Rege Britanniae maioris, Indiarum Imperatore:*

Administer pro negotiis ad exteros Britannici regni haec scripsit:

The Cardinal Secretary of State,
The Vatican - Rome.

London, 20.

The King has received the news of the Popes death with deep concern, and commands me to convey to your Eminence the assurance of His Majesty's sincere sympathy.

Grey.

*Ab augustissima Hollandiae Regina:*

Cardinal Merry del Val
Vaticano - Roma.

Anvers, 23.

Monseigneur Vallega me télégraphie de la Haye: « Décès Saint-Père « a causé profonde émotion ici. Leurs Majestés la Reine, la Reine-Mère, « Son Altesse le Prince Pays-Bas, Ministre Affaires Étrangères, Gou- « vernement, Corps Diplomatique, Épiscopat, Fidèles m'ont exprimé « sentiments de regrets et douleurs pour grande perte que fait l'Église « Catholique ».

Jean Tacci, *Nonce Apostolique.*

*Ab augustissimo Rege Montis Nigri:*

Sacré-Collège des Cardinaux
de la S. E. R. - Rome.

Cettigne, 24.

Le décès de Sa Sainteté le Pape m'a profondément affligé. Mon peuple et surtout mes sujets catholiques ont ressenti douloureusement avec moi le départ du saint et vénéré Pontife, dont les derniers actes, inscrits dans les Annales de son glorieux Pontificat, ont été une preuve d'affection et d'estime pour la Race Serbe et un effort dicté par le divin Fondateur de notre Religion, pour arrêter les fléaux d'une guerre épouvantable. Je prie le Sacré Collège des Cardinaux d'agréer les condoléances les plus profondes et les plus sincères pour le deuil cruel, qui vient de frapper l'Église.

NICOLAS.

*Ab augustissimo Rege Suediae:*

Cardinal Merry del Val,
Vatican - Rome.

Stockholm, 20.

Le Roi me charge d'exprimer sa condoléance.

*Le Vicaire Apostolique de Suède.*

*Ab augustissimo Saxoniae Rege:*

Kardinals Kollegium. - Rom,

Dresden, 21.

Eueren Eminenzen spreche ich zum abieben unseres unvergesslichen heiligen Vaters mein aufrichtigtes Beileid aus.

FRIEDRICH AUGUST.

*Ab augustissimo Lusitaniae Rege Fidelissimo :*

Cardinal Merry del Val,
Vatican - Rome.

T wickenahm, 21.

Profondément affligés par la douloureuse nouvelle de la mort de Sa Sainteté, la Reine et moi prions Votre Éminence d'accepter l'expression de notre tristesse. Jamais je n'oublierai la paternelle bonté que Sa Sainteté nous a toujours montrée. En ce moment terrible nous unissons nos prières à celles de Votre Éminence.

MANUEL R.

*Ab augustissima Regina-matre Lusitaniae :*

S. E. Cardinal Merry del Val. - Roma.

Richmond, 21.

En union de douleur et de prières j'offre expression profonds sentiments condoléances.

AMÉLIE.

*A serenissima Magna Ducissa Luxemburgi:*

À Son Eminence
Le Cardinal Merry del Val. - Rome.

Luxembourg, 22.

Profondément affligées du malheur qui nous a tous frappés, je prie Votre Éminence de croire et de faire savoir au Sacré Collège que j'unis de tout cœur mes prières aux siennes, et à celle de toute l'Église, dont ma mère, mes sœurs et moi serons toujours les filles les plus obéissantes et les plus dévouées.

MARIE ADÉLAÏDE.

*A serenissimo Principe, Serbici regni Regente:*

Son Éminence Cardinal Merry del Val,
Secrétaire État. - Rome.

Nisch, 22.

J'apprends à l'instant avec une douloureuse émotion la nouvelle du décès du Souverain Pontife, et je m'empresse de transmettre à Votre Éminence avec mes sincères condoléances, l'assurance que en mon pays le souvenir du Saint-Père sous les auspices duquel le Concordat avec la Serbie a été conclu sera religieusement conservé.

ALEXANDRE.

*Ab excellentissimo Praeside Civitatum Foederatarum Americae septentrionalis:*

Excelsus vir Edmundus Mayor des Planches Statuum Foederatorum Americae Legatus, Dno Thomae Kennedy, Episcopo tit. Hadrianopolitano et Rectori Collegii Americam septentrionalis in Urbe, significavit se a Secretario Status Foederationis haec accepisse:

The President desires me to express his sense of the great loss which the Christian world has sustained in the death of His Holiness Pius X. By his pure and gentle character, his unaffected piety and his broad and thoughtful sympathy with his fellow men, He adorned his exalted station and attracted to Himself the affectionate regard of all who felt his world-wide influence.

*Ab excellentissimo Praeside Confederationis Helveticae:*

A Leurs Éminences Révérendissimes
les Cardinaux Chefs d'Ordres,
Rome.

Berne, 20.

Le Conseil Fédéral Suisse apprend avec douleur la perte qui atteint l'Église Catholique Romaine en la personne vénérée du Souverain Pontife Sa Sainteté le Pape Pie X. Le Conseil Fédéral prie Vos Éminences Révérendissimes d'agréer et de faire agréer par le Sacré Collège, l'expression de ses profonds regrets et de toute sa sympathie.

*Le Président de la Confédération Suisse*

HOFFMANN.

*Ab excellentissimo Praeside Civitatum Foederatarum Brasiliae:*

Ao Eminentissimo e Reverendissimo
Cardeal Camerlengo da Santa Igréja Romana,
Roma.

Rio Janeiro, 20.

Presento a Vossa Eminencia reverendissima e ao Sacro Collegio en nome de naçao Brasiléira e no mèo proprio os mais sentidos pezames pelo fallecimento do Summo Pontifice Pio X.

HERMES RODRÍGUEZ DA FONSECA,
Presidente da Republica.

Quae sequentibus confirmabantur :

Emo e Rmo Cardeal Merry del Val,
Secretario de Estado Santa Se,
Roma.

Rio de Janeiro, 20.

O Presidente da Republica, suos Ministros e o Brasil inteiro receberam com o mais profunde pezar a notiça do passamento do Santissimo Padre Pio X. O povo Brasileiro niñea podera esquecer o paternal affecto con que Su Santidade o distinguiu sempre durante o seu Pontificado. Especialmente rogo a Vossa Eminencia, que aceite a expressâo dos meos sentimentos pessoaes, e me faça o favor de os transmittei ao Eminentissimo e Reverendissimo Cardeal Camerlengo de Santa Igréja Roma e ao Sacro Collegio.

Lauro Muller, *Ministro das relaçbes exteriores.*

*Ab excellentissimo Praeside Beipublicae Argentinae:*

Son Éminence le Cardinal Camerlingue
Francesco Salesio Della Volpe,
Roma.

Buenos-Ayres, 20.

Je présente à Votre Éminence les très sincères condoléances du Gouvernement et du peuple Argentin pour la mort du vénérable et illustre Pontife Pie X, qui aifiige l'Église Catholique et tout le monde civilisé.

V. DE LA PLAZA,
Président de la République Argentine.

*Ab excellentissimo Praeside Reipublicae Peruvianae:*

Son Éminence
le Cardinal Camerlingue. - Rome.

Lima, 22.

L'irréparable malheur qui afflige la Chrétienté est encore plus douleureux pour ma patrie, dont la vénération et l'amour pour le saint et savant Pontife Pie X ont été tout particuliers. Veuillez recevoir avec l'expression de ma profonde condoléance et celle de mon Gouvernement et de la nation Péruvienne, le témoignage de notre filiale adhésion au Saint-Siège.

Colonel BENA VIDES, *Président du Pérou.*

*Ab excellentissimo Praeside Reipublicae Cilenae:*

Son Éminence
le Cardinal Camerlingue. - Rome.

Santiago-Chili, 20.

La nation Chilienne et son Gouvernement présentent, Éminence, l'expression de leur sincère condoléance à l'occasion du décès de Sa Sainteté Pie X.

RAMON BARN LUCO,
*Président de la République du Chili.*

*Ab excellentissimis viris Praeside et Rectoribus Reipublicae Columbianae:*

Cardenal Secretario de Estado,
Roma.

Bogota, ...

En nombre Presidente República y en el mio proprio presento á Vuestra Excelencia la expresión del profundo pesar de la Nación Colombiana, por muerte del egregio y santo Pontífice gloria de la Iglesia y honra de la humanidad entera.

Suarez, *Ministro Relaciones Exteriores.*

*Ab excellentissimo Praeside Venezuelianae Reipublicae:* *

Most Eminent
Cardinal Secretary of State of the Holy See,
Rome.

Caracas, 26.

In the ñame of the President of the Republic I transmit the testimony of the pain with which the Government and people of Venezuela have received the news of the death of His Holiness.

Manuel Diaz Rodríguez, *Minister for Foreign Affairs.*

*Ab excelsis viris, Reipublicae de Costarica Rectoribus:*

Son Eminence Cardinal Secrétaire d'État,
Vatican - Roma.

Vichy, 20.

Profondément consternés par la mort du Très Saint-Père Pie X, au nom du Gouvernement de Costarica et au mien, daignez transmettre au Sacré Collège et acceptez, Éminence, l'expression de nos plus respectueuses condoléances.

Peralta, *Ministre de Costarica.*

*A serenissimo Principe Alfonso, Casertae Comite:*

Prince Della Scaletta,
Villino Ruffo - Porta del Popolo - Roma.

Cannes, 21.

Ma famille et moi consternés triste nouvelle mort Saint-Père, nous prions exprimer à Son Éminence le Cardinal Camerlingue et au Sacré Collège notre immense douleur et nos plus vives condoléances.

ALPHONSE, *Compte de Caserta.*

*A serenissima Magna Austriae Ducissa Maria Teresia:*

Son Éminence le Cardinal Merry del Val,
Vaticano - Roma.

Wien, 20.

Profondément affligée par la nouvelle inattendue du décès de Sa Sainteté, qui dans ces graves moments réprésente une aussi grande

perte pour notre Sainte Église, j'offre à Votre Éminence et par son aimable intermédiaire au Sacré-Collège mes condoléances les plus sincères, ainsi que celles de mes filles Maria Annonciade et Elisabeth.

MARIE-THÉRÈSE, *Archiduchesse d'Autriche.*

*A serenissima Principe Maria Antonia, Parmae Ducissa:* .

Son Éminence
le Cardinal Merry del Val. - Rome.

Wien, 20.

Douloureusement frappée par la mort de notre Saint-Père vénéré, qui a toujours été si bon pour nous, j'offre à Votre Éminence en mon nom et celui de mes enfants, l'expression de notre douleur filiale, ainsi que nos condoléances les plus sincères, et la prie de s'en rendre interprète auprès de tout le Sacré Collège.

MARIA-ANTONIA, *Duchesse de Parme.*

*A serenissimis Principibus Hispaniae Infantibus :*

A Sua Eminenza il Segretario di Stato
Merry del Val. - Vaticano - Roma.

Altmünster, 21.

Afligidíssimos en el mayor desconsuelo, no tenemos palabras para expressarle, Eminentísimo Señor, nuestro profundísimo dolor y toda la parte que tomamos al de Vuestra Eminencia, á quien respectuosamente besamos la mano.

ALFONSO de Borbon y Austria-Este,
MARÍA de las Nieves.

*A serenissimo Principe Georgio, Duci Saxoniae:*

Abtprimas von Stotzingen
S. Anselmo - Roma.

Dresdren, 20.

Meine Frau und ich bitten Sie Kardinalstaatssekretär und Kardinalskollegium unsere innigste Teilhnahme auszusprechen, im Gebet um der hochverehrten Verstorbenen mit ihm vereint.

JOHAN GEORGE von Sachsen.

*A serenissima Principe Tranensi Comitissa:*

Eminenza Cardinale Merry del Val,
Vaticano - Roma.

Partenkirchen, 23.

Prego accettare espressione di più sentita parte a grande sciagura che colpisce tutti.

Contessa di Trani.

*A serenissima Principe Isabella, Agrigenti Comitissa:*

Sua Eminencia el Cardenal Merry del Val,
Vaticano - Roma.

S. Ildefonso, 21.

Recevez, Éminence, toutes mes condoléances pour la grande peine, qui afflige tout le monde Catholique par la mort de Sa Sainteté.

ISABEL de Borbon, *Comtesse de Girgenti.*

*A serenissima Principe Mathilde, Saxoniae Ducissa:*

Abt von Stotzinger
St. Anselmo - Rom.

Pillnitz, 23.

Bitte heiligem Kollegium meine Teilnahme aus zu drücken.

MATHILDE, *Herzogin zu Sachsen.*

*A serenissima Principe Carolo Theodor o, Bavariae Ducissa:*

Excellentissimus Nuntius Apostolicus in Bavaria haec significavit:

Cardinale Camerlengo,
Vaticano - Roma.

München, 22.

Sua Altezza Reale Duchessa Carlo Teodoro mi prega far pervenire al Sacro Collegio sue vivissime condoglianze per la morte del Santo Padre.

Frühwirth.

*A serenissima Principe, Matriti Ducissa:*

Sua Eminenza
Cardinale Segretario Merry del Val,
Vaticano - Roma.

Venezia, 20.

Expreso mi profondo dolor al Sacro Colegio y a Vuestra Eminencia.

MARIA BERTA de Bourbon, *Duquesa de Madrid.*

*Ab eminentissimo Principe, Equitum Hierosolymitarum Magno Magistro :*

Eminentissimo Signor
Cardinale Camerlengo di Santa Romana Chiesa,
Vaticano - Roma.

Trento, 20.

Profondamente commosso piango inattesa perdita nostro Sommo Pontefice Pio X. Prego Iddio benedire il Sacro Collegio e Chiesa Cattolica.

Gran maestro THUNN.

*Ab excellentissimo Viro, Duce « of Norfolk » :*

Cardinal Merry del Val,
Vaticano - Roma.

London, 21.

I beg to be allowed to submit, in the name of the Catholic Union of Great Britain, the expression of our heartfelt sorrow at the [death of His Holiness the Pope, and to offer to your Eminence and to ali others, our deep condolence.

Duke of Norfolk.

*Ab excellentissimis viris, Japoniae Imperii Rectoribus:*

Sa Grandeur Secrétaire d'État,
Vatican - Roma.

Tokio, 22.

Gouvernement impérial Japon présente ses sincères condoléances à l'occasion du décès de Sa Sainteté.

KATO.

*Ab excellentissimis viris, Reipublicae S. Dominici Rectoribus:*

Son Eminence
Cardinal Merry del Val,
Roma.

San Domingo, 24.

Recevez expression condoléances sincères Gouvernement et Peuple Dominicains à l'occasion décès Saint-Père.

*Secrétaire d'État* Guillon.

*Ab excellentissimis viris, Norvegiae Administris:*

Secrétaire d'Etat du Saint-Père,
Roma.

Kristiania, 23.

Agréez sincères condoléances Gouvernement Norvégien à l'occasion du décès de Sa Sainteté.

Jhlen, *Ministre Affaires Etrangères.*

*Ab excellentissimis viris, Rectoribus Reipublicae Peruvianae:*

Son Éminence
le Cardinal Secrétaire d'Etat. - Rome.

Lima, 22.

Vivement ému par le décès de Sa Sainteté Pie X, je présente à Votre Éminence le témoignage de la profonde douleur du Gouvernement et peuple Péruviens.

F. Fernando Gazzani,
*Ministre des Relations Extérieures du Pérou.*

*Ab excellentissimis viris, Ditionis Canadensis Rectoribus:*

Exmus et Rmus Dnus Delegatus Apostolicus haec significavit :

Cardinal Della Volpe,
Vatican - Rome.

Ottawa, ...

Nombreux témoignages sympathie mort Saint-Père, Gouverneur Général, Évêques, clergé, fidèles.

Stagni.

*Ab excellentissimo et reverendissimo Domino, Patriarcha Grdeco-Catholico :*

Son Éminence
Cardinal Camerlingue - Roma.

Alexandria, 22.

Sa Sainteté Pie X mort cause deuil mondial. Grandement affligé, présente sincères condoléances Sacré Collège.

KYRILLOS, *Patriarche Grec Catholique.*

*Ab excellentissimo et reverendissimo Domino, Patriarcha Armenorum Catholico :*

Pera, 22.

Profondément affligé exprimons condoléances sincères implorons paix âme bénie Pontife défunt, bénédiction céleste sur conclave.

*Patriarche* TERZIAN.

*Ab excellentissimo viro, Regni Bavariae Ministrorum Praeside:*

Seine Eminenz den H och würdigsten
Herrn Kardinal Merry del Val,
Vatican - Roma.

München, 20.

Euere Eminenz bitte ich den Ausdruck des innigen Schmerzes entgegenzunehmen, mit dem mich die Nachricht vom Hinscheiden Seiner Heiligkeit Papst Pius X erfüllet hat.

*Ministerpräsident Graf* Bertling.

*Ab excellentissimis viris, Regni Serbi Administris:*

Excelsus vir Regni Serbici apud Gallicam Rempublicam Legatus significavit :

Éminence Cardinal Secrétaire État,
Rome.

Paris, 20.

Profondément affligé décès Saint-Père, je m'empresse exprimer Votre Éminence sincères condoléances du Gouvernement Serbe ainsi que mien-

nés personnelles, dans ce grand deuil pour Église Catholique. Mes affectueuses sympathies accompagnent Votre Éminence dans sa douleur.

Vesnitch.

*Ab excellentissimis viris, Regni Montis Nigri Administris:*

S. E. le Cardinal Merry del Val
Secrétaire d'Etat - Vatican - Rome.

Cettigne, 24.

Au nom du Gouvernement de Montenegro, je m'empresse d'offrir à Votre Éminence l'expression de ses profondes condoléances, à l'occasion du grand deuil, qui frappe l'Église Catholique par la mort de Sa Sainteté le Pape Pie X.

*Ministre Étrangères* Plamenatz.

*Ab excelsis viris, Reipublicae Cilenae Senatoribus:*

A Su Eminencia
-el Cardenal Camerlengo. - Roma.

Santiago Chile, 23.

La Cámara de Senadores de la Republica de Chile acordó levantar su sesión de ayer en homenaje a la memoria de Su Santitad Pio X y manifestar a Vuestra Eminencia la espresión de su sincero pesar por el desaparecimiento del ilustre Pontífice.

Carlos Aldunate Enrique Zanartal,
*Pro-Secretario.*

*Ab excelsis viris populi tribunis Reipublicae Cilenae:*

A Su Eminencia el Cardenal Camerlengo,
Roma.

Santiago Chile, 22.

La Camera de Diputados de la República de Chile, asociándose al duelo de la Iglesia Católica, acordó levantar su sesión de hoy y manifestar á Vuestra Eminencia la espresión de su sincero pesar por el desaparacimiento del ilustre Pontífice.

Carlos Balmaceda, *Presidente,*
e Gonzalez Edwardo, *Secretario.*

*Ab excelso viro Legato Civitatum Foederatarum Americae septentrionalis apud augustissimum Austriae Imperatorem:*

Bishop Kennedy
Collegio Americano Nord,
Roma.

Wien, 20.

Express our deepest sympathy to Merry del Val and all concerned.

Penfìelds, *Ambassador.*

Praeter haec alia pene innumera testimonia pietatis et obsequii recepta sunt, quibus cum fere impossibile sit singulatim omnibus respondere, S. Collegium publice hic gratum animum significat erga omnes qui ita Ecclesiae luctui participarunt.

**R. I. P.**

Annuo VI. - Vol. VI. Die 3 Septembris 1914. Num. 14

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE



ANNUNTIO VOBIS GAUDIUM MAGNUM

## HABEMUS PAPAM

**EMUM AC RMUM DOMINUM CARDINALEM**

# IACOBUM DELLA CHIESA

**QUI SIBI NOMEN IMPOSUIT**

# BENEDICTUM XV

Laetissimum hoc nuncium ab Emo Dno Francisco Salesio Della Volpe, S. R. E. Cardinali Protodiacono, e superiore porticu sacrosanctae Basilicae Vaticanae prolatum est feria V, die 3 Septembris 1914, hora 11.30.

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## PRO NEGOTIIS RITUS ORIENTALIS

## DECRETUM

### DE SPIRITUALI ADMINISTRATIONE ECCLESIAE GRAECO-RUTHENAE IN FOEDERATIS CIVITATIBUS AMERICAE SEPTENTRIONALIS.

Cum Episcopo Graeco-Rutheno Statuum Foederatorum anno 1912 ab Apostolica Sede data fuerit plena et ordinaria iurisdictio in clerum et populum universum Graeco-Rutheni ritus in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis sive permanenter sive ad tempus commorantes, eminentissimis ac reverendissimis Patribus Cardinalibus S. Congregationi de Propaganda Fide pro negotiis Rituum Orientalium praepositis, in plenariis. comitiis die 10 augusti huius anni habitis, opportunas, quae sequuntur, visum est condere leges circa spiritualem administrationem Ecclesiae Graeco-Ruthenae in praedicta regione.

### CAPUT I.

*De Episcopo Graeco-Rutheni ritus.*

Art. 1. Nominatio Episcopi Graeco-Rutheni ritus pro regione Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis Apostolicae Sedi reservata est.

Art. % Episcopus Graeco-Rutheni ritus eiusque legitimi successores in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis sub immediata huius Apostolicae Sedis iurisdictione ac potestate manebunt, plenamque iurisdictionem ordinariam in omnes fideles Graeco-Rutheni ritus, permanenter vel ad tempus in Foederatis Civitatibus Americae Septentrionalis commorantes exercebunt, sub dependentia tamen R. P. D. Delegati Apostolici Washingtonensis pro tempore.

Art. 3. Eidem ius ac potestas competit regendi ac gubernandi gregem suum ac leges et statuta condendi in iis quae iuri communi non adversantur. Praecipuus vero ipsius munus erit invigilare, ut tum doctrina et boni mores, tum ritus et disciplina Ecclesiae Graeco-Ruthenae catholicae integre custodiantur. Episcopi Graeco-Rutheni igitur erit uniformitatem caeremoniarum in variis devotionibus nec non in tradendis

Sacramentis usitatarum, secundum rubricas Typici in ritu Graeco-Rutheno approbati, introducere, et eiusdem unitatis strictam observantiam a sacerdotibus suis expostulare.

Art. 4. Episcopus missiones Graeco-Ruthenas frequenter et regulariter visitare stricte tenetur, ut gregem sibi concreditum apprime cognoscat, eaque omnia, quae ad spirituale eius bonum attinent, melius provideat.

Art. 5. In canonica visitatione parochiarum inquirat Episcopus an parochi omnia parochialia munera, praesertim visitationem infirmorum, puerorum instructionem, verbi Dei praedicationem in Dominicis et festis, diligenter absolvant; videat insuper omnes libros baptismatum, matrimoniorum ac mortuorum; inventarium que bonorum ecclesiasticorum ex ultimo biennio ; ac rationes ab unoquoque rectore missionis expostulet, id est introspiciat ac probet libros proventuum et expensarum cuiuslibet Ecclesiae, statum materialem eiusdem, debita, etc. Ut autem securitati bonorum temporalium ecclesiarum, coemeteriorum et omnium eorum, quae ad Ecclesiam pertinent, summa cum diligentia prospiciatur, Episcopi Graeco-Rutheni erit, audito in pertractandis negotiis virorum peritorum ac consultorum suorum consilio, eas tituli possessionis formas adhibere, omnesque praescriptiones servare, quae legibus singulorum Statuum respondeant, quaeque ecclesiasticorum bonorum administrationi, conservationi ac tutae in posterum transmissioni faveant.

Art. 6. Annua sustentatio Episcopi consistet in praestationibus ad instar cathedratici, quae iuxta aequitatem ab Episcopo, audita voce suorum consultorum, determinabuntur, quasque singulae ecclesiae Ruthenae dioeceseos solvere tenentur. Rectores ecclesiarum respondere tenentur de exacta solutione harum praestationum et aliarum ab Episcopo eiusque consultoribus determinandarum, pro Seminario, orphanotrophio, missionibus, etc.

Art. 7. Ordinaria residentia Episcopi Graeco-Rutheni erit in urbe Neo-Eboracensi, N. Y., Vicarii vero Generalis ac rectoris Seminarii in urbe Philadelphiensi, Pa.

Art. 8. Episcopus quinto quoque anno plenam et accuratam relationem de statu personali, morali ac materiali missionum proprii ritus exhibeat Delegato Apostolico, qui eam transmittet ad S. Congregationem de Propaganda Fide pro negotiis Ritus Orientalis; atque iuxta morem apud episcopos Statuum Foederatorum inductum, singulis saltem decenniis ad sacra Apostolorum limina accedat, ut obsequium et obedientiam suam Pontifici Summo praestet, eique rationem reddat de pastoralis

muneris implemento, deque omnibus quae ad ecclesiae suae statum et cleri populique mores ac disciplinam, animarumque sibi eoncreditarum salutem pertinent.

Art. 9. Controversiae si quae exoriantur inter Episcopum Graeco-Rutheni ritus et episcopos latini ritus Statuum Foederatorum, deferantur in devolutivo tantum ad Delegatum Apostolicum Washingtonensem, salva, item in devolutivo, appellatione ad Apostolicam Sedem.

## CAPUT II.

### *De Clero Graeco-Butheno.*

Art. 10. Sacerdotes Graeco-Rutheni, pro regionibus Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis designati, educentur in Seminario proprio Rutheno-American o, vel etiam in aliis Collegiis, tum in America, tum extra-Americam, secundum necessitatem Ecclesiae Ruthenae ac iudicium Episcopi Rutheni. Ut Ecclesia Graeco-Ruthena in Statibus Foederatis laudabiliter crescere, dilatari ac providentialem missionem suam in Graeco-Ruthenos adimplere possit, necessarium est ei habere sacerdotes integros vita, zelo ac pietate praeditos, sufficienter eruditos, lucri non cupidos et a politicis factionibus alienos. Episcopi Rutheni grave munus erit tales missionarios quantocius educare et ultra in America sustentare, ac pro missionibus inter populum mittere. Ad sustentationem Seminarii et educationem missionariorum, tum rectores ecclesiarum, tum ipsae ecclesiae Graeco-Ruthenae in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis contribuent.

Art. 11. Antequam habeatur numerus sufficiens presbyterorum Graeco-Ruthenorum qui in Statibus Foederatis educati fuerint, si providenda occurrat de suo rectore aliqua missio Ruthenorum vel vacans vel noviter erecta, Episcopus Graeco-Rutheni ritus idoneum sacerdotem postulet ab episcopis Ruthenis vel Gaiitiae vel Hungariae per tramitem S. Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis Ritus Orientalis. Illi vero sacerdoti, qui proprio marte, neque ab Episcopo Graeco-Rutheno vocatus, neque a S. Congregatione missus, illuc perrexerit, Episcopus Graeco-Ruthenus nullas concedere potest facultates, sive celebrandi Sacrum, sive administrandi Sacramenta, sive munia ecclesiastica quomodocumque obeundi.

Art. 12. Sacerdotes pecuniam quaerentes, vel in fide ac moribus vacillantes, vel ebrietati faventes, nullo modo mittantur nec admittantur in Americam; et si tales inveniuntur, quantocius dimittantur.

Art. 13. Quilibet sacerdos, ex Europa proveniens et in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis commorans pro fidelium Graeco-Ruthenorum spirituali cura, semper manebit incardinatus dioecesi originis; attamen Episcopus originis iurisdictionem in eum nullo modo exercebit, sed praedictus sacerdos unice pendeat ab iurisdictione Episcopi Graeco-Rutheni. In patriam redire aut revocari supradicti sacerdotes nequeant sine expressa licentia Ordinarii Graeco-Rutheni ritus Statuum Foederatorum in scriptis concedenda. Episcopi originis respondere debent coram S. Congregatione de Propaganda Fide, si tales sacerdotes sine scriptis ab Ordinario Graeco-Rutheno Statuum Foederatorum datis admittant.

Art. 14. Omnes rectores missionum Graeco Ruthenarum in Statibus Foederatis amovibiles sunt ad nutum Ordinarii Graeco-Rutheni^ Amoveri autem non poterunt absque causis gravibus et iustis.

Art. 15. Datur tamen facultas presbytero amoto appellationem interponendi, in devolutivo, contra decretum remotionis, ad tribunal Delegati Apostolici, qui infra tres menses a die appellationis causam definire curabit, salvo semper iure recursus ad Sanctam Sedem, item in devolutivo.

Art. 16. Sustentationi sacerdotis providebit Episcopus, salarium eidem adsignaado, assumendum iuxta proportionem ex omnium Ecclesiae proventuum massa seu cumulo.

Art. 17. Iura stolae et emolumenta sacri ministerii in singulis missionibus determinanda sunt ab Ordinario Graeco-Rutheno iuxta probatas diversorum locorum consuetudines.

Art. 18. Episcopus Graeco-Ruthenus nonnisi in clerum et populum Graeco-Ruthenum iurisdictionem suam exerceat; si tamen aliquo in loco exsistant fideles Graeco-Rutheni ritus, in eoque nondum sit missio Ruthe na constituta, aut nullus adsit presbyter eiusdem ritus, poterit tunc iurisdictionem suam in fideles Graeco-Ruthenos presbytero latino loci communicare, certiorato Ordinario.

## CAPUT III.

### *De Fidelibus Graeco-Ruthenis.*

Art. 19. Fideles Graeco-Rutheni tenentur frequentare ac libenter sustentare suas proprias ecclesias, ac observare praescripta sui ritus; tamen in regionibus, ubi desunt ecclesiae ac sacerdotes proprii ritus, et ubi propter longinquitatem ecclesiae suae non eam possunt nisi cum

gravi incommodo adire, opus est ipsis Missam audire in ecclesia catholica alterius ritus, nec non Sacramenta accipere a presbytero alterius ritus.

Art. 20. Frequentatio ex parte Graeco-Ruthenorum, etiam continua, ecclesiarum ritus latini non inducit mutationem ritus. Transitus enim a ritu G-raeco-Rutheno ad latinum Ruthenis, sive ad tempus sive stabiliter, in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis morantibus, concedi nequit nisi a S. Congregatione de Propaganda Fide pro negotiis Ritus Orientalis, gravibus et iustis intervenientibus causis, ab ipsa S. Congregatione cognoscendis, audito Episcopo Graeco-Rutheno.

Art. 21. Non licet sacerdotibus ritus Latini, sub poenis ab Apostolica Sede decretis et decernendis, quempiam Graeco-Ruthenum ad Latinum ritum amplectendum inducere.

Art. 22. Fideles Latini, etiamsi adsit presbyter Latini ritus, apud sacerdotem Graeco-Ruthenum ab Ordinario suo adprobatum, peccata sua confiteri et beneficium sacramentalis absolutionis valide et licite obtinere possunt. Item, fideles Graeco-Rutheni peccata sua confiteri possunt apud sacerdotem Latinum ab Episcopo suo adprobatum. Presbyteri vero Latini absolvere non poterunt fideles Graeco-Rutheni ritus a censuris et casibus reservatis ab Ordinario Graeco-Rutheno statutis, absque venia eiusdem. Vicissim idem dicatur de presbyteris Graeco-Ruthenis quoad censuras et reservationes statutas ab Ordinariis Latini ritus.

Art. 23. Omnibus fidelibus cuiuscumque ritus datur facultas ut, pietatis causa, sacramentum Eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant; ac insuper, ubi necessitas urgeat, nec sacerdos diversi ritus adsit, licebit sacerdoti Graeco-Rutheno ministrare Eucharistiam consecratam in azymo; et vicissim sacerdoti Latino ministrare in fermentato; at suum quisque ritum in ministrando servabit.

Art. 24. Quisque fidelium praecepto Communionis paschalis ita satisfaciet, si eam suo ritu et quidem a parocho suo accipiat.

Art. 25. Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio e manibus proprii parochi accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto a sacerdote quolibet illud accipere; qui tamen ritu suo ministrabit.

Art. 26. Funerum celebratio ac emolumentorum perceptio in familiis mixti ritus, ad parochum illius ritus pertineant, ad quem defunctus pertinebat.

Art. 27. Ad vitanda gravia incommoda quae inde Graeco-Ruthenis evenire possint, licitum erit eis, de venia proprii Ordinarii, sua festa et sua ieiunia observare iuxta consuetudinem locorum in quibus degunt.

Attamen haec observatio non inducit omnino mutationem ritus, neque tollit obligationem adimplendi praeceptum ecclesiasticum quoad audiendam Missam hoc tempore in sui ritus ecclesiis, si tales in loco exsistant.

## CAPUT IV.

### *De Matrimoniis inter fideles mixti ritus.*

Art. 28. Matrimonia inter catholicos Graeco-Rutbenos et Latinos non prohibentur; sed ad vitanda incommoda, quae ex rituum diversitate in familiis evenire solent, uxor, durante matrimonio, ritum viri sequi potest, quin ex hoc sui nativi ritus mutatio inducatur.

Art. 29. Soluto matrimonio, mulier proprium ritum originis resumere valet.

Art. 30. Matrimonia tum inter fideles Graeco-Ruthenos, tum inter fideles mixti ritus, servata forma decreti *Ne temere,* contrahi debent, ac proinde in ritu mulieris a parocho mulieris benedicenda sunt.

Art. 31. Dispensationes matrimoniales in matrimoniis mixti ritus, si quae sint dandae vel petendae, dentur et petantur ab episcopo sponsae.

Art. 32. Nati in regione Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis ex parentibus diversi ritus, ritu patris sunt baptizandi: proles enim utriusque sexus sequi omnino debet patris ritum.

Art. 33. Baptismus in alieno ritu ob gravem necessitatem susceptus, cum nimirum infans morti proximus esset vel natus esset in loco in quo, tempore nativitatis, parochus proprius patris non aderat, ritus mutationem non inducit; et sacerdos, qui baptizavit, proprio parocho testimonium baptismatis remittere debet.

Art. 34 Infantes ad eius parochi iurisdictionem pertinent, cuius ritus est eorum pater, exceptis natis ex illegitimo thoro qui sequuntur ritum matris.

Haec omnia Ssmus Dnus noster Pius div. prov. Papa X referente infrascripto huius S. Congregationis Rmo P. D. Secretario in audientia diei 12 augusti vert, anni rata habuit ac confirmavit praesensque decretum *ad decennium* valiturum edi iussit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex aedibus huius S. Congregationis, die 17 augusti anno 1914.

Fr. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Praefectus.*

L. *f*& S.

Hieronymus Rolleri, *Secretarius,*

# SACRA ROMANA ROTA

## NULLIUS SUBLAGEN.

### SOLUTIONIS

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die 29 maii 1914, BR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii,* Decanus Ponens, *Seraphinus Many, et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* Nullius Sublacen. - Solutionis, *inter sac.* Paulum Di Cecco *actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Nazarenum Patrizi advocatum, et* Capitulum cathedralis ecclesiae S. Andreae Apostoli, *repraesentatum per legitimos procuratores Carolum et Iulium Patriarca advocatos, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Vi legis eversivae patrimonii ecclesiastici diei 15 augusti 1867 art. 1, extensae ad romanam provinciam die 19 iunii 1873, Capitulum saeculare S. Andreae in civitate Sublacensi, et Capitulum regulare Benedictinorum S. Scholasticae prope eamdem civitatem, utpote collegiata, fuerunt a gubernio suppressa, eorumque bona confiscata. Reclamantibus autem contra suppressionem Capitulo S. Andreae et administratoribus civitatis Sublaci, die 30 iunii 1875 a civili auctoritate uti cathedralis recognita fuit ecclesia abbatialis S. Scholasticae. Ex adverso Summus Pontifex Pius IX in Uteris apostolicis datis in forma Brevis, quod incipit *Interest* diei 28 ianuarii 1876, cathedralitatis honorem et iura tribuit ecclesiae S. Andreae his verbis: « Definimus ac declaramus « ecclesiam S. Andreae in civitate Sublaci fuisse, et esse ecclesiam cathe« dralem, seu loco cathedralis cardinalis abbatis commendatarii nullius « dioecesis Sublacensis et quatenus opus sit, eam cathedralem ponimus « et constituimus, et uti talem ab omnibus habendam esse praecipi« mus ». Statim ab evulgatione huius Brevis, monachi conqueri caeperunt non omnia aperta fuisse Pontifici, apostolicumque documentum vitio laborare obreptionis et subreptionis: quare Leo XIII per organum S. Congr. Concilii die 26 aprilis 1892 declaravit in memoratis uteris nullum irrepsisse vitium, simulque ius cathedralitatis iterum ecclesiae S. Andreae recognovit. In tuto posita validitate Pianae constitutionis,

card. Macchi, administrator abbatiae Nullius-Sublacensis, die 22 maii 1893 in ius rapuit gubernium italicum apud tribunal laicale, ut pro cathedrali Nullius-Sublacen. recognosceretur ecclesia S. Andreae, eique reditus, quibus expoliata fuit anno 1873, restituerentur. Sed infausto exitu pro eminentissimo Actore lis conclusa est Iudices enim Capitulum regulare Benedictinorum recognovere tamquam Capitulum cathedrale Nullius-Sublacensis, cui proinde restituenda erant bona eidem anno 1873 confiscata. Contra hanc sententiam canonici S. Andreae, pro certo habentes se non fuisse in iudicio iam absoluto ab Abbate commendatario repraesentatos, gubernium insimul et monachos S. Scholasticae citarunt: « Per « sentir dichiarare, che la qualifica di cattedralità dell'abbazia di Subiaco « spetti alla chiesa ed al capitolo di S. Andrea apostolo, di Subiaco, e « che in conseguenza detto Capitolo non venne colpito di soppressione « dalle leggi 15 agosto 1867 (art. 1), estese alla provincia di Roma il « 19 giugno 1873. - Rilasciare in seguito di tale dichiarazione ordini, che « tutte le temporalità sieno al detto Capitolo di S. Andrea assegnate con « tutte le rendite raccolte sino al presente giorno, e colla condanna degli « opponenti alle spese ed onorarii di causa, salvo ogni altro dritto, « ragione », etc. Ast, causa vix introducta, cum summus Pontifex Leo XIII optaret, ut lis inter unum et alterum Capitulum amicabili transactione finiretur, Emus card. Seraphinus Vannutelii, tunc temporis praefectus S. Congr. Episcoporum et Regularium, ab utroque Capitulo arbiter electus, die 28 novembris 1897 laudum emisit a contendentibus subscriptum, in quo, aliis omissis, iubetur « che il Capitolo di S. Sco- « lastica somministri annualmente al Capitolo di S. Andrea la rendita « netta di L. 4000 neh' ipotesi che abbia dal Governo l'assegno di « L. 16.000; di L. 4250 se l'assegno del Governo raggiungerà là somma « di L. 20.000 nette; di L. 4500 se l'assegno governativo toccasse le « L. 30.000 nette... In compenso degli arretrati nella divergenza delle « parti, Sua Eminenza Revma, facendo uso dei suoi poteri arbitramen- « tali, ha stabilito la somma di L. 8000 da pagarsi dal Capitolo di « S. Scolastica al Capitolo di S. Andrea, ed a questo giudizio di S. Emi^ « nenza le parti hanno annuito ». Capitulum S. Scholasticae a gubernio recepit summam L. 16.000, hinc ab eodem Capitulo canonicis S. Andreae soluta est summa L. 4000 quae adhuc solvitur. Hac ratione quaestioni vexatissimae finis impositus est monachos inter S. Scholasticae et Capitulum S. Andreae. At non est hic controversiarum finis. Sciendum enim est, quod cum in ecclesia S. Andreae post suppressum a gubernio in ea Capitulum, imminutus fuisset numerus canonicorum, qui divinis officiis, sacrisque functionibus operam darent, card. Angelus Bianchi Nul-

lius-Sublacensis abbas commendatarius delegatus, die 25 octobris 1888 accedente consensu omnium capitularium, ibidem novum canonicatum erexit sub nomine et titulo Ss. Angelorum Patronorum caelestium. Cum autem hunc canonicatum canonici S. Andreae exclusum voluerint a participatione summae superius indicatae, reverendus Paulus Di Cecco, qui eumdem canonicatum possedit per duos annos, i. e. ab. anno 1904 usque ad annum 1906, ad H. S. O. recursum habuit ex speciali Summi Pontificis concessione, et causa hodie proponitur sub dubio a partibus concordato : *An sac. Paulus Di Cecco ratione sui beneficii Ss. Angelorum in ecclesia cathedrali Sublacen. erecti ius habeat ad partecipationem reditus constituti per conventionem initam sub die 28 novembris 1897.*

Ad quaestionem dirimendam ante omnia visum est Patribus perpendere Bullam erectionis canonicatus Ss. Angelorum. In hac Bulla cavetur, ut novus canonicatus quoad ipsam dotem, seu praebendam, sit omnino distinctus ab aliis canonicatibus, ita ut his nullum praeiudicium inferatur, et novus canonicus nullo modo se immiscere possit ceteris praebendis, neque earum administrationi. Haec enim expresse leguntur in Bulla: « integris manentibus, quae nunc sunt, canonicorum « praebendis, quibus nullum omnino praeiudicium inferre intendimus, « neque canonicis eas actu possidentibus, in quibus praebendis earumque « administratione sive primae, sive alterius erectionis sint, ille qui in « posterum canonicatus sic a Nobis instituti possessor erit, nullo modo, « aut causa, aut quaesito colore sese immiscere debebit. Pro fundo autem, « seu manso, ac dote canonicatus ita a Nobis erecti, volumus esse ac « statuimus et decernimus, ut sit et esse debeat titulus, seu nomen publi- « cum anonymum in summa libellarum octo millium... statis temporibus « ab eo, qui eiusdem canonicatus possessor erit, libere et privative « quantum ad alios canonicos percipiendarum ». Igitur, inspecta Bulla erectionis, praebenda novi canonicatus, quae specifice et accurate designatur et determinatur, omnino distincta remanere debet a ceteris praebendis, et novus canonicus se immiscere nequit eisdem praebendis, earumque administrationi, neque eisdem ullum potest praeiudicium inferre. Porro, si admitteretur petitio sacerdotis Di Cecco, et ei ratione sui canonicatus tribueretur pars in dicta summa libellarum 4000, canonicus Ss. Angelorum contra mentem Bullae erectionis se immisceret ceteris praebendis, eisque praeiudicium inferret. Vim huius argumenti persentiens patronus sac. Di Cecco in sua responsione n. 3 scribit: « per « has praebendas, quas integras manere vult auctor Bullae, non intelli- « gendas esse praebendas veteres canonicorum, sed tantummodo portio-

« nes, quas canonici S. Andreae percipiebant ex reditibus a gubernio « datis pro quota curata archipresbytero et primicerio Capituli, qui redi« tus ad normam decreti S. Congregationis Concilii *Ad dirimendas,* inter « omnes canonicos dividi debebant ». Verum haec interpretatio admitti nequit, nam: 1) Hae portiones nullo modo dici possunt praebendae: praebenda enim est illa dos, quae unicuique canonicatui vel beneficio, in actu erectionis assignatur tamquam correspondens officio, quod possessori beneficii imponitur: portiones autem illae nihil aliud sunt, nisi partes quorundam redituum, quos uni vel alteri canonico titulo parochorum gubernium relinquit, quos reditus S. Cong. Concilii iussit dividi inter omnes canonicos ad quamdam aequalitatem, quantum fieri potest, servandam. 2) Bulla erectionis non loquitur simpliciter de praebendis, sed de praebendis sive primae sive alterius erectionis: porro haec verba « sive primae, sive alterius erectionis » manifeste indicant auctorem Bullae in mente habuisse veteres praebendas, quae revera erant vel primae, vel alterius erectionis, non vero praefatas portiones, quibus dicta verba applicare ridiculum esset. Neque refert quod anno 1888, quo canonicatus Ss. Angelorum fuit erectus, veteres illae praebendae amplius non essent, utpote confiscatae a gubernio. Etenim quia iniuria confiscatae fueraut, earum dominium iure retinebat Capitulum: et insuper post Breve Pii IX, magna spes aderat, ut recuperarentur, quod evenit vi transactionis 28 novembris 1897, de qua nunc est agendum.

Finis litis motae a Capitulo S. Andreae anno 1897 adversus Capitulum regulare Benedictorum et gubernium fuit, ut Capitulum S. Andreae recognosceretur uti Capitulum cathedrale Nullius-Sublacensis, eique proinde ad normam legum civilium restituerentur sibi bona confiscata anno 1873. Hoc luculenter patet ex citatione diei 6 maii 1897. Si deinde, optante Leone XIII, Capitulum liti renuntiavit et controversia fuit amicabiliter per transactionem composita, transactio locum tenuit litis et eius vices agit: i. e. sicuti in actione iudiciali canonici S. Andreae dimicabant pro recognitione cathedralitatis et bonorum restitutione: ita in transactione inita cum Benedictinis eamdem intentionem habuisse dicendum est. Quod aliunde Canonici apertissime manifestarunt in coetu capitulari die 24 novembris anni 1897, in quo dixerunt propositam transactionem acceptare his conditionibus:

« 1) Che nel foro ecclesiastico restino integri ed illesi i diritti di « cattedralità del Capitolo, e della chiesa di sant'Andrea, diritti riconosciuti e sanciti dal Breve *Interest* di Pio IX, 28 gennaio 1876.

« 2) Che a causa vinta i Rr. Monaci di S. Scolastica, diano al Capi« tolo di S. Andrea un'annua prestazione non inferiore all' assegno, che

« il Capitolo stesso avrebbe avuto dal Governo, qualora fosse uscito « vincitore della lite ».

Monachi autem S. Benedicti ad obsequendum petitioni canonicorum S. Andreae, in art. 1 transactionis se obligant ad solvendam quotannis Capitulo S. Andreae summam libellarum 4000. Haec ergo summa in mente utriusque paciscentis repraesentat bona Capituli S. Andreae confiscata a gubernio anno 1873.

Cum itaque summa concordataria repraesentet bona confiscata praedicto anno 1873, canonicus Ss. Angelorum nullum prorsus ius in eadem summa habet: praebenda enim canonicatus Ss. Angelorum non fuit anno 1873 fisco addicta, nec poterat confiscan, cum non exsisteret. Reprehendendos proinde haud esse iudicarunt Patres, canonicos S. Andreae, qui in conventu capitulari 1 iulii anno 1903 deliberantes de praedictae summae repartitione, a qualibet huius summae participatione canonicum Ss. Angelorum exclusum voluere. Canonici enim bene scientes Capitulum S. Andreae, tempore quo fuit suppressum, constare octo canonicis primae erectionis, tribus canonicis secundae erectionis et quatuor mansionariis, statuerunt: « prelevate L. 720 quale « retribuzione ai quattro mansionarii in L. 180 per ciascuno, tante quante « ne percepivano prima della soppressione, le residuali L. 3280, dividerle «*pro rata aequali* tra gli otto canonici di prima erezione, i due aggiunti « Martini e Giordani, ed uno da nominarsi ». Hi tres postremi canonici suffecti fuere tribus canonicis iam demortuis secundae erectionis. Partitio haec tam rationalis visa fuit et tam conformis fini transactionis et menti transigentium, ut ipse Angelus Pelliccia, qui tunc temporis canonicus erat Ss. Angelorum, deliberationi Capitulari propriam subscriptionem apposuerit, eamque Emus vir cardinalis Macchi abbas commendatarius Sublacensis die 15 augusti eiusdem anni approbaverit.

Adversus haec plura afferuntur a patrono actoris Di Cecco, quae silentio praetereunda non esse censuerunt Domini Patres.

1. Obiicit ex verbis praefatae deliberationis capitularis diei 1 iulii anni 1903: «Volendo portare il numero dei canonici almeno a dodici, « perchè non meno di dodici, a causa vinta, ne avrebbe ricostituiti il « Governo, considerato che non si è avuto dai Rr. Monaci quanto si era « domandatoci stabilisce che il dodicesimo canonicato sia quello fondato « sotto il titolo degli Angeli Custodi, il cui reddito è superiore a lire «trecento». Deinde sub numero 2 decernitur: «Che nella vacanza di « uno dei suddetti canonicati, rimanendo ai superstiti il peso delle spese « di culto, delle messe cantate pro benefactoribus, e delle messe

« ultime, ecc., il reddito venga diviso tra loro in porzione eguale, costi« tuendo tutti massa comune ». Si igitur canonicatus Ss. Angelorum aliis canonicatibus efformantibus Capitulum cathedrale aequiparatur et massam communem cum eis constituit, consequens est summam libellarum 4000 eamdem massam repraesentantem, inter duodecim canonicos esse dividendam. At in primis certum non est in casu victoriae Capituli, a gubernio institutum fuisse duodecimum canonicatum. Nam dnus Tami, director generalis officii *Fondo per il Culto,* iam ab anno 1877 in epistola 6 iunii eiusdem anni declaravit gubernium restituturum Capitulo tantum quantum eidem ademit, bona videlicet « dei quali le fu dato il possesso e che sono quelli delle due masse di « T e *T* erezione ». Deinde admissa ex parte gubernii novi canonicatus institutione, gratis omnino asserito a patrono Di Cecco, quod a gubernio canonicus Ss. Angelorum recognitus fuisset uti duodecimus, eidem congrua pars redituum fuisset soluta. Canonicus enim Ss. Angelorum, utpote relate ad gubernium inexsistens, autonomus et a ceteris quoad suam praebendam distinctus permansisset, sicuti ad praesens autonomus et distinctus est. Verba autem adhibita a Capitularibus « costituendo tutti massa comune », non certe referri possunt ad praebendas, quasi unam massam constituerent: hoc enim contrarium esset Bullae erectionis canonicatus Ss. Angelorum, in qua aperte separata est praebenda novi canonicatus a ceteris praebendis, sed hoc sensu accipienda sunt: vacante videlicet aliquo ex duodecim canonicatibus, reditus vacantis canonicatus aequaliter dividi debet inter undecim alios canonicos, in compensationem expensarum et onerum quae tunc sibi assumunt, celebrationem videlicet missarum pro benefactoribus, missarum ultimarum, etc. Unde hic reditus canonicatus vacantis, pro tempore vacationis est quasi emolumentum extraordinarium vel distributio extraordinaria, quae cedit aliis canonicis, qui hac in re constituunt massam communem.

2. Dicit secundo loco patronus Di Cecco, rev. Pelliccia canonicum Ss. Angelorum convocatum fuisse ad comitia capitularia die 24 novembris 1897; in comitiis cum ceteris Capitularibus de lite contra gubernium et monachos Benedictinos intentanda deliberasse; proprio nomine cum ceteris capitularibus citationes notificasse; pro curatoribus Capituli mandatum, sicut et ceteri, dedisse: hoc autem signum apertum est et argumentum, canonicum Ss. Angelorum in eodem gradu fuisse quo ceteri capitulares, quoad omnia quae respiciebant litem eiusque exitum. Verum hic recolendum est, quod supra diximus: finem nempe litis et transactionis, quae liti finem imposuit, duplicem fuisse: recogni-

tionem videlicet cathedralitatis S. Andreae, et recuperationem bonorum, quae a gubernio fuerunt confiscata anno 1873. Iamvero canonicus Ss. Angelorum rev. Pelliccia, uti vere et proprie canonicus S. Andreae, vi ipsius Bullae erectionis concurrere debebat cum aliis ad vindicandam eiusdem ecclesiae cathedralitatem. Recuperatio vero massae capitularis erat quid consequens cathedralitatis recognitionem: mirandum proinde non est, quod, cum adstringeretur ad dimicandum cum aliis pro cathedralitate, necessario vindicaret massam capitularem.

3. Addit patronus canonicum Pelliccia partem suam habuisse tum in iis, quae a monachis Benedictinis soluta sunt pro annis elapsis *(arretrati)*, tum in summa annua L. 4000, quae ab iis solvi debuit vi transactionis diei 28 novembris anni 1897, et ideo non posse successorem eius rev. Di Cecco privari iis emolumentis, quae antecessori tributa sunt.

Verum est canonicum Pelliccia admissum fuisse ad partecipationem summae solutae pro annis elapsis, et hoc dicunt etiam Patroni Capituli, qui sic rem exponunt: « Egli (can. Pelliccia), fu bensì ammesso a parte « degli arretrati, ma un tale atto di liberalità, di riconoscenza, con la quale « i Canonici di prima e di seconda massa vollero rimunerare il rev. Pel- « liccia per l'opera da lui prestata in comune cogli altri, per la difesa della « cattedralità del Capitolo, non si sa per quale ragione dovrebbe for- « mare una fonte di legittime aspettative fra i suoi successori ». Quod autem attinet ad summam annuam libellarum 4000, denegandum est canonicum Pelliccia admissum fuisse ad huius summae partecipationem. Si enim in declaratione diei 13 ianuarii anni 1904 dicit in capitulo generali decisum fuisse, quod ipse admitteretur ad participationem summae L. 4000,in novissima declarationes maii 1914 explicat quae dixerat in priori declaratione, sese plene remittendo ad ea, quae ipse deliberavit et subscripsit in dicto capitulo generali diei 1 iulii 1903. At in hoc generali capitulo ab omnibus, incluso canonico Pelliccia, decisum est praefatam annuam summam libellarum 4000 dividendam esse inter undecim canonicos, ita ut unusquisque reciperet L. 398,18, et duodecimum canonicum, scilicet canonicum Ss. Angelorum, contentum esse debere sua praebenda, cuius reditus superat libellas 300. Quod autem pro anno 1904 canonicus Pelliccia receperit partem praefatae summae L. 4000 mirum esse nequit, cum die 26 decembris anni 1903, dimisso canonicatu Ss. Angelorum, renunciatus fuerit canonicus primae erectionis.

4. Scribit tandem patronus in sua responsione n. 10 et sq. : Si a participatione annuae summae libellarum 4000 duodecimus canonicus excludi debeat, non canonicum Ss. Angelorum excludi debere, sed cano-

nicum Lattanzi: hic enim est proprie duodecimus, uti constat ex Bulla erectionis, in qua legitur: « Undecim canonicatibus modo exsistentibus « duodecimum addere constituimus », etc. At in hoc aperta est aequivocatio. Canonicatus, quo fruitur rev. Lattanzi, est quidem ultimus seu duodecimus ratione erectionis, quia post alios undecim erectus est, non autem ratione praebendae, qua inspecta, canonicatus duodecimus est canonicatus Ss. Angelorum, ut expresse decisum est in capitulo generali diei 1 iulii 1903. Ratio est, quia eius praebenda omnino distincta et separata habetur ab undecim aliis praebendis, quae constituunt massam communem et longe ante praebendam Ss. Angelorum praeexsistèbant.

Quibus omnibus rite perpensis atque consideratis, Nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, dicimus, declaramus ac definitive sententiamus sac. Paulum Di Cecco ratione sui beneficii Ss. Angelorum in ecclesia cathedrali Sublacen. erecti, ius non habere ad participationem reditus constituti per conventionem initam sub die 28 novembris 1897: videlicet ad propositum dubium respondemus: *Negative.* Expensas vero iudiciales declaramus esse inter partes compensatas.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normas sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 29 maii 1914.

G. Sebastianeiii, *Decanus Ponens.*
L. £B S. S. Many.
F. Heiner.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 10 iunii 1914.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

# SECRETARIA STATUS

## EPISTOLA

AD R. P. AEMILIUM PEILLAUBE, MODERATOREM SEMINARII SANCTI THOMAE AQUINATIS, LUTETIAE PARISIORUM, OB EXEMPLAR CONSTITUTIONIS SEMINARII EIUSDEM BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Monsieur l'Abbé,

Dès que le *Règlement du Séminaire Saint-Thomas d'Âquin* m'a été remis par Mgr Pacelli, je me suis empressé de le déposer entre les augustes mains du Saint-Père.

Je suis heureux, aujourd'hui, de vous annoncer que le Souverain Pontife a eu pour très agréable un tel hommage lui parvenant, par une heureuse coïncidence, immédiatement après la publication du Motu-proprio *Doctoris Angelici,*

Sa Sainteté a donc éprouvé une profonde satisfaction en constatant combien est vif, dans la Faculté de Philosophie de l'Institut Catholique de Paris, laquelle a dernièrement admis parmi ses membres le savant adversaire de la philosophie bergsonienne, Mr Maritain, et dans le Séminaire si dignement dirigé par vous, le culte de l'Ange de l'École dont le Souverain Pontife a de nouveau glorifié l'incomparable doctrine.

Et comme la piété et la pratique de la vertu aident puissamment l'intelligence humaine dans l'acquisition de la vraie science, la sentence d'or du même Docteur, dans la Somme Théologique ($2^{a}$ $2^{ae}$, 9, XV-a, 3, in corp.): « Virtutes... maxime disponunt hominem ad perfectionem « intellectualis operationis », s'adaptant parfaitement à notre sujet; Sa Sainteté a daigné encore se montrer très satisfaite en voyant avec quelle sollicitude et quel soin le Règlement offre, et prescrit même aux élèves, les moyens les plus appropriés pour accroître en eux l'esprit de prière, et avancer dans les voies de la perfection.

Avec l'expression de mes remerciements personnels pour l'exemplaire du même Règlement que vous avez eu la bonté de me destiner, et les vœux les plus ardents pour la prospérité de cet Institut dont la sainte Église se promet, en France, un si gran bien et des fruits si abondants, je vous offre, monsieur l'Abbé, l'assurance de mes sentiments dévoués en Notre-Seigneur.

Rome, le 16 juillet 1914.

R. CARD. MERRY DEL VAL.

Annus Vf. - Vol. VI. Die 17 Septembris 1914. Num. 15

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

## CONCLAVIS COADUNATIO

## ELECTIO ET COEONATIO SUMMI PONTIFICIS BENEDICTI XY

### CONCLAVIS PRAEPARATIO

Ad normam Constitutionis Pianae ***Vacante Sede Apostolica,*** Emi ac Rmi Patres Cardinales quam cito ea omnia ad Conclave incohandum necessaria, quae sui muneris essent, decreverant ac disposuerant.

Caeremoniarum autem Apostolicarum Praefectus peculiares dedit normas, alteram circa vestes ab ipsis Emis DD. Cardinalibus eorumque familiaribus durante Conclavi adhibendas, alteram vero circa custodiam Rotarum Conclavis.

I

### DISPOSIZIONI PER IL VESTIARIO DA USARSI DAGLI EMINENTISSIMI SIGNORI CARDINALI E DALLA LORO CORTE, DURANTE IL CONCLAVE

Gli eminentissimi signori Cardinali, nella Messa privata ***de Spiritu Sancto,*** che ascolteranno nei giorni del Conclave, e durante gli Scrutini, useranno la sottana e la mozzetta violacea di lana con fascia di seta, e fiocchi simili senza oro.

Faranno portare anche la cappa di seta violacea, con il rocchetto griccio, che indosseranno nella seconda adorazione dell'eletto Pontefice.

I conclavisti useranno sempre la sottana ed il ferraiolone di color nero, e porteranno seco una cotta per l'assistenza alla Messa privata del proprio Emo.

I domestici useranno il frak, calzone lungo di color nero e cravatta bianca.

Gli eminentissimi signori Cardinali si rendono avvisati che nella prima mattina del Conclave, alle ore 7, sarà celebrata dall'Emo signor Cardinale Decano la Messa letta *de Spiritu Sancto,* nella quale gli altri Emi si accosteranno alla santa Comunione.

Per mandato del sacro Collegio, 25 agosto 1914.

Francesco Riggi,
*Protonot. Apost., Prefetto delle Cerini. Pont.*

II

DISPOSIZIONI PER LA CUSTODIA DELLE ROTE DEL CONCLAVE

Gli Illmi e Rmi Monsignori Decani dei Collegi degli Arcivescovi e Vescovi Assistenti, Protonotari Apostolici, Uditori di Rota, Chierici di Camera, Votanti di Segnatura, si compiaceranno avvertire i loro Collegi, che nel prossimo lunedì 31 agosto 1914, ore 5 pomeridiane, si trovino nella Sala Regia del Palazzo Apostolico Vaticano, per prestare il consueto giuramento sulla custodia delle Rote del Conclave.

Delle Rote che sono a capo della scala di Pio IX, presso l'ingresso al Cortile di S. Damaso, la I[a] sarà custodita dai Monsignori Chierici di Camera, la 2[a] dai Monsignori Protonotari, la 3[a] dagli Arcivescovi, Vescovi ed Uditori di Rota, e la 4[a] dai Votanti di Segnatura.

Le dette Rote rimarranno aperte dalle ore nove alle undici e mezzo della mattina, e dalle ore cinque alle sette pomeridiane.

Gli abiti da usarsi sono sottana nera con fascia di lana colore nero e fiocchi, rocchetto liscio senza merletto, e mantelletta di colore nero.

I Decani dei rispettivi Collegi designeranno il turno da osservarsi nella custodia delle medesime Rote.

26 agosto 1914.

Francesco *Riggi,*
*Protonot. Apost., Prefetto delle Cerim. Pont.*

COMMISSIONES PATRUM CARDINALIUM DE REBUS CONCLAVE RESPICIENTIBUS

1) ***Pro Conclavi praeparando***

Emi et Revmi Domini Cardinales:

Franciscus Salesius Della Volpe,
Octavius Cagiano de Azevedo,
Caietanus Bisleti.

2) ***Pro Conclavistis a approbandis***

Emi et Revmi Domini Cardinales^:

Diomedes Falconio,

Basilius Pompilj,

Scipio Tecchi.

3) ***Pro clausura et custodia Conclavis***

Emi et Revmi Domini Cardinales:

S. R. E. Camerarius,

Cardinales capita Ordinum.

Caeremoniarum Praefecti vices gerens.

OFFICIALES CONCLAVIS

***Sacri Collegii Secretarius:*** Illmus ac Revmus D. Thomas Pius Boggiani, Archiepiscopus tit. Edessenus.

***Gubernator :*** Excmus ac Revmus D. Aloisius Misciattelli, Subpraefectus SS. PP. AA.

***Marescallus Conclavis eiusque Capitami:***

Excmus D. Ludovicus Chigi princeps, Marii patris Marescalli perpetui, ex sacri Cardinalium Collegii speciali mandato, locum tenens,

Ioseph Alessandri,

Henricus Manui,

Caietanus Senni, comes.

Philippus Faustus Marucchi.

Franciscus Bersani,

Vincentius Giglini, ***a Secretis.***

***Praefectus Sacrarii Apostolici :*** Illmus et Revmus D. Augustinus Zampini, Ep. Porphyreonensis.

***Subsacrista:*** Rev. P. Augustinus Piiferi, ex Ord. Eremit. S. A.

***Confessarius:*** Rev. P. Benedictus Oietti, S. I.

***Caeremoniarum, Magistri:*** Rmi DD.

Nicolaus D'Amico, ex sacri Collegii speciali mandato Praefecti munere fungens,

Ioseph Tani,

Ioannes Baptista Menghini,

Alfonsus Carinci,

Carolus Respighi,

Aloisius Capotosti.

***Architectus:*** Fridericus Mannucci.

***Commissarius Conclavis:*** Philippus Pacelli.

***Medici:*** Caesar Goretti,

Aloisius Cagiati.

***Cliirurgus:*** Andreas Amici.

***Provisor:*** Franciscus Xaverius Seganti.

***Commeatui praefectus:*** Ioannes Loreti.

***Cellerarius et Promus:*** Iacobus Marzi.

***Pharmacopola:*** R. P. Narcisus, ex Ord. FF. S. Ioannis de Deo.

MISSI DE SPIRITU SANCTO

Pro Missa de Spiritu Sancto, ante ingressum in Conclave celebranda, ipsoque ingressu, haec edita est

INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA, DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Feria II, die 31 augusti 1914, hora nona cum dimidio, in sacello Paulino Palatii Apostolici Vaticani, ab Emo et Rmo D. Dominico Ferrata Missa solemnis de Spiritu Sancto celebrabitur.

Emi et Rmi DD. Cardinales, vestibus laneis et cappis sericis violaceis induti, accèdent.

Post Missam habebitur oratio *de eligendo Summo Pontifice.*

Eadem die, hora quinta post meridiem, Emi et Rmi DD. Cardinales, induti veste et mozzetta violaceis laneis cum zona serica eiusdem coloris, in sacellum praedictum convenient.

Deinde, praecedente Cruce, Cantoribus hymnum *Veni Creator* concinentibus, supplicabundo ritu incipiendo a senioribus, Conclave ingredientur, et reliqua ibi de more peragentur.

Eminentissimi Patres supradictis vestibus in scrutinio utentur.

De mandato Emi et Rmi domini Cardinalis Decani

Franciscus Riggi, *Protonotarius Apost., Caerem. Praefectus.*

Haec omnia die 31 augusti adamussim perfecta sunt. En vero quae ab Illmo et Revmo D. Aurelio Galli, epistolarum ad Principes Secretario, habita est

ORATIO DE ELIGENDO SUMMO PONTIFICE

Verba facere ad vos hodierno die, Patres eminentissimi, etsi iussus, ut sum, a vobismet ipsis, non tamen inducerem animum, si meam tan-^ tummodo exiguitatem et personae et ingenii considerarem. Nam quis ego sum, qui amplissimum Collegium vestrum, in quo nunc Ecclesiae sanctae residet principatus, ausim in tanta quidem causa quicquam admonere? Aut quid cogitationi vestrae queam subicere, quod non ipsi multo melius iam videritis? Num vero cohortatione indiget studium vestrum consulendi viduitati Ecclesiae, cum certe nihil vobis sit antiquius quam communem reddere Parentem catholico nomini, praesertim tam formidoloso orbis terrarum tempore? Verumtamen, quando vos veterem retinere consuetudinem, mihique hoc mandare honestissimi muneris voluistis, obsequar voluntati vestrae, confisus quidem vestra humanitate, at fretus maxime benignitate Dei, qui, ut probabilis quidam orator ait in re simili, saepe rudibus et imperitis ea suggerit dicenda, quae audita etiam sapientibus prosint. Dicam igitur, tamquam unus de multis et quasi communium votorum interpres, quid a vobis populus christianus exspectare videatur: dicam autem, quam brevissime poterò; neque enim convenire arbitror, ut apud eos multum strepat humana vox, quibus afflat Spiritus Dei.

Ex omnibus muneribus, Patres eminentissimi, quae vestri honoris amplitudo complectitur, hoc longe maximum est ac prope divinum, cuius causa congregati estis. Nam in ordinaria perfunctione vestrarum partium excelsam profecto obtinetis dignitatem, utpote qui Romano Pontifici opera consilioque adsitis ad universam gubernandam Ecclesiam ; nunc vero vestrum est decernere, quis ipse esse debeat Ecclesiae gubernator. Utique accipiet ille proxime a Deo tantam potestatem, sed non aliter, nisi eum vos designaveritis, accipiet. Quemadmodum igitur divina Christi Domini virtute ac voce ille Simon Bar-Jona primitus constitutus est Petrus, id est fundamentum Ecclesiae, ita Christo advocante per vos non quidem Simon sed Petrus tamen perpetuo reviviscit. Itaque perspicuum est rem vos habere in manibus incredibilis cuiusdam gravitatis maximique ponderis, de qua Pastorum Principi severam aliquando rationem reddere debeatis; sed non minus apparet, diligenter oportere vos attendere, quomodo divinus Ecclesiae Auctor in primo Vicario suo

deligendo se gesserit. Iam vero, cum Dominus Simoni et Petri nomen fecit et claves regni caelorum se daturum promisit, quid nisi eius fidem insigni praemio remuneran voluit, quod se Christum Filium Dei vivi sollemniter esset professus? Cumque eidem, traditis agnis ovibusque suis ad pascendum, universae Ecclesiae regimen commisit, postquam triplicem ab eo declarationem amoris elicuisset, nonne Petri erga se caritatem ornavit? Quin etiam ita locutus est Dominus, ut pateat, haec duo fuisse in causa, cur illum, ceteris Apostolis posthabitis, Ecclesiae suae praeposuerit, vigorem fidei et ardorem caritatis.

Harum quidem virtutum decora exstare atque eminere semper in Pontifice Romano debuerunt: at hodie cum maxime. Videtis, eminentissimi Patres, in quo motu temporum, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. Nihil me attinet demonstrare vobis horrificam miserabilemque faciem Europae fere omnis, ubi subito nec opinato tantum incendium teterrimi ac pericolosissimi belli exarsit propagarique coepit, quantum post hominum memoriam numquam exstiterat. Etsi non ita repentinum dici debet exarsisse prudentibus; latebant enim in sinu civitatum, velut cineri suppositus ignis, huius mali semina.

Certe, impendentem praesagire procellam visus est Pater augustus, cuius ex desiderio condole mus, cum vos in sacro Consistorio postremum alloqueretur; qui etiam commemorans de iis, qui communiter ad calamitates turbarum caedesque bellorum prohibendas omne studium contulissent « optimum enimvero propositum, inquit, sed parum fructuosa « consilia, nisi detur simul et impense quidem opera, ut iustitiae cari- « tatisque christianae praescripta alte in animis hominum radices agant ». Et vere, huius tantae eversionis rerum quidnam est causae, nisi quod a christiana sapientia, cuius fundamento humana haec societas constituta est, fere civitates defecerunt ? Etenim, ut nunc sunt publici privatique mores, numquam fortasse versari in tanto discrimine christiana instituta consueverunt. Ac primum, si universe in res publicas considerationem intendas, reverentiam religioni debitam fere frustra requires; potius composita ad contemptum religionis omnia reperies. Nam quid non ausum est legibus adversus iura, libertatem, dignitatem Ecclesiae? Mitto publicata patrimonia sacrorum, addictos militiae clericos, dissipatas religiosorum familias: praetereo sexcenta imposita maiestati religionis vulnera. Illud nominatim deplorari debet, quod recta pertinet ad profanandam usque ab stirpe progeniem filiorum Dei: violatam dico sanctitatem christiani coniugii, facta maxime potestate divortiorum. Nostis praeterea in institutione adolescentis aetatis altum esse de religione silentium; curricula vero graviorum disciplinarum omnibus opinionum patere

erroribus, quos saeculum fuderit: ita ut non mediocre videatur specimen constantiáe, siqui incolumem retinuerit avitam Fidem. Quare nihil hodie tam crebro quam illa audire licet: non huius aetatis esse piam maiorum credulitatem ; rerum scientiam, prolatis iam doctrinarum finibus, consistere cum Fide non posse; omnia demum ordine naturae comprehendi, nec, quod superet naturam, esse quicquam. Haec in libris scriptisque cotidianis, in scholis, in sermonibus, non secus ac provectae eruditionis decreta celebrari solent. Adde, quod miserrimum est, ex ipso sacro ordine non paucos, opinione scientiae inflatos, in errores eiusmodi abiisse, quibus doctrina divinitus tradita reiiceretur omnis; eoque provectos esse contumacia, ut ab Ecclesia matre potius transfugerent quam talia errorum portenta repudiarent. - At quando tanta incessit vel oblivio vel contemptio acceptae a Deo veritatis, consentaneum est christianam vivendi disciplinam convelli radicitus oportere. Silente enim voce et admonitione Fidei, quae in exspectationem rerum futurarum vivere hominem cum virtute iubeat, quid est quod continere possit in officio cursum cupiditatum? Hinc illa infinita appetentia habendi, atque nullo saepe aequi iniqui discrimine quaerendi rem; hinc, pro modestia et verecundia late superbia et arrogantia invasere, adeo ut nullum iam sanctum sit ius nomenque auctoritatis. Quod autem christianis institutis repugnat maxime, flagrat haec aetas flagitiosarum studio voluptatum, et immane quantum flamma cotidie gliscit, circumiectis undique vitiorum illecebris. Scimus, quo licentia scaenae, quo mollium scriptorum protervitas, quo artium lenocinia processerint. Denique, si quis circumspiciat omnia, nimis apparet, hanc humani generis societatem, cum eam in se formam, quam Iesus Christus impresserat, malarum pertinaci opera sectarum sensim deleri sinat, nisi Deus mature adiuvet, ad mores atque instituta ethnicorum revolvi. •- Itaque, oblitteratis apud longe plurimos christianae disciplinae principiis, illud factum est quod erat consecuturum, ut hominum ac gentium rationes mutuas, nihil iam aliud nisi propriae utilitatis ratio temperaret. Iam vero, quoniam amor sui, ubi iustitia non dominatur, facile modum transit invaditque in alienum si potest, numquam fortasse antea loco fraternitatis humanae, quam praedicant, tam graves inter se inimicitias homines exercuerunt. Cernere non sine metu solemus ordines ordinibus civium infestos, cum contra locupletes concitati opifices non cessent vel per apertam vim ad eam contendere fortunarum aequalitatem, quam civilis societatis natura non patitur. Plena enim formidinum haec est causa *socialis* quae dicitur. Sed nunc, cum videmus, magnas ac potentissimas nationes et gentes, postquam diuturnas simultates habuerint, omnibus ad interneeionem

instrumentis inter se confligere atque cruore hominum perfundere Europae campos, sane horremus animo, quorsum haec tanta conflagratio rerum sit demum evasura.

Hanc, eminentissimi Patres, condicionem temporum magnopere consideretis oportet, antequam ad designandum summum Ecclesiae Antistitem veniatis. Goncidet, ubi Deus miserens iusserit, cuius iracundia excitatus est, concidet, inquam, belli facibus sanguine restinctis, iste digladiandi furor; atque arridente iterum hominibus alma pace, quod utinam celeriter fiat, tamquam ex minis orbis veteris nova quaedam compositio civitatum emerget. Verum, etsi *sanabiles fecit* Deus *nationes orbis terrarum,*[1] atque etiam ad eas sanandas ipsum ferrum ignernque bellorum dicendus est convertere, residebunt tamen etiam tum in visceribus civitatum ea maiorum elementa quae vidimus. Ipsa haec resecare aut coercere quoad possit, munus et officium erit ab eo praestandum Pontifice, quem vos electuri estis. - Talem igitur constituée Petri successorem qui, Principis Apostolorum exemplo, anteire ceteros fide videatur. Neque enim, incuriosos caelestium bonorum, posset homines ab amore et sollicitudine terrenarum rerum deducere, si ipse ante omnes conversum ad superna animum non haberet. Quapropter fastigium Apostolicae dignitatis non modo non ambitione petat, sed suae humilitatis conscientia réfugiât, et quamvis, suis non confidens viribus, tantum detrectet onus, id tamen subeat in divinae tantummodo obsequium voluntatis. Omnino sit animo ita comparatus, quemadmodum Gregorius ille Magnus, qui ad Gyriacum episcopum Constantinopolitanum de se scribens « Ego quoque, inquit, qui indignus ad locum regi**ae** minis veni, infirmitatis meae conscius, secretiora loca petere aliquando « decreveram; superna mihi indicia adversari eonspiciens, iugo Conditoris « subdidi cervicem cordis ». Brevi, si vultis, quod non est dubium, temporibus christiani nominis recte consulere, in eum virum vestra suffragia concurrant, qui vivat ex fide. Is, unice Dei et animarum sibi proposita causa, cum integritas doctrinae catholicae tuenda errorumque seges vel in rebus fidei vel in finitimo genere erumpentium amputanda fuerit, nec adversarum rerum aculéis absterreri, nec secundarum blandimentis detineri, nec ullis impedimentis retardari ab officio possit. Etenim « soliditas illius fidei, quae in Apostolorum Principe est laudata, « perpetua est », ut sanctus Leo Magnus ait; sed tamen, nisi opinionum pravitatibus, ubi primum serpere occulte coeperint, vigilanter obsistatur,

[1] *Sap.*, I, 14.

aut nisi oves quae ea laborent scabie, cum ad sanitatem nulla ope revocari potuerint, prorsus segregentur, profecto perturbatio magnaque confusio sequatur christianae societatis; ac non pauci, haud ita stabiles in professione catholica, ab Ecclesia deficiant. Itaque, spiritu fidei abundans is Pontifex, ea qua par est diligentia, custodiet caeleste depositum; gerens Domini vices, cui dedit Pater *gentes hereditatem, et possessionem terminos terrae,*[1] constanter populos eorumque rectores docebit veritatem et admonebit officii; societati humanae, a Iesu Christo aberranti properantique ad exitium, non desinet denuntiare periculum, quoad se recipiat; interea vero, sublatis oculis ad montes unde tantummodo venire auxilium potest, humili prece ac supplici divinam benignitatem assiduus implorabit.

Iam inter cetera quibus decet ornari Pontificem, ut facultate ingenii, ut usu rerum, ut innocentia vitae, excellât oportet, veluti insigne quoddam, caritas, quae quidem cum Iesum Christum, tum omnem Christi Ecclesiam complectatur. Non enim Pastor bonus suos et agnos et oves Petro commisisset, nisi, quemadmodum se, ita suum gregem ab eo diligi cognosset. - Itaque, si qui hac laude careat, quamvis aliis omnibus affluere videatur, ne illum hoc tam magno officio ac munere dignum putetis. Regere Ecclesiam, quae tota est opus mirificum Dei miserentis, quo pacto is potest convenienter, qui sempiternam hominum salutem, in cuius gratiam Ecclesia instituta est, non studiosissime quaerat? Quis hanc societatem humani generis de via decedentem, tempori revocet ? Quis tam multis tamque gravibus affectae malis apte medeatur? Quis intestinis conscissam odiis componat atque tranquillet, nisi, qui Iesu Christi locum obtinebit, ipse eiusdem gerat viscera caritatis? Ergo, in solio Petri eum collocate Pontificem, quocum haec omnium parens et regina virtutum sedere quodammodo videatur. Arguât, obsecret, increpet errantes, ubi res postulaverit, in omni patientia et doctrina; recta gradientibus addat animos; erigat afflictos; contumaces comprimat; miseriis et calamitatibus omne genus pro facultate subveniat; facilem se benignumque universitati hominum, exemplo Christi, praebeat; denique omnibus omnia fiat, ut salvos omnes faciat.

Adumbravi, ut potui, eius imaginem Pontificis, qui tam trepidis in rebus dignus videtur, cui vos, eminentissimi Patres, gubernacula Ecclesiae sanctae tractanda committatis. In quo quidem non difficile contem_ pianti est praecipua quaedam agnoscere lineamenta illius Parentis

[1] *Ps. ii,* 8.

augusti, quem orbis catholicus vobiscum insolabiliter dolet amissum. Et vere quas, hodie vel maxime, requiri virtutes in successore Petri vidimus, praeclare in illo eluxerunt, eundemque admodum praestitere his temporibus parem. Sed placitum est Domino fidelem Servum atque adeo Vicarium suum ad caelestia evocare laborum praemia, ne scilicet huius belli immani spectaculo diutius paternum pectus dilaceraretur. Quare vos, nihil iam humanum respicientes, unam spectantes christiani populi utilitatem, concordibus suffragiis vestris efficite, ut novum habeat Ecclesia summum Pastorem et Magistrum, in quo nec fidem plenam vigilantiae ac spiritus, nec benignam, patientem, constantem caritatem Pii X desideret.

## CONCLAVE

### PRAESCRIPTA. PRO CLAUSURA ET CUSTODIA

Rmus D. Nicolaus D'Amico, Apostolicarum Caeremoniarum Pro-Praefectus, has ad rem edidit normas.

### I

### PER LA CHIUSURA E CUSTODIA INTERNA

I° Gli eminentissimi signori Cardinali Primo dell'Ordine dei Vescovi, dei Preti e dei Diaconi, unitamente al Camerlengo di S. R. -C, si compiaceranno adunarsi all'ora che farà notificare *V* Emo Decano, nell'Aula dei Paramenti.

2° Nella stessa Aula si troverà il ff. di Prefetto delle Cerimonie, che fungerà da Notaio, e due Maestri di Cerimonie, che fungeranno da Testimoni, nonché i signori Architetti del Conclave.,

3° All'ora designata il Corteo muoverà per le verifiche necessarie ed opportune, e per le constatazioni a norma del Regolamento del Conclave.

4° Le chiusure interne ed esterne del Conclave saranno effettuate contemporaneamente.

5° Dopo che tutte le formalità saranno adempiute, il Corteo tornerà nella Sala dei Paramenti, dove sarà data la lettura del relativo Rogito, con l'apposizione delle necessarie firme.

6° Il Corteo sarà scortato da due Custodi dell'Aula del Conclave, e dai Domestici degli Emi Capi di Ordine e Camerlengo, che recheranno torcie accese.

*Il ff. di Prefetto*

Nicolò D'Amico, *Proton, e Cerini. Apost.*

## II

## PER LA CHIUSURA E CUSTODIA ESTERNA

I° S. E. il Signor Principe Maresciallo e S. E. Monsignor Governatore del Conclave, si compiaceranno trovarsi lunedì 31 agosto, alle ore 5 pom., nell'Aula dei Paramenti, in attesa di essere chiamati dal Maestro delle Cerimonie Apostoliche per emettere il Giuramento nella Cappella Sistina, innanzi al S. Collegio dei Cardinali.

2° Gli Eccmi Monsignori Patriarchi e gli Illmi e Rmi Arcivescovi, Vescovi e Prelati dei vari Collegi, che avranno in custodia le Rote, nello stesso giorno ed ora, prima di recarsi nella Sala Regia, si aduneranno nell'Aula precedente a quella detta dei Paramenti, e così ancora tutti gli altri Officiali, dalla quale si muoveranno ad invito di Monsignor Maestro delle Cerimonie.

3° Al suono della campana, che sarà indicata dall' Emo Decano per indicare la chiusura del Conclave, S. E. il sig. Principe Maresciallo e S. E. Mons. Governatore, accompagnati dai loro seguiti e sotto la direzione dei Maestri delle Cerimonie e dei signori Architetti, procederanno alle verifiche esterne del Conclave, dopo le quali se ne farà la chiusura, mentre altrettanto sarà effettuato nell'interno.

4° S. E. il Signor Principe Maresciallo è S. E. Monsignor Governatore, fatta la chiusura del Conclave, si aduneranno nella Sala Rossa dell'appartamento di Mons. Maestro di Camera, e quivi dal Decano dei Monsignori Protonotari Apostolici sarà data lettura del Rogito di chiusura del Conclave, e saranno apposte al medesimo le relative firme.

5° S. E. il Signor Principe Maresciallo e S. E. Monsignor Governatore del Conclave nell'esercizio delle loro funzioni sono scortati dalla Guardia Svizzera.

6° Gli Officiali addetti alla persona di S. E. il signor Principe Maresciallo hanno la vigilanza delle Rote, presso le quali saranno ancora i Cursori Apostolici.

7° Presso le Rote custodite dai Rmi Prelati vi saranno Guardie Svizzere e Palatine.

8° Il Corteo di S. E. il signor Principe Maresciallo e di S. E. Monsignor Governatore, nella verifica di chiusura esterna del Conclave, sarà accompagnato da quattro Palafrenieri e da Domestici in livrea della Eccma Casa Chigi, che recheranno torcie accese.

*Il ff. di Prefetto*
Nicolò D'Amico, *Proton, e Gerem.*

INGRESSUS IN CONCLAVE

Ordine et normis praescriptis, hora quinta post meridiem eiusdem diei 31 augusti, Conclave ingressi sunt eminentissimi et reverendissimi Domini Cardinales

***Ex Ordine Episcoporum***

Seraphinus Vannutelli, Episcopus Ostiensis, Portuensis et S. Rufinae, sacri Collegii Decanus, Poenitentiarius maior.

Antonius Agliardi, Episcopus Albanensis, sacri Collegii sub-Decanus, S. R. E. Cancellarius.

Vincentius Vannutelli, Episcopus Praenestinus, supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae Praefectus.

Franciscus de Paula Cassetta, Episcopus Tusculanus, sacrae Congregationis Concilii Praefectus.

Caietanus De Lai, Episcopus Sabinensis, sacrae Congregationis Consistorialis Secretarius.

Diomedes Falconio, Episcopus Veliternus.

***Ex Ordine Presbyterorum***

Ioseph Sebastianus Netto, tit. Basilicae XII Apostolorum.

Angelus Di Pietro, tit. S. Laurentii in Lucina, S. R. E. Datarius.

Michael Logue, tit. S. Mariae de Pace, Archiepiscopus Armacanus.

Andreas Ferrari, tit. S. Anastasiae, Archiepiscopus Mediolanensis.

Hieronymus Maria Gotti, tit. S. Mariae Scalaris, S. Congregationis de Propaganda Fide Praefectus.

Dominicus Ferrata, tit. S. Priscae, sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum Praefectus et sacrae Congregationis S. Officii Secretarius.

Ioseph Maria Martin de Herrera y de la Iglesia, tit. S. Mariae Transpontinae, Archiepiscopus Compostellanus.

Ioseph Francica Nava di Bontifé, tit. Ss. Ioannis et Pauli, Archiepiscopus Catanensis.

Augustinus Richelmy, tit. S. Mariae in Via, Archiepiscopus Taurinensis.

Leo de Skrbensky, tit. S. Stephani in Caelio monte, Archiepiscopus Pragensis.

Iulius Boschi, tit. S. Laurentii in Panisperna, Archiepiscopus Ferrariensis.

Bartholomaei Bacilieri, tit. S. Bartholomaei in Insula, Episcopus Veronensis.

Raphael Merry del Val, tit. S. Praxedis.

Ioachim Arco verde de Albuquerque Cavalcanti, tit. Ss. Bonifacii et Alexii, Archiepiscopus sancti Sebastiani fluminis Ianuarii.

Aristides Cavallari, tit. S. Mariae in Cosmedin, Patriarcha Venetiarum.

Aristides Rinaldini, tit. S. Pancratii.

Benedictus Lorenzelli, tit. S. Crucis in Ierusalem, sacrae Congrega-" tionis Studiorum Praefectus.

Petrus Maffi, tit. S. Chrysogoni, Archiepiscopus Pisanus.

Alexander Lualdi, tit. Ss. Andreae et Gregorii ad divum Scauri, Archiepiscopus Panormitanus.

Desideratus Mercier, tit. S. Petri ad Vincula, Archiepiscopus Mechliaiensis.

Petrus Gaspard, tit. S. Bernardi ad Thermas.

Ludovicus Henricus Luçon, tit. S. Mariae novae, Archiepiscopus Rhemensis.

Paulinus Petrus Andrieu, tit. S. Honuphrii in Ianiculo, Archiepiscopus Burdigalensis.

Antonius Mendes Bello, Patriarcha Lisbonensis.

Ioseph Maria Cos y Machó, tit. S. Mariae de Populo, Archiepiscopus Vallisoletanus.

Antonius Vico, tit. S. Callisti.

Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, tit. S. Mariae Angelorum in Thermis.

Ioannes Maria Farley, tit. S. Mariae supra Minervam, Archiepiscopus Neo-Eboracensis.

Franciscus Bourne, tit. S. Pudentianae, Archiepiscopus Westmonasteriensis.

Leo Adulphus Amette, tit. S. Sabinae, Archiepiscopus Parisiensis.

Henricus Almaraz y Santos, tit* S. Petri in Monte Aureo, Archiepiscopus Hispalensis.

Franciscus Maria Anatolius de Rovérié de Cabrières, tit. S. Mariae de Victoria, Episcopus Montis Pessulani.

Basilius Pompilj, tit. S. Mariae in Aracoeli, Vicarius in Urbe Generalis.

Carolus de Hornig, tit. S. Agnetis extra moenia, Episcopus Veszprimiensis.

Victorianus Guisasola y Menendez, Archiepiscopus Toletanus.

Dominicus Serafini, tit. S. Caeciliae.

Iacobus Delia Chiesa, tit. Ss. Quatuor Coronatorum, Archiepiscopus Bononiensis.

Franciscus de Bettinger, tit. S. Marcelli, Archiepiscopus Monacensis et Frisingensis.

Ioannes Csernoch, Archiepiscopus Strigoniensis.

Hector Irenaeus Sévin, tit. Ssmae Trinitatis in monte Pincio, Archiepiscopus Lugdunensis.

Felix de Hartmann, tit. S. Ioannis ante portam Latinam, Archiepiscopus Coloniensis.

Gustavus Piffl, Archiepiscopus Viennensis.

***Ex Ordine Diaconorum***

Franciscus Salesius Della Volpe, tit. S. Mariae in Aquiro, S. R. E. Camerarius, sacrae Congregationis Indicis Praefectus.

Octavius Cagianus de Azevedo, tit. Ss. Cosmae et Damiani, sacrae Congregationis de Religiosis Praefectus.

Caietanus Bisleti^ tit. S. Agathae.

Ludovicus Billot, tit. S. Mariae in Porticu.

Gulielmus van Rossum, tit. S. Caesarii in Palatio.

Scipio Tecchi, tit. S. Mariae in Domnica.

Philippus Giustini, tit. S. Angeli in Foro Piscario.

Michael Lega, tit. S. Eustachii.

Ai dan us Gasquet, tit. S. Georgii ad Velabrum.

Eminentissimis Patribus Cardinalibus in Sixtino Sacello coadunatis, Excmus D. Aloisius Chigi, Conclavis Marescalli vices gerens, iuxta statutas formas iusiurandum emittebat coram Emo Cardinali Decano; quod item praestabant Excmus ac Rmus D. Aloisius Misciattelli, Conclavis Guber-

natola necnon Patriarchae, Archiepiscopi, Auditores S. R. Rotae, iique omnes quibus quocumque modo custodia Conclavis committenda erat.

Conclavistae vero hesterna die iusiurandum, iuxta Constitutionem Pianam ***Vacante Sede Apostolica,*** praebuerant, sacerdotes latine, laici sua quisque lingua, coram Rmo D, Nicolao D'Amico, Apostolicarum Caeremoniarum Pro-Praefecto.

Quibus peractis, egressi sunt omnes e Sacello, exceptis tantum Cardinalibus, qui ibidem congregati permanserunt, lectionem Constitutionum de Couclavi rursus audientes. Postea, ianuis Sacelli patefactis, nobili comitante lateris Pontificis custode, suam quisque cellam adivit.

Tunc, iuxta normas superius relatas, deventum est ad visitationem et clausuram Conclavis. Ter, iussu Cardinalis Diaconi, campanula personata, Caeremoniarii ambulacra percurrerunt clamantes : ***Extra omnes.*** Cum vero omnes egressi essent, S. R. E. Camerarius Conclave intus rite claudebat, et claves sibimet ac Magistro Caeremoniarum et Praelatis custodibus Conclavis iuxta solitum assignabat.

Deinde, accensis fanalibus, tres Cardinales Capita Ordinum et Camerarius una cum Magistro Caeremoniarum, latebras et ángulos omnes Conclavis diligenter perquisiverunt, ne quis ex iis, qui esse in Conclave prohibentur, intus forte remansisset. Et hac de re sequens confectus est

## ROGITUS CLAUSURAE INTERNAE CONCLAVIS

In nomine Domini. Amen.

Universis et singulis hoc publicum instrumentum visuris, lecturis et audituris notum sit quod die trigesima prima mensis augusti anni millesimi nongentesimi decimi quarti hora septima vespertina Emi ac Rmi DD.: Dnus Vincentius miseratione divina Episcopus Palestrinen. S. R. E. card. Vannutelli, Dnus Andreas titulo S. Anastasiae S. R. E. card. Ferrari, necnon Dnus Octavius Ss. Cosmae et Damiani diaconus card. Cagiano de Azevedo, de speciali mandato Emorum Duorum Cardinalium cuiusque Ordinis Decanorum, et S. R. E. Cardinalis Camerarii, una mecum ac testibus infrascriptis Apostolica Sede per obitum sa. me. Pii PP. X vacante, totum Conclave periustrarunt, quod diligenti adhibita perquisitione, muris obstructum et ex omni parte clausum invenerint, atque exclusis omnibus qui in eo permanere non debebant, ianuam tribus clavibus obfirmarunt: hoc ipsum Conclave in eodem statu esse

iudicarunt ac reperiri ut tuto et legitime possit ad electionem Romani Pontificis deveniri et ad formam Pianae Constitutionis de more procedi.

Acta fuerunt in Palatio Apostolico in ipso Conclavi anno et mense et hora quibus supra, praesentibus Rmis DD. iosepho Tani et Ioanne Baptista Menghini consociis meis Caeremoniarum Apostolicarum Magistris testibus per me adhibitis atque rogatis.

*ffa* VINCENTIUS Ep. Praenestin. card. VANNUTELLI.
)$( ANDREAS C. card. FERRARI.
O. card. CAGIANO DE AZEVEDO.
FRANCISCUS card. DELLA VOLPE, *Camerarius S. B. E.*
Ioseph Tani, *ab Apost. Caerem. Mag.*, testis.
Ioannes Bapt. Menghini, *ab Apóstol. Caerem.*, testis.

Nicolaus D'Amico, *Protonotarius Apostolicus et Caer. Sedis Apostolicae Pro-Praefectus.*

Eodem tempore a Revmo D. Gubernatore et a Principe Pro-Marescallo eadem extra geruntur, clavibus ipsius Pro-Marescalli diligenti custodiae commissis.

Huius clausurae et clavium traditionis pariter duplex confectus est a Subdecano Protonotariorum Apostolicorum

ROGITUS CLAUSURAE EXTERNAE CONCLAVIS

*Ex parte Exmi Domini Pro-Marescalli Conclavis:*

In nome di Dio. Amen.
Sede vacante per la seguita morte
della Santa Memoria di Papa Pio X.

Istromento di consegna delle chiavi del Conclave
e della chiusura del medesimo.

Il giorno trentuno agosto millenovecentoquattordici.

Io Ascenso Dandini, Sotto-Decano del Collegio dei Protonotari Apostolici, a richiesta di S. E. il Principe di Campagnano Don Ludovico Chigi, che nell'attuale Conclave è stato delegato dagli Emi Cardinali a rappresentare in tutti gli atti e funzioni da compiersi il suo padre molto inoltrato negli anni eccellentissimo Sig. Principe D. Mario Chigi, Maresciallo perpetuo di S. R. C, Custode del Conclave, Nobile Patrizio Coscritto Romano, Principe del Sacro Romano Impero, ecc., mi sono recato al Vaticano nella sua presente residenza, già di Mons. Maestro

di Camera, ora assegnata alla prelodata Eccellenza Sua per la custodia del presente Conclave, che trovasi a metà della scala nuova che conduce al cortile di S. Damaso.

Acceduto colà e introdotto nei suoi appartamenti vi ho rinvenuto S. E. il Sig. Principe di Campagnano D. Ludovico Chigi, figlio dell'Eccellentissimo Sig. Principe D. Mario, residente ordinariamente nel suo palazzo in Piazza Colonna, num. 370.

Poco dopo al mio arrivo, alle ore sette pom. si è introdotto negli appartamenti uno dei Monsignori Maestri delle Cerimonie Pontificie, colà mandatovi dagli Emi signori Cardinali Capi d'ordine, annunciando che era giunta Fora della chiusura dei Conclave, in seguito di che S. E. si è mossa alla volta della porta principale del Conclave, ove era atteso dalle prelodate Eminenze LL. Rme.

S. E. il Sig. Principe era accompagnato da me infrascritto Sotto-Decano dei Protonotari Apostolici, da Mons. Maestro delle Cerimonie, dai Capitani delle Rote, dal sig. cav. Bartolomeo Farelli Pro-Segret. e Pro-Cane, della R. C. A., e dai testimoni sig. Principe Lancellotti e sig. Conte Ginnastolfo Servanzi, insieme alla sua corte, e circondato dai Capitani della guardia destinata alla custodia del Conclave e da alcuni uomini della Guardia Svizzera.

Transitando per il portico chiuso che dal cortile di san Damaso conduce al cortile del Maresciallo, ha asceso la scala del Palazzo Apostolico che mena alla Sala Regia, ove giunto, ha, alla porta della medesima che costituisce la gran porta dei Conclave, rinvenuto sulla soglia l'Eolo e Rmo sig. card. Francesco Salesio Della Volpe Camerlengo di Santa Chiesa, insieme agli Emi suoi colieghi Capi d'Ordine. L'Emo Camerlengo ha allora consegnato una borsa di damasco cremisi guarnita con fettuccia e fiocchi d'oro a Mons. Prefetto delle Cerimonie Pontificie, il quale ha estratto dalla medesima cinque chiavi di diverse grandezze, delle quali due si riferiscono alla porta d'ingresso secondaria del Conclave, situata all'androne fra i due cortili di S. Damaso e dèi Pappagalli, e le altre tre alla porta principale suddescritta; quali chiavi sono state provate alle varie serrature, insieme a quella del piccolo sportello, •che fa parte integrale della porta grande stessa. Eseguito ciò e riposte le chiavi nella borsa, questa dall' Emo Camerlengo è stata consegnata all'Eccmo sig. Principe, il quale ha replicate le prove delie chiavi nelle singole serrature.

Dopo ciò S. E. il sig. Principe prese intelligenze colle ridette Eminenze LL. Revme, ha decretata la chiusura formale del Conclave e dopo scambievoli offici ha il mentovato sig. Principe alla stessa presenza

mia e degli altri sunnominati Signori e dei testimoni suddetti, serrato ed effettivamente chiuso con dette chiavi la porta e sportellino del Conclave dalla parte di fuori, nel punto che si è sentito distintamente che si faceva il medesimo dalla parte di dentro, ed in tal guisa circa le ore sette e mezzo si è formalmente chiusa la porta principale del Conclave, dopo di che si è passato alla chiusura dell'altra porta secondaria con le chiavi superiormente ricevute, quali sono state riposte nella mentovata borsa e ritenute dalla prelodata Eccellenza Sua, la quale unitamente a me infrascritto con l'accennata scorta e seguito si è restituito nel suo appartamento.

Delle quali cose perchè in ogni tempo ne resti perpetua memoria è stato rogato il presente atto.

Atto fatto in Roma nel Palazzo Apostolico Vaticano, nell'appartamento sopra indicato di Sua Eccellenza il sig. Principe, presenti, ecc.

Così è.

LUDOVICO CHIGI, Principe di Campagnano.
Giuseppe Alessandri, *Capitano del Conclave.*
Enrico Manni, *Capitano del Conclave.*
Gaetano Senni, *Capitano del Conclave.*
Filippo Marucchi, *Capitano del Conclave.*
Bartolomeo Farelli, *Pro-Segretario e Pro-Cancelliere della Rev. Camera Apostolica.*
Filippo Lancellotti, *teste.*
Giannastolfo Servanzi, *teste.*

Così è: Ascenso Dandini, *Protonotario Apostolico di Numero Partecipante.*

Aristodemo Pulci,
*Segretario Coad. del Coli, dei Prot. Apost.*

*Ex parte Excmi Domini Guhematoris Conclavis :*

In Nomine Dei. Amen.
Sede Apostolica Vacante per obitum
s. m. Pii Papae decimi
Visitatio et Recognitio exterioris partis Conclavis.

Die trigesima prima augusti anno millesimo nongentesimo decimo quarto.

Ego Ascensus Dandini, Sub-Decanus Collegii Protonotariorum Apostolicorum pro parte et ad instantiam Excmi et Rmi Dñi Aloysii Misciat-

telli, Conclavis Gubernatoris, ac filmi Dñi Philippi Pacelli, Consistorialis Aulae Advocati et Commissarii Generalis Conclavis, accessi meque personaliter contuli ad Palatium Apostolicum Vaticanum, ubi totum Conclave constructum inveni in illa Palatii Apostolici parte quae circumscripta remanet adscendendo novas scalas quae immittunt ad atrium sancti Damasi, a dextris ex atrio militum helvetiorum, a fronte ex prato et atrio vulgo *di Belvedere* et a sinistris ex aliis atriis vulgo *dei Pappagalli e della Sentinella.*

Una cum Excmo et Rmo Dno Gubernatore ac Illmo Dno Commissario Conclavis supradictis ac illmis Dñis Philippo Schneider et Ludovico Alessandri, Architectis Conclavis, et Dno Bartholomaeo Farelli equite, Pro-Canc, et Pro-Secret. Rev. Camerae Apostolicae, ac testibus infrascriptis ad hoc specialiter adhibitis, loca praedicta perlustravi, facta una simul cum singulis praenominatis diligenti perquisitione in qualibet exteriori parte Conclavis, eaque totaliter ac undique muris clausa inveni, duabus tantum pro ingressu in Conclavi- relictis ianuis ligneis, quarum altera in culmine scalae, quae ducit ad aulam regiam ex atrio vulgo *del Maresciallo* et altera quae ex atrio vulgo *dei Pappagalli* ducit ad atrium S. Damasi, quarum custodia Exmo principi domino Mario Chigi, perpetuo Mareschallo Conclavis, et pro eo Exmo principi Dno Ludovico Chigi commissa est.

Super quibus, etc.

Actum Romae in Palatio Apostolico Vaticano, praesentibus, etc.

ALOYSIUS MISCIATTELLI, Gubernator Conclavis.
Philippus Pacelli, *Commissarius Generalis Conclavis.*
Philippus Shneider, *Architectus.*
Lodovicus Alessandri, *Architectus.*
Bartholomaeus Farelli, *Pro-Secretarius et Pro-Cancellarius B. Cam. Apostolicae.*
Philippus Lancellotti, *testis.*
Io. Astolphus Servanzi, *testis.*

Ita est.

Ascensus Dandini, *Protonotarius Apostolicus de numero Participantium.*

Aristodemus Pulci,
*Secretarius Coad. Coli. Prot. Ap. de Num. Part.*

## PUBLICAE IN URBE PRECES DURANTE CONCLAVI

Emus et Revmus Cardinalis in Urbe Vicarius hoc iam edictum vulgaverat:

### DISPOSIZIONI ED ORDINI
### PER LE PUBBLICHE PRECI IN TEMPO DI SEDE VACANTE

Basilio del Titolo di S. Maria in Aracoeli
delia S. R. C. Prete Cardinale Pompilj,
Vicario Generale e Giudice Ordinario di Roma e suo Distretto.

In questi giorni i cuori della Cristianità, stretti di mestizia per la dipartita del Santo Pontefice Pio X, sono anche palpitanti per l'avvenimento-che si appresta della successione al Trono di san Pietro. Tutte le genti, aspettando, sono ora rivolte a questa nostra Roma e al Vaticano.

Preghiera, o fedeli, preghiera e penitenza vi chiede in questi momenti solenni la Chiesa, affinchè *il Signore ci crei un Sacerdote fedele, il quale Lo serva secondo il Suo Cuore e cammini sempre dinanzi al Suo Cristo.*

Preghiamo, adunque, con unanime perseveranza, interponendo l'intercessione di Maria santissima Regina degli Apostoli. Lo Spirito Santo aleggi sensibile ed amoroso sugli Eminentissimi Congregati, s'insinui, ardente fiamma, nei loro petti, inspiri e commuova le loro lingue.

« Supplici ed umili Ti imploriamo, Signore, a voler concedere per « l'immensa Tua pietà alla santa Chiesa Romana tale Pontefice, che « sempre a Te piaccia per l'assidua sua cura del popolo cristiano, e a « questo, per sapiente governo, in gloria del Tuo nome, riesca degno « di ossequio riverente e devoto » *(Messa per l'elezione del Sommo Pontefice).*

« Ci prevengano prontamente le Tue misericordie; aiutaci, o Dio « nostro Salvatore, a gloria del nome Tuo ; noi, Tuo popolo e pecorelle « della Tua greggia, annunzieremo le lodi d'una in altra generazione » *(Salmo LXXVIIl).*

Inerendo alle disposizioni contenute nella Costituzione del Beato Gregorio X *Ubi periculum* (Cap. III, *de Elect.,* in 6), ordiniamo che, incominciando dal giorno 31 del corrente agosto, in cui gli eminentissimi signori Cardinali entreranno in Conclave, fino al termine di esso Conclave, in tutte le Patriarcali Basiliche, nelle Collegiate e nelle altre Chiese dei Secolari e Regolari, nelle quali si celebra la Messa conventuale, dopo la medesima si recitino dal Celebrante le preci prescritte.

Ordiniamo, inoltre, che nelle infrascritte Basiliche Patriarcali e Minori e nelle altre Chiese, che eventualmente potranno essere indicate, nei giorni ad esse assegnati, si esponga il Santissimo Sacramento dalle ore otto della mattina fino a circa *VAve Maria* della sera, e che nel deporlo si cantino le Litanie de' Santi colle preci per la Sede Vacante ed in fine si impartisca al popolo la Benedizione Eucaristica.

BASILIO CARD. VICARIO.

*Lunedì 31 agosto:* S. Giovanni in Laterano. - S. Pietro in Vaticano. — *Martedì 1 settembre:* S. Maria Maggiore. - S. Maria in Trastevere. — *Mercoledì 2 settembre:* S. Maria in Traspontina. - S. Maria ai Monti. — *Giovedì 3 settembre:* S. Carlo a' Catinari. - S. Cuore al Castro Pretorio. — *Venerdì 4 settembre:* S. Maria sopra Minerva. - S. Gioachino in Prati. — *Sabato 5 settembre:* S. Agostino. - S. Camillo. — *Domenica 6 settembre:* S. Carlo al Corso. - S. Maria della Vittoria. — *Lunedì 7 settembre:* Ssmo Nome di Gesù. - S. Maria Immacolata al Quartiere Tiburtino. — *Martedì 8 settembre:* S. Teresa al Corso d'Italia. - S. Francesco a Ripa. — *Mercoledì 9 settembre:* S. Lorenzo in Damaso. - S. Maria Liberatrice al Testaccio.

## CONCLAVIS DIARIUM

### *Die T septembris*

Rotas Conclavis custodiebant Illmi et Rmi Domini :

***Clerici Camerae:*** Vincentius Maria Ungherini et Felix Sarra.

***Protonotarii Apostolici:*** Benedictus Melata, Ioseph Wilpert, Petrus Piacenza et Ioannes Zani-Caprelli.

***Votantes Signaturae :*** Ferdinandus Procaccini di Montescaglioso, Hermes Binzecher et Ioseph Guthlin.

***Auditores S. B. Botae:*** Seraphinus Many et Aloisius Sincero.

***Episcopus Solio adsistens :*** D. Antonius M. Bonito, archiep. tit. Auxumitanus.

Mane hora 1 I[a] et vespere hora 6[a] frequens populi multitudo ad sanctum Petrum convenerat, electionis Pontificis nuncium frustra exspectans.

### *Die 2? septembris*

Rotas Conclavis custodiebant Illmi et Rmi Domini:

***Clerici Camerae:*** Felix Sarra, Vincentius Bugarini et Vincentius Maria Ungherini.

***Protonotarii Apostolici :*** Humbertus Benigni et Ioannes Zani-Caprelli.

***Votantes Signaturae:*** Hermes Binzecher et Ferdinandus Procaccini di Montescaglioso.

***Auditor S. & Botae:*** Ioseph Mori.

***Episcopus Solio adsistens:*** .Augustus Silj, archiepiscopus tit. Caesariensis.

Hac etiam die frustra populus Pontificis electionem desideravit.

***Die 3ª septembris***

Rotas Conclavis custodiebant 11 Imi et Rmi Domini :

***Clerici Camerae:*** Vincentius Maria Ungherini, Felix Sarra, Antoninus Marini et Joannes Maria Zonghi.

***Protonotarii Apostolici:*** Petrus Piacenza et Joseph Wilpert.

***Votantes Signaturae:*** Hermes Binzecher et Ferdinandus Procaccini di Montescaglioso.

***Auditor S. B. Botae:*** Antonius Perathoner.

***Episcopi Solio adsistentes:*** Aloisius Lazzareschi, archiepiscopus tit. Iconiensis, et Antonius M. Bonito, archiepiscopus tit. Auxumitanus.

## ELECTIO SUMMI PONTIFICIS.

Hac demum die 3 septembris feliciter in Summum Pontificem electus est Emus et Revmus dominus cardinalis IACOBUS DELLA CHIESA, qui Emo Cardinali Decano petenti: "Acceptas-ne electionem de te canonice factam in Summum Pontificem?,, affirmative respondit. Eidemque iterum interroganti: "Quomodo vis vocari?,, dixit: " BENEDICTUS XV „.

Revmus D. Pro-Praefectus Caeremoniarum, utpote Protonotarius Apostolicus, illico actum acceptationis exaravit prout sequitur:

### ACTUS ACCEPTATIONIS SUMMI PONTIFICATUS

In nomine Domini. Amen.

Ego Nicolaus D'Amico, Protonotarius Apostolicus et Sanctae Sedis Caeremoniarum Magister, delegatione S. Collegii munere Praefecti fungens, ex officio rogatus, attester et omnibus notum facio eminentissimum et reverendissimum dominum IACOBUM titulo Ss. Quatuor Coro-

natorum S.R.E. cardinalem DELLA CHIESA, archiepiscopum Bononiensem, acceptasse electionem canonice de Se factam in Summum Pontificem, Sibique nomen imposuisse BENEDICTUM DECIMUM QUINTUM, ut de hoc publica quaecumque instrumenta confici possint.

Acta haec sunt in Conclavi post obitum fel. rec. Pii Pp. X, hac die tertia septembris, anno Domini (1914) MDCCCCXIV, testibus adhibitis atque rogatis, sacri Collegii Secretario et Rmis DD. Iosepho Tani et Ioanne Baptista Menghini consociis meis, Apostolicarum Caeremoniarum Magistris.

f Thomas Boggiani, *Arch. Edessen., Secr. S. Collegii.*
Ioseph Tani, *Apostolicar. Caerem. Magister.*
Ioannes Bapt. Menghini, *Apostolicar. Caerem. Magister.*

Nicolaus D'Amico,
*Protonotarius Apostolicus, Caerem. Apost. Pro-Praefectus.*

Papali veste iuxta morem indutus, statim Pontifex apostolicam impertivit benedictionem Emis Cardinalibus, eorumque primam excepit adorationem.

Postea Emus Cardinalis Decanus, Magistris Caeremoniarum comitantibus, anulum piscatorium digito induxit Pontifici, qui illum Pro-Praefecto Caeremoniarum tradidit, ad nomen in eo Suum insculpendum.

## PROMULGATIO

Interea populo exspectanti, e superiore porticu Basilicae Vaticanae laetissimum nuncium dabat Emus cardinalis Franciscus Salesius Delia Volpe, Diaconorum prior:

ANNUNTIO VOBIS GAUDIUM MAGNUM, HABEMUS PAPAM EMINENTISSIMUM ET REVERENDISSIMUM DOMINUM IACOBUM DELLA CHIESA, QUI SIBI NOMEN IMPOSUIT BENEDICTUM XV.

Altissimus inde plausus multitudinis, quae illico se in Basilicam immisit ad primam Apostolicam Benedictionem recipiendam. Paulo post Summus Pontifex e fenestra interiore porticus apparuit, omnibus vehementer conclamantibus. Ubi vero turba intenta conticuit, Benedictus XV elata firmaque voce benedictionem iuxta Caeremoniale Romanum solemniter impertivit, et populum laeta acclamatione plaudentem peramanter iterum atque iterum salutavit, antequam in suas se conferret aedes.

## RESERATIO CONCLAVIS

Post meridiem in Sixtino Sacello Beatissimus Pater alteram Emorum Cardinalium excipiebat adorationem ; qua peracta, extra et intus clausura Conclavis auferebatur, ad cuius rei memoriam sequens solemne exaratum est instrumentum:

### ROGITUS DE CONCLAVIS CLAUSURA ABLATA

In Nome di Dio. Amen.
Sotto il Pontificato di Sua Santità
BENEDETTO PAPA XV

L'anno primo del Pontificato correndo l'Indizione Romana Dodicesima.

Il giorno tre settembre millenovecentoquattordici.

Istromento di Apertura Solenne del Conclave.

Io Ascenso Dandini, Sotto-Decano del Collegio dei Protonotari Apostolici, a richiesta di S. E. il sig. Principe di Campagnano, che nell'attuale Conclave è stato delegato dagli Emi Cardinali a rappresentare in tutti gli atti e funzioni da compiersi il suo padre, molto inoltrato negli anni, eccellentissimo sig. Principe D. Mario Chigi, Maresciallo perpetuo di S. R. Chiesa, Custode del Conclave, Nobile Patrizio Coscritto Romano, Principe del S. R. Impero, ecc., mi sono recato al Vaticano nella sua presente residenza già di Mons. Maestro di Camera, ora assegnata alla prelodata Eccellenza Sua per la custodia del presente Conclave, e che trovasi nella Scala nuova che conduce al Cortile di S. Damaso.

Acceduto colà e introdotto nei suoi appartamenti vi ho rinvenuto S. E. il sig. Principe di Campagnano D. Ludovico Chigi, figlio dell'eccellessimo sig. Principe D. Mario, residente ordinariamente nel suo Palazzo in Piazza Colonna n. 370.

Nel mentre che la prelodata Eccellenza Sua aveva avuto incerto sentore che nello scrutinio di questa mattina erasi eseguita l'elezione del Sommo Pontefice, si è inteso il suono festivo delle campane di S. Pietro e contemporaneamente le acclamazioni del popolo all'annuncio che veniva fatto dall'Emo card. Frane. Sai. Della Volpe, sulla loggia principale della facciata della Basilica di S. Pietro, essere stato canonicamente eletto il Sommo Pontefice nella persona del cardinale GIACOMO DELLA CHIESA, arcivescovo di Bologna.

Contemporaneamente la preiodata Eccellenza Sua ha avuto partecipazione da uno dei suoi Capitani chiamati alla Rota, che ii S. Collegio partecipavagli la elezione avvenuta del Supremo Gerarca e che alle ore quattro e mezza sarebbesi proceduto all'apertura delle porte del Conclave.

Conformemente a ciò l'encomiato sig. Principe, preceduto dai suoi famigliari ed accompagnato da S. E. Mons. Misciattelli, Governatore del Conclave, da me infrascritto Sotto-Decano del Collegio dei Protonotari Apostolici, da Mons. Maestro delle Cerimonie, dai Capitani delle Rote e dal sig. cav. Bartolomeo Farelli, Pro-Segr. e Pro-Cane, della R. Camera Apostolica, e dai testimoni :sig. Principe Filippo Lancellotti e sig. Conte Giannastolfo Servanzi, unitamente alla sua Corte e ad alcuni uomini della Guardia Svizzera, si, è avviato alla porta principale del Conclave.

Acceduto colà e constatata l'integrità della chiusura esterna, con le chiavi che seco portava nella consueta borsa, ha aperto la porta ai di fuori, mentre altrettanto operavasi al di dentro.

Previ ordini dati dall'Eccellenza Sua che niuno penetrasse in allora la porta del Conclave, lasciata colà la sua Guardia Svizzera, Sua Eccellenza si è inoltrata nell'interno, seguito da me infrascritto Sotto-Decano dei Protonotari Apostolici fino all'altare della Cappella Sistina, ove dal S. Collegio si erano effettuati gli scrutini nella cessata Sede Vacante, e sopra una sedia parata sulla predella dell'altare stesso si è seduto il nuovo Sommo Pontefice vestito in sottana [bianca secondo il costume.

Jl sig. Principe si è all'istante genuflesso, e con ógni riverenza prima d'ogni altro ha baciato il piede alla Santità Sua, da cui è stato onorato d'indubbi segni di soddisfazione.

Altrettanto si è eseguito da me infrascritto Sotto-Decano dei Protonotari Apostolici e dai suddetti Signori e testimoni.

Intrattenutosi Sua Eccellenza qualche tempo nella Cappella e Sala adiacente, da ultimo il prelodato sig. Principe, accompagnato sempre c. s. dalla Guardia Svizzera, si è restituito nel suo appartamento da dove ha ringraziato la Guardia suddetta.

Delle quali cose, perchè in ogni tempo ne resti perpetua memoria, io infrascritto Sotto-Decano dei Protonotari Apostolici, ne ho rogato il presente istromento ad istanza del prelodato sig. Principe.

Atto fatto in Roma nel Palazzo Apostolico Vaticano nell'appartamento sopraindicato di Sua Eccellenza il sig. Principe Chigi, presenti i già nominati Signori cioè: S. E. Mons. Misciattelli, Mons. Maestro delie

Cerimonie, i Capitani delle Rote, il sig. cav. Bartolomeo Farelli, il sig. Principe D. Filippo Lancellotti e il sig. Conte Giannastolfo Servanzi.

LUDOVICO CHIGI, Principe di Campagnano;
Luigi Misciattelli ;
Bartolomeo Farelli, *Pro-Segr. e Pro-CancelL delia P. C. A. ;* -
Filippo Lancellotti, *teste;*
Giannastolfo Servanzi, *teste;*
Avvocato Filippo Pacelli, *Commissario del Conclave;*
D. Carlo Respighi, *Maestro delle Cerimonie;*
Giuseppe Alessandri, *Capitano del Conclave;*
Enrico Manni, *Capitano del Conclave;*
Gaetano Senni, *Capitano del Conclave;*
Filippo Marucchi, *Capitano del Conclave.*

Così è: Ascenso Dandini, *Prot. Apost, di Numero Partecipante,*
*x* ' Aristodemo Pulci, *Segr. Coad.*

Die 4 septembris, hora decima, Ssmus D. N. BENEDICTUS XV imposuit birretum cardinalium Emo et Revmo D. Antonio Mendes Bello, Patriarchae Lisbonensi. Deinde in Sixtino Sacello tertiam adorationem eminentissimorum Patrum Cardinalium excepit, dum chorus hymnum Ambrosianum cantabat. Recitatis vero ab Emo card. Vincentio Vannutelli orationibus *pro gratiarum actione* et *pro Pontifice,* Beatissimus Pater Benedictionem Apostolicam impertivit.

## CORONATIO SUMMI PONTIFICIS

Pro solemniis Coronationis Summi Pontificis haec edita est

### INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA, DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Ssmi D. N. BENEDICTI XV Coronationis solemnia in Sacello Sixtino Palatii Apostolici Vaticani fient die 6 septembris 1914, Dominica XIV post Pent., hora ix cum dimidio.

Emi et Rmi DD. Cardinales, vestibus et calceamentis rubris induti, ad aulam paramentorum in prima contignatione Palatii Apostolici accèdent, ibique assument amictum, mitram serico-damascenam, sacrum paramentum coloris albi suo Ordini proprium, videlicet: Cardinales Episcopi pluviale ex tela argentea simplici cum formale et superpelliceo; Presbyteri casulam opere phrygio ornatam; Diaconi vero dalmaticam similiter ornatam. Eorum caudatarii, qui induentur consueta crocea

super vestem violaceam, secum afferent et assument superpelliceum et velum pro mitra sustinenda.

RR. DD. Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique in Musaeo Lapidario sacra paramenta assument; scilicet: amictum, pluviale ex tela argentea et mitram lineam; Prelati vero, exceptis Protonotariis, superpelliceum supra rochetum.

Sacris indumentis assumptis, Ssmus D. N. ad Sacellum Paulinum, gestatoria sella elatus, accedet et, adorato Ssmo Sacramento solemniter exposito, ad Aulam supra porticum Basilicae Vaticanae accedet.

Cantata Hora Nona et reliquis de more peractis, processionali ordine ad Sacellum Sixtinum Pontifex deferetur. Post Confessionem, DD. Cardinales, pedem, manum et faciem osculando, obedientiam Pontifici in Solio sedenti praestabunt: Episcopi ad pedes et genu; Abbates et Poenitentiarii ad pedis osculum tantum admittentur.

Post Missam Pontifex coronabitur; benedictionem solemnem impertitur et Plenariam Indulgentiam elargitur.

In aula Paramentorum Summo Pontifici, pontificalibus indumentis exuto, Emus Decanus, totius S. Collegii nomine, fausta feliciaque augurabitur.

Tres priores S. Rotae Auditores superpelliceum assument. Ex iisdem Auditoribus, qui Subdiaconi munere fungetur, paramenta in Aula supra porticum Basilicae Vaticanae, ceteri amictum et tunicellam in eadem Aula, ubi et pluvialia alba sacri Consistorii Advocati assument. Decanus Signaturae Votantium moneat septem Praelatos, qui in Acolythorum officio ministrent, et octo alios Praelatos, qui, induti rocheto sub mantelletto, praesto sint, ut baldachini hastas supra Pontificem in supplicatione ab Aula supra porticum Basilicae Vaticanae ad Sixtinum Sacellum sustineant.

Intimentur itaque omnes et singuli Emi et Rmi DD. S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi tam Solio assistentes quam non assistentes, Vice-Camerarius, Auditor R. C. A., Magister S. Hospitii, Protonotarii Apostolici, Abbates et Generales Ordinum mendicantium (locum in Cappella habentes), S. R. Rotae Auditores, R. C. A. Clerici, Signaturae Votantes, sacrae Consistorialis Aulae Advocati, Poenitentiarii Basilicae Vaticanae quatuor, Procuratores tam Ordinum Regularium quam S. Palatii Apostolici, Cubicularii et Officiales, ceterique intimari soliti.

De mandato Sanctissimi D. N. Papae
Pro R. P. D. Francisco Riggi, *Praefecto*

Nicolaus D'Amico,
*Proton. Apost., Caerem. S. Sedis Magister.*

## CORONATIO

Die 6 septembris sanctissimus dominus Noster BENEDICTUS PP. XV, in Sixtino Sacello, post pontificalem Missam augustissimo peculiari ritu celebratam, a Cardinalium Decanorum Priore maxima cum solemnitate coronatus est.

Adstabant Emi Patres Cardinales, Familiares omnes Pontificis, Praesules Romanae Curiae, Coetus dipiomaticus, militares civilesque Ordines, Urbis Patritii ac nobilissimi viri, Ianuensis et Bononiensis Civitatum deputatae legationes, frequens denique clerus et populus.

Ritu splendidissime absoluto, Emus et Revmus Dnus card. Antonius Agliardi, S. Collegii Subdecanus, Emorum Patrum omina et vota nobilissimis verbis expressit. Cui Beatissimus Pater gratias ex animo referens, fausta quaeque Ecclesiae Christi iuxta Patrum omina se adprecari respondit, eaque, Dei favente gratia Ipsorumque adiuvante consilio, futura vehementer sperare.

## SSMI D. N. BENEDICTI PP. XV

### ANNIVERSARII DIES

| | | |
|---|---|---|
| Natus Genuae | die 21 novembris | 1854 |
| Sacerdotio auctus | die 21 decembris | 1878 |
| Renunciatus a Secretis Nuntii Apostolici apud Regem Hispaniae Catholicum | die 2 ianuarii | 1883 |
| Substitutus Secretariae Status | die 23 aprilis | 1901 |
| Electus Archiepiscopus Bononiensis | die 16 decembris | 1907 |
| Consecratus a s. m. Pio PP. X | die 22 decembris | 1907 |
| S. R. E. Cardinalis creatus tituli sanctorum Quatuor Coronatorum | die 25 maii | 1914 |
| Ad Summum Pontificatum evectus | die 3 septembris | 1914 |
| Solemniter coronatus | die 6 septembris | 1914 |

# ACTA BENEDICTI PP. XV

## AD UNIVERSOS ORBIS CATHOLICOS

## HORTATIO

Ubi primum in beati Petri Cathedra constituti sumus, equidem probe conscii quam impares tanto essemus muneri, arcanum reverentissime adoravimus consilium Dei providentis, qui Nostrae humilitatem personae ad hanc sublimitatem gradus evexisset. Quod si, non idoneis ornati laudibus meritorum, tamen fidenter administrationem summi Pontificatus suscepisse videmur, dumtaxat divinae benignitatis fiducia suscepimus, minime dubitantes, quin is Nobis opportunam collaturus esset et virtutem et opem, qui maximum imposuisset onus dignitatis. — Iam ex hoc Apostolico fastigio ut omnem Dominicum gregem, Nostrae demandatum curae, circumspeximus, continuo percussit Nos horrore atque aegritudine inenarrabili immane totius huius belli spectaculum, cum tantam Europae partem, igni ferroque vastatam, rubescere videremus sanguine christianorum. Scilicet a Pastore bono, Iesu Christo, cuius obtinemus locum in gubernanda Ecclesia, hoc ipsum habemus, ut omnes, quotquot sunt, eius agnos et oves visceribus paternae caritatis complectamur. Quoniam igitur pro eorum salute, ipsius exemplo Domini, debemus esse, ut sumus, parati vel animam ponere, certum ac deliberatum Nobis est, quantum in Nostra erit potestate, nihil facere reliqui, quod ad celerandum huius calamitatis finem pertineat. In praesens autem, — antequam, more institutoque Romanorum Pontificum, sub initium Apostolatus universos Sacrorum antistites encyclicis appellemus litteris — non possumus quin decessoris Nostri sanctissimi et immortali memoria digni, Pii X, extremam illam decedentis excipiamus vocem, quam, in primo huius belli fragore, apostolica ei sollici-

tudo atque amor humani generis quodammodo expressit. Itaque dum Nosmet ipsi, oculis manibusque ad caelum sublatis, erimus Deo supplices, omnes Ecclesiae filios, praesertim qui sunt sacri ordinis, ut ille perstudiose hortatus est, ita Nos hortamur atque adeo obsecramus, pergant, insistant, contendant, privatim humili prece, publice supplicationum frequentia, arbitrum ac dominatorem rerum imploi'are Deum, quoad, suae misericordiae memor, hoc *flagellum iracundiae,* quo quidem a populis poenas peccatorum repetit, deponat. Adsit vero et faveat, precamur, communibus votis Virgo Deipara, cuius beatissimus ortus, hoc ipso concelebratus die, hominum generi laboranti, tamquam aurora pacis, illuxit, cum eum esset paritura, in quo voluit Pater aeternus reconciliare omnia, *pacificam per sanguinem crucis eius sive quae in terris, sive quae in caelis sunt* (Coloss. **1, 20).**

Eos autem, qui res tempérant populorum, oramus vehementer atque obtestamur, ut iam inducant animum sua omnia dissidia saluti societatis humanae remittere; considerent iam nimis miseriarum et luctu um huic mortali vitae comitari, ut non eam oporteat longe miseriorem ac luctuosiorem reddi; satis esse velint quod iam editum est ruinarum, satis quod effusum est humani cruoris; properent igitur pacis inire consilia et miscere dextras; praeclara enimvero tum sibi tum suae quisque genti ferent a Deo praemia; optime de civili hominum consortione merebuntur; Nobis autem, qui ex hac eadem tanta perturbatione rerum non mediocres difficultates in ipso auspicando Apostolico munere experimur, sane gratissimum se facturos sciant atque optatissimum.

Datum ex aedibus Vaticanis, die VIII septembris, in festo Mariae sanctissimae Nascentis, anno MCMXIV.

BENEDICTUS PP. XV

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

## (SECTIO DE INDULGENTIIS)

I

### INDULGENTIAE

QUAS SSMUS D. N. BENEDICTUS PP. XV IMPERTITUR CHRISTIFIDELIBUS, QUI RETINENTES ALIQUAM EX CORONIS, ROSARIIS, CRUCIBUS, CRUCIFIXIS, PARVIS STATUIS, NUMISMATIBUS, AB EADEM SANCTITATE SUA BENEDICTIS, PRAESCRIPTA PIA OPERA ADIMPLEVERINT.

*Monita.*

Ut quis valeat Indulgentias lucrari, quas Summus Pontifex Benedictus XV impertitur omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui retinent aliquam ex coronis, rosariis, crucibus, crucifixis, parvis statuis ac numismatibus ab eadem Sanctitate Sua benedictis requiritur:

1. Ut Christifideles in propria deferant persona aliquod ex enunciatis obiectis.

% Quod si id minime fiat, requiritur ut illud in proprio cubiculo, vel alio decenti loco suae habitationis retineant, et coram eo devote praescriptas preces recitent.

3. Excluduntur ab apostolicae benedictionis concessione imagines typis exaratae, depictae, itemque cruces, crucifixi, parvae statuae et numismata ex stanno, plumbo, aliave ex materia fragili seu consumptibili confecta.

4. Imagines repraesentare debent Sanctos, qui vel iam consueta forma canonizata, vel in martyrologiis rite probatis descripti fuerint.

*Indulgentiae.*

Hisce praehabitis, recensentur Indulgentiae, quae ex Summi Pontificis concessione ab eo acquiri possunt, qui aliquod ex supradictis obiectis retinet, et pia opera quae ad eas assequendas impleri debent:

Quisquis saltem in hebdomada semel recitaverit coronam Dominicam vel aliquam ex coronis B. V. Mariae aut rosarium eiusve tertiam partem aut divinum officium, vel officium parvum eiusdem B. Virginis aut fidelium defunctorum, aut septem psalmos poenitentiales aut gra-

duales, vel consueverit catechesim christianam tradere, aut carceribus detentos, vel aegrotos in nosocomiis misericorditer invisere, vel pauperibus opitulari, aut Missae interesse, eamve peragere si fuerit sacerdos: quisquis haec fecerit vere contritus, et peccata sua confessus ad S. Synaxim accedet quolibet ex infrascriptis diebus, nempe Nativitatis Dominicae, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, itemque diebus festis Ssmae Trinitatis, Corporis Domini, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis B. V. Mariae, Nativitatis S. Ioannis Baptistae, S. Iosephi Sponsi eiusdem B. Mariae Virginis, Ss. Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Philippi et Iacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Iudae, Matthiae, et Omnium Sanctorum; eodemque die devote Deum exoraverit pro haeresum et schismatum exstirpatione, catholicae fidei increniento, pace et concordia inter principes christianos, aliisque sanctae Ecclesiae necessitatibus; quolibet dictorum dierum Plenariam Indulgentiam lucrabitur.

Quisquis vero, corde saltem contritus, haec omnia peregerit in aliis festis Domini et B. V. Mariae quolibet dictorum dierum Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum acquiret: quavis Dominica vel alio anni festo Indulgentiam quinque annorum totidemque quadragenarum lucrabitur: sin autem eadem alio quocumque anni die expleverit, centum dierum Indulgentiam acquiret.

Praeterea, quisquis consueverit semel saltem in hebdomada recitare aliquam ex coronis aut rosarium, vel officium parvum B. Mariae Virginis, vel fidelium defunctorum, aut vesperas,. aut nocturnum saltem cum laudibus, aut septem psalmos poenitentiales cum litaniis adiectisque precibus, quoties id peregerit centum dierum Indulgentiam consequetur.

Quisquis in mortis articulo constitutus animam suam devote Deo commendaverit, atque iuxta instructionem fel. rec. Benedicti XIV in Constitut, quae incipit *Pia Mater* sub die 5 aprilis 1747, paratus sit obsequenti animo a Deo mortem opperiri, vere poenitens, confessus et S. Communione refectus, et si id nequiverit, saltem contritus, invocaverit corde, si labiis impeditus fuerit, Ssmum Nomen Iesu, Plenariam Indulgentiam assequetur.

Quisquis praemiserit qualemcumque orationem praeparationi Missae vel sanctae Communionis, aut recitationi divini officii, vel officii parvi B. V. Mariae, toties quinquaginta dierum Indulgentiam acquiret.

Quisquis in carcere detentos aut aegrotantes in nosocomiis invisent, iisque opitulatus fuerit, vel in Ecclesia christianam catechesim

tradiderit, aut domi illam suos filios, propinquos et famulos docuerit, toties biscentum dierum Indulgentiam lucrabitur.

Quisquis ad aeris campani signum, mane vel meridie aut vespere solitas preces, nempe *Angelus Domini,* aut eas ignorans recitaverit *Pater noster* et *Ave Maria,* vel pariter sub primam noctis horam, edito pro defunctorum suffragio campanae signo, dixerit psalmum *De profundis,* aut illum nesciens recitaverit *Pater noster* et *Ave Maria,* centum dierum Indulgentiam acquiret.

Eamdem pariter consequetur Indulgentiam, qui feria sexta devote cogitaverit de passione ac morte Domini nostri Iesu Christi, terque Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam recitaverit.

Is qui suam examinaverit conscientiam, et quem sincere poenituerit peccatorum suorum cum proposito illa emendandi, devoteque ter recitaverit *Pater noster* et *Ave Maria* in honorem Ssmae Trinitatis, aut in memoriam Quinque Vuinerum D. N. Iesu Christi quinquies pronunciaverit *Pater noster* et *Ave Maria,* centum dierum Indulgentiam acquiret.

Quisquis devote pro fidelibus oraverit, qui sunt in transitu vitae, vel saltem pro iis dixerit *Pater noster* et *Ave Maria,* quinquaginta dierum Indulgentiam consequetur.

Omnes Indulgentiae superius expositae a singulis Christifidelibus vel pro seipsis lucrifieri possunt, vel in animarum Purgatorii levamen applicari.

Expresse declarari voluit Summus Pontifex, supradictarum Indulgentiarum concessione, nullatenus derogari Indulgentiis a praedecessoribus Suis iam concessis pro quibusdam operibus piis superius recensitis; quas quidem Indulgentias voluit omnes in suo robore plene manere.

Iubet deinde idem Summus Pontifex, Indulgentias Christifidelibus concessas, qui retinent aliquod ex praedictis obiectis, iuxta decretum s. m. Alexandri VII editum die 6 februarii 1657, non transire personam illorum pro quibus benedicta fuerint, vel illorum quibus ab iis prima vice fuerint distributa: et si fuerit amissum vel deperditum unum alterumve ex iisdem obiectis, nequire ei subrogari aliud ad libitum, minime obstantibus quibusvis privilegiis et concessionibus in contrarium: nec posse pariter commodari vel precario aliis tradi ad hoc ut Indulgentiam communicent, secus eamdem Indulgentiam amittent: itemque recensita obiecta benedicta, vix dum pontificiam benedictionem receperint, nequire venumdari, iuxta decretum S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis tuendis praepositae editum die 5 iunii 1721.

Praeterea, idem Summus Pontifex confirmat decretum s. m. Benedicti XIV editum die 19 augusti 1752, quo expresse declaratur, vi bene-

diciionis crucifixis, numismatibus etc. uti supra impertitae, non intelligi privilegio gaudere altaria ubi huiusmodi obiecta collocata fuerint, neque pariter Missas quas sacerdos eadem secum deferens celebraverit.

Insuper vetat, ne qui morientibus adsistunt benedictionem cum Indulgentia Plenaria in articulo mortis iisdem impertiantur cum huiusmodi crucifixis, absque peculiari facultate in scriptis obtenta, cum satis in id provisum fuerit ab eodem Pontifice Benedicto XIV in praecitata Constitut. *Pia Mater.*

Tandem Sanctitas Sua vult et praecipit, praesentem elenchum Indulgentiarum pro maiori fidelium commodo edi typis posse non solum latina lingua vel italica, sed alio quocumque idiomate, ita tamen ut pro quolibet elencho, qui ubicumque et quovis idiomate edatur, adsit approbatio S. Congregationis S. Officii.

Non obstantibus quolibet decreto, constitutione aut dispositione in contrarium etiamsi speciali mentione dignis.

Datum Romae ex Aedibus S. Officii, die 5 septembris 1914.

L. $ S.

•f DONATUS, Archiep. Ephesinus, *Adsessor S. O.*

II

## DECRETUM

AUGETUR INDULGENTIA RECITANTIBUS QUASDAM ORATIONES TEMPORE CALAMITATIS.

*Ex audientia Ssmi, die 12 augusti 1914.*

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, ut magis excitentur fideles ad Deum câlamitosis temporibus propitium reddendum, loco indulgentiae sexaginta dierum concessae a s. m. Gregorio Pp. XVI, die 21 augusti 1887 universis Christifidelibus recitantibus orationes, quae sub titulo *Orazioni in tempo di calamità,* n. 332, in authentica Sylloge Indulgentiarum, a S. C. Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita, die 23 iulii 1898, approbata, exhibetur, trecentorum dierum indulgentiam benigne eiargitus est. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

De mandato D. Card. Secretarii

L. © S .

f DONATUS, Archiep. Ephesinus, *Adsessor, S. O.*

# S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## ACTA CONSISTORII

PROUT EDITA SUNT IPSA CONSISTORII DIE

*Boma, 8 settembre 1914*

La Santità di Nostro Signore BENEDETTO XV ha tenuto questa mattina *pubblico Concistoro* nel Palazzo Apostolico Vaticano, per dare il Cappello Cardinalizio agli Emi e Rmi Signori Cardinali: MBNDES BELLO, GUISASOLA Y MENENDEZ, CSERNOCH e PIFFL, pubblicati nel- Concistoro Segreto del 25 decorso maggio dalla s. m. di Pio X.

A tale oggetto gli Emi e Revmi signori Cardinali sopra nominati, alle ore 9,30 ant., si sono recati nella Sala detta della Contessa Matilde ed ivi, alla presenza degli Emi e Rmi Signori Cardinali Capi d'Ordine,* Cancelliere di santa Romana Chiesa e Camerlengo del sacro Collegio, hanno prestato il giuramento secondo le Costituzioni Apostoliche.

Intanto SUA SANTITÀ, accompagnato dalla Sua Nobile Corte, usciva dalle Sue stanze ed in una delle sale dell'appartamento pontificio, nella quale era stato provvisoriamente eretto un altare, indossava le sacre vesti ed assumeva la mitra. Quindi avendo ai lati gli Emi e Rmi signori cardinali FRANCESCO SALESIO DELLA VOLPE e OTTAVIO CAGIANO DE AZEVEDO, primo e secondo dell'Ordine dei Diaconi, accompagnato dalla Sua Guardia Nobile e scortato dalla Guardia Svizzera, si recava nell'Aula Concistoriale, ove era già riunito ad attenderlo il sacro Collegio dei Cardinali.

All'ingresso del SANTO PADRE nell'Aula Concistoriale, dai Cappellani Cantori Pontifici, sotto la direzione del loro Direttore perpetuo, Monsignor Lorenzo Perosi, veniva eseguito il mottetto *Tu es Petrus* dello stesso Maestro Perosi.

SUA SANTITÀ sedevasi in Trono, avendo ai lati i due Emi e Rmi signori cardinali Diaconi sunnominati, S. E. Rma Mons. Ranuzzi de Bianchi, Arcivescovo titolare di Tiro, Suo Maggiordomo, l'Illmo e Rmo Monsignor Sanz de Samper, Suo Maestro di Camera; gli Illmi e Revmi Monsignori Elemosiniere Segreto e Sacrista; i Camerieri Segreti Partecipanti, Caccia-Dominioni, Gerlach e Migone; il Foriere Maggiore; i Ca-

merieri Segreti e d'Onore di Spada e Cappa di servizio e l'Esente di servizio.

Dopo che dagli Emi e Revmi signori Cardinali fu prestata l'ubbidienza a SUA SANTITÀ, alcuni fra gli Emi e Rmi signori Cardinali Preti e Diaconi si recavano alla Sala della Contessa Matilde a prendere i quattro Porporati che dovevano ricevere il Cappello, e li accompagnavano nell'Aula Concistoriale, ove Essi presentatisi al Trono di SUA SANTITÀ, Le baciavano il piede e la mano, e ne ricevevano l'amplesso, ricevendo poi l'amplesso dei loro Emi Colleghi, mentre dai Cappellani Cantori veniva eseguito il mottetto *Sicut cervus* del Palestrina-.

Tornavano poi al Trono Pontificio e ricevevano il Cappello Cardinalizio che SUA SANTITÀ, assistita dal Prefetto delle Cerimonie Pontificie, Rmo Monsignor Francesco Riggi, coadiuvato dagli altri Maestri dello stesso Collegio, imponeva loro colle consuete formalità.

Durante questa ceremonia il signor Avvocato Concistoriale, conte comm. Carlo Santucci, ha perorato per la prima volta la Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Venerabile Servo di Dio Giovanni Bosco.

Intimatosi poi dal Prefetto delle Cérémonie Pontificie *Yextra omnes* ha avuto luogo nella stessa Aula il *Concistoro Segreto,* in cui il SANTO PADRE, dopo chiusa la bocca, giusta il costume, agli Emi e Revmi signori Cardinali novelli, ha proposto la seguente provvista di Chiese:

*Chiesa Metropolitana di Bologna,* pel Rmo Mons. GIORGIO GUSMINI, promosso dalla Chiesa vescovile di Foligno.

Ha quindi Sua Santità annunziata la provvista delle seguenti Chiese, già fatta con Bolla o con Breve:

*Chiese Metropolitane unite di Gnesna e Posnania,* pel Rmo Mons. EDOARDO LIKOWSKI, promosso dalla Chiesa titolare vescovile di Aureliopoli.

*Chiesa titolare Arcivescovile di Filippi,* pel Rmo Mons. ANGELO STRUFFOLINI, promosso dalle sedi di Ascoli Satriano e Cerignola.

*Chiesa titolare Arcivescovile di Seleucia,* pel Rmo Mons. PAOLO EUGENIO ROY, ausiliare di Québec, promosso dalla Chiesa titolare vescovile di Eleuteropoli.

*Chiesa titolare Arcivescovile di Corinto,* pel Rmo Mons. BONAVENTURA CERRETTI, traslato dalla Chiesa Arcivescovile di Filippopoli.

*Chiesa titolare Vescovile di Tabe,* pel Rmo Mons. GIOVANNI MARIA ALESSANDRO MoRiCE, traslato da Les Cayes.

*Chiesa titolare Vescovile di Tagaste,* pel Rev. PATRIZIO GIUSEPPE HAYES, Cancelliere dell'archidiocesi di New-York, preside del Collegio Cattedrale e

dottore in Teologia, deputato Ausiliare dell'Emo card. Arcivescovo di New-York.

*Chiesa Cattedrale di S. Anna nelVAmerica Centrale,* pel Rmo Mons. GIACOMO VILLANOVA, traslato da Mopsuestia.

*Chiesa Cattedrale di Osnabrück,* pel Rev. GUGLIELMO BERNING, della stessa diocesi, dottore in sacra Teologia.

*Chiesa titolare Vescovile di Arsinoe,* pel Rev. ERNESTO NEVEUX, Vicario Generale di Reims, deputato ausiliare dell'Emo Arcivescovo di Reims.

*Chiesa titolare Vescovile di Selge,* pel Rev. EDOARDO SOLAR VICUÑA, Arcidiacono della Cattedrale di La Serena, deputato ausiliare del Vescovo di La Serena.

*Chiesa Cattedrale di Breslavia,* pel Rmo Mons. ADOLFO BERTRAM, traslato dalla sede di Hildesheim.

*Chiesa titolare Vescovile di Dora,* pel Rev. FRANCESCO SAVERIO IRASTORZA Y LOINOZ, canonico arciprete e vicario generale di Ciudad Real e dottore in S. Teologia e diritto canonico; nominato Priore degli ordini militari spagnoli in provincia di Ciudad Real.

*Chiesa Cattedrale di Dunkeld,* pel Rev. GIOVANNI TONER, Canonico di Glasgow.

*Chiesa titolare Vescovile di Canopo,* pel Rmo Mons. ADOLFO TURCHI, traslato della Chiesa Cattedrale di Caiazzo e nominato Segretario della sacra Congregazione dei Religiosi.

*Chiesa Cattedrale di Breda,* pel Rev. ADRIANO PIETRO HOPMANS, vicario, capitolare della stessa diocesi di Breda.

*Chiese Cattedrali unite di Viterbo e Toscanella,* pel Rmo Mons. EMIDIO TRENTA, traslato dalla sede di Larino.

*Chiesa Cattedrale di Albenga,* pel Rev. P. PACIFICO DA SEGGIANO, al secolo CELSO CARLETTI, ex-Generale dei Cappuccini.

*Chiesa Cattedrale di Alghero,* pel Rev. FRANCESCO D'ERRICO, arciprete par**roco** della Cattedrale di Albano Laziale.

*Chiesa Cattedrale di Caetité,* pel Rev. EMANUELE RAIMONDO DE MELLO, vicario generale di Aracaju e cameriere segreto soprannumerario di Sua Santità.

*Chiesa Cattedrale di Sehna di rito caldeo,* pel Rev. Sac. HANNA (GIOVANNI) NISSAÜ.

*Chiesa titolare Vescovile di Germanicopoli,* pel Rino Mons. TOMMASO GIUSEPPE SHAHAN, rettore dell'Università Cattolica di Washington.

*Chiesa titolare Vescovile di Bufetnia,* pel Rmo Mons. GIOVANNI IRENEO **JoFFiLY,** arcidiocesano di Parahyba, ivi rettore del Collegio diocesano, prelato domestico di S. Santità, deputato Ausiliare di Olinda.

*Chiesa titolare Vescovile di Dioclea,* pel R. P. CARLO COX, degli Oblati di Maria immacolata, nominato Vicario Apostolico del Transvaal.

*Chiesa titolare Vescovile di Busiri,* pel Rev. P. ALESSANDRO CHULAPARAMBIL, nominato Vicario Apostolico di Kottayam.

*Chiesa titolare Vescovile di Cotieo,* pel Rev. P. ADOLFO RAYSSAC, delle Missioni estere di Parigi, nominato Vicario Apostolico del nuovo Vicariato di Tchao-tehiou.

*Chiesa titolare Vescovile di Chitrea,* pel Rev. P. AUGUSTO FORTINEAU, della Congregazione dello Spirito Santo, nominato Coadiutore con diritto di successione del Vicariato Apostolico di Diego Suarez nel Madagascar.

*Chiesa titolare Vescovile di Cuse,* pel Rev. VINCENZO FRANCESCO SAGE, delle Missioni estere di Parigi, nominato Coadiutore con diritto a successione del Vicario Apostolico della Manciuria meridionale.

*Chiesa titolare Vescovile di Docimeo,* pel Rev. P. FILIPPO OLAIZ-ZABALZA, dei Padri Cappuccini, nominato Vicario Apostolico di Guam.

Tn seguito SUA SANTITÀ ha aperto, secondo il consueto, la bocca ai novelli Porporati. Quindi si è fatta a Sua Beatitudine la postulazione del sacro Pallio per le Cinese Metropolitane di *Bologna* e di *Gnesna-Posnania* a mezzo dell'Avvocato Concistoriale sig. comm. Filippo Pacelli, Decano del Collegio degli Avvocati Concistoriali.

Finalmente il Santo Padre ha posto l'anello Cardinalizio ai prefati Cardinali, ed ha assegnato:

AH' Emo MENDES BELLO, il titolo presbiterale dei *Ss. Marcellino e Pietro.*

All'Emo GUISASOLA, quello dei *Ss. Quattro Coronati.*

All'Emo CSERNOCH, quello di *S. Eusebio.*

All'Emo PIFFL, quello di *S. Marco.*

Riaperte quindi le porte dell'Aula Concistoriale veniva intonato il *Te Deum,* che era continuato dai Cappellani Cantori, e durante il canto dei quale SUA SANTITÀ rimaneva in piedi dinanzi al Trono.

Finito il canto dell'Inno Ambrosiano i Cardinali che hanno ricevuto il Cappello si sono genuflessi, e l'Emo e Revmo signor Cardinale Sotto-Decano ha recitata l'orazione *super creatos Cardinales.* Quindi SUA SANTITÀ ha impartita l'Apostolica Benedizione ed è poi uscito dall'Aula seguito dagli Emi e Rmi signori Cardinali, mentre dai Cappellani Cantori veniva ripetuto il *Tu es Petrus.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## NOMINE

Con Suo venerato Chirografo in data *4 settembre 1914* il Santo Padre BENEDETTO XV, felicemente regnante, si è degnato di nominare l'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, Suo Segretario di Stato.

Con biglietto della Segreteria di Stato in data *8 settembre* il medesimo Santo Padre BENEDETTO XV si è benignamente degnato di assegnare le seguenti sacre Congregazioni agli Emi e Rmi signori Cardinali che nel Concistoro dello stesso giorno hanno ricevuto il Cappello Cardinalizio:

Al signor cardinale Antonio Mendes Bello, Patriarca di Lisbona, le sacre Congregazioni del Concilio e dei Religiosi;

Al signor cardinale Vittoriano Guisasola y Menendez, Arcivescovo di Toledo, le sacre Congregazioni dei Sacramenti e dell'Indice.

Al signor cardinale Giovanni Csernoch, Arcivescovo di Strigonia, le sacre Congregazioni Concistoriale e degli Studi;

Al signor cardinale Gustavo Pini, Arcivescovo di Vienna, le sacre Congregazioni Concistoriale e del Concilio.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il medesimo Santo Padre si è degnato di nominare:

*5 settembre 1914.* — I Rmi Monsignori Camillo Caccia-Dominioni, Alberto Arborio Mella di Sant'Elia, Rodolfo Gerlach e Giuseppe Migone, *Camerieri Segreti Partecipanti di S. S.*

*7 settembre.* — Mons. Vittorio Amedeo Ranuzzi de' Bianchi, arcivescovo titolare di Tiro, *Maggiordomo di S. S.*

— Mons. Riccardo Sanz de Samper, *Maestro di Camera di S. S.*

— Mons. Luigi Misciattelli, *Vice-Prefetto dei sacri Palassi Apostolici e Prelato Palatino.*

*10 settembre.* — Il sig. marchese Francesco Serlupi-Crescenzi, *Cavallerizzo maggiore di S. S.*

*13 settembre.* — Mons. Vincenzo Sardi, arcivescovo titolare di Cesarea, *Consultore della sacra Congregazione di Propaganda Fide per gli affari di rito orientale.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio X di fel. mem. si era degnato di nominare:

*Cameriere Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*24 luglio 1914.* — Mons. Riccardo Rodríguez Palma, della diocesi di Madrid.

*25 luglio.* — Mons. Giuseppe Vida, della diocesi di Veszprimia.

— Mons. Giuseppe Pályi, della medesima diocesi.

— Mons. Vittore Radványi, della medesima diocesi.

*Camerière d'onore in abito paonazzo di S. S. :*

*8 agosto 1914.* — Mons. Giovanni Thunnissen, della diocesi di Harlem.

*Cappellani Segreti d'onore di S. S.:*

*25 luglio 1914.* — Mons. Antonio Strausz, della diocesi di Veszprimia.

— Mons. Ludovico Vegele, della medesima diocesi.

*Cappellano d'onore* extra Urbem *di S. S.:*

*8 agosto 1914.* — Mons. Luigi Grillini, delegato vescovile nella diocesi di Sabina.

*Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :*

*2 agosto 1914.* — Il sig. conte Gabriele Edoardo Espierre, della diocesi di Luçon.

## NECROLOGIO

*22 agosto 1914.* — Mons. Giacomo Radini-Tedeschi, vescovo di Bergamo.

*23 agosto.* — Mons. Antonio Contini, già vescovo di Ampuria e Tempio.

*6 settembre.* — Mons. Luigi Filippo Schaefer, vescovo tit. di Ahila, vicario apostolico di Sassonia.

*8 settembre.* — Mons. Igino Bandi, vescovo di Tortona.

Annus VI. - Vol. VI. Die 16 Octobris 1914. Num. 16

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA BENEDICTI PP. XV

## EPISTOLAE

### I

AD ANTONIUM CARD. MENDBS BELLO, OLYSSIPONENSEM PATRIARCHAM, OB LITTERAS OBSEQUENTISSIMAS BEATISSIMO PATRI EXHIBITAS.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Litteras abs te habuimus amoris officiique plenissimas, pergratumque fuit Nobis, vixdum vocatis, divinae Providentiae consilio, ad huius apostolicae Sedis fastigium, tam uberem accipere voluntatis tuae significationem. Quo vero Nos simus erga te animo comparati, nosti equidem ex caritate qua superioribus diebus complexi te sumus; nosti etiam ex studiosa cura qua tibi, a decessore Nostro adlecto in Purpuratorum Patrum collegium, altissimae dignitatis tradidi mus insignia.

Quae Nobis aperuisti generosa proposita, quidquid est in te virium, id omne ad catholicae rei rationes tutandas, evehendas collaturum, quamvis perspectissima haberemus, ea tamen auxerunt in Nobis tuae opinionem virtutis; Deumque salubrium consiliorum adiutorem comprecamur, ut tibi ita adsit, ut ex actuosa tua caritate prudentiaque plurimum istic capiant levaminis, incrementi afflictae Ecclesiae res, plurimum Nos habeamus quo in Domino laetemur.

Auspex interea divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili Noster, clero populoque tuo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxi septembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

## II

AD FRANCISCUM V. CARD. DUBILLARD, CHAMBERIENSEM ARCHIEPISCOPUM, DE FILIALI OMINUM OBSEQUIO BEATISSIMO PATRI REVERENTER PRAESTITO.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Voluntatis tuae significationem amplectimur libentissime : futurum enim confidimus ut iis quae Nobis obtulisti fausta vota, pias ad Deum preces adiungas viresque Nobis impetres, quibus suscepto gravissimo oneri haud impares simus. Nos quidem scito, ita divinae obsequutos esse voluntati, ut *omnem sußcientiam Nostram* in Eo ponamus, a quo *accepimus gratiam et apostolatum,* et hoc velle, hoc unice contendere, ut Christi Ecclesiae per tot adversa gradienti, utile praebeamus ministerium.

Pro delatis officiis gratias tibi, ut par est, et agimus et habemus, atque apostolicam benedictionem, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, tibi, dilecte Fili Noster, tuoque gregi universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxin septembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

## III

AD R. P. D. FRANCISCUM XAVERIUM SCHOEPFER, EPISCOPUM TARBIENSEM ET LOURDENSEM, GRATULABUNDUS OB FELICEM EXITUM CONVENTUS EUCHARISTICI LOURDENSIS.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. - Proximis diebus a dilecto Filio Nostro, cardinali Ianuario Granito di Belmonte, certiores facti sumus - quod iam ex publicis nuntiis ac multorum sermonibus acceperamus - Lourdensis conventus Eucharisticus, cui quidem ipse ut Legatus decessoris Nostri sanctae memoriae Pii X praesederat, quam bene splendideque evenisset quantaque cum spe fructuum optimorum. Quod sane nemini potest accidere mirum, qui vel fidei

caritatisque expertus sit fervorem, quem istius loci sanctitas ac celebritas commovet, vel alacritatem studiumque noverit et tuum, venerabilis Frater, et hominum lectissimorum, qui tecum rei apparandae elaborarunt. Certe Nobis utrumque est exploratum; nec sine magno desiderio solemus superioris anni meminisse, cum ad nobilissimam aedem Deiparae Immaculatae paucos versari dies licuit, atque in ea sollemnium continuatione sacrorum novam quamdam animo percipere suavitatem. Atque erat Nobis in optatis istam quasi sedem misericordiarum Mariae, quamprimum possemus, revisere; sed, cum Omnipotenti Deo placuerit Nos, quamvis non merentes, in hac Apostolicae dignitatis arce locare, satis habeamus istuc venisse semel; id quod adhuc decessorum Nostrorum contigit nulli. Iam vero, quia maiorum omnium, quibus societas humana laborat, caput est aberrare a Christo, **Tectaque** et tamquam compendiaria via ad Iesum per Mariam itur, idcirco rerum istic in honorem Eucharistiae consultarum hunc maxime fructum expetimus, ut, Lourdensis Virginis patrocinio, cultus in dies religiosior ususque frequentior Sacramenti augusti toto orbe terrarum diffundatur. Hoc praesertim fieri in Gallia, cum consentaneum est, tum vehementer cupimus; Gallicae enim gentis salutem ac prosperitatem Nos, non minus quam decessores Nostri, caram habemus. Ceterum, quae idem Cardinalis Legatus attulit ad Nos de praeclaris documentis, datis a confertissimo coetu, pietatis in divinam Eucharistiam atque in beatissimam Dei Matrem, itemque de consiliis communiter susceptis eiusdem pietatis usque quaque promovendae, ea certo sunt argumento factum iri feliciter quod exoptamus. Iam tuam, venerabilis Frater, diligentiam et eorum, qui tecum hunc conventum curarunt, merita ornamus laude; atque auspicem divinorum munerum, paternaeque testem benevolentiae Nostrae, tibi et omnibus qui convenerunt, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxiv mensis septembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

# SACRA ROMANA ROTA

## OREGONOPOLITANA

NULLITATIS MATRIMONII (DINA SMITH-ABNER O'KIEFFE).

*Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die 6 iulii 1914, RR. PP. DD. Ioannes Prior,* Ponens, *Aloisius Sincero et Iosephus Mori, Auditores de turno, in causa* Oregonopolitana - Nullitatis matrimonii, *inter* Dinam Smith, *appellantem, repraesentatam per legitimum procuratorem ex officio deputatum A. D'Alessandri, advocatum, et* Abnerum 0'Kiefte, *contumacem, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Dina Smith, dum 16 annorum erat, primo cognovit virum, Abnerum 0'Kiefte, atque sensim intimiori facta consuetudine inter illos, duos post annos spes utrique arridebat amores inceptos matrimonio complendi. Resistebant vero Dinae parentes catholici, eo quod vir omnino irreligiosus erat, et ne baptizatus quidem fuerat. Mortuo puellae patre, mater tandem instabat ut filia omne consortium cum Abnero abscinderet, nisi hic sacro baptismate ablueretur. Ne nuptiis optatis renuntiare teneretur, vir consensit, et die 17 martii 1895 baptismum recepit, atque die 8 mensis octobris subsequentis in ecclesia Ssñii Rosarii apud Pine Ridge cum Dina, vigesimum tunc annum agente, in matrimonio coniunctus est. Vita tamen coniugalis haud feliciter processit, et quinque post menses Abner uxorem deseruit, et alteri mulieri serius adhaesit. Tandem et ipsa Dina amorem vertit in alium virum, cum quo nuptias inire cupit, ac proinde a curia Oregonopolitana petiit, ut primum suum matrimonium irritum declararetur ex capite simulati consensus ex parte viri: sententia autem Curiae in favorem vinculi emissa est. Appellante muliere ad S. N. Ordinem, quaestio nobis proponitur sub dubio consueto: *An constet de matrimonii nullitate in casu?*

*In iure.* Fictus seu simulatus consensus habetur quando Contrahens externe quidem verba consensum exprimentia serio et rite profert, interne autem non consentit. Cum contractus matrimonialis de essentia

sua sit voluntarius ac liber, et actu ipsius voluntatis externe expresso perficiatur, defectus consensus interni ex lege naturae illum nullum reddit. Innocentius III in cap. 26 *De sponsalibus,* habet: « quod si ita « res se habuerit, videlicet quod ille non proposuit eam ducere in uxo- « rem, nec unquam consensit in praedictam personam, non debet ex « illo facto coniugium iudicari, cum nec substantia coniugalis contractus, « nec forma contrahendi coniugium valeat inveniri: quoniam ex altera « parte dolum solummodo adfuit, et defuit omnino consensus, sine quo « cetera nequeunt foedus coniugale perficere ». Cf. Coscius, *De sep. thori,* lib. T, cap. 8, n. 96 et seq., Sánchez, lib. 2, disp. 25, n. 2 et 3; Gasparri, vol. 2, n. 908 et seq., ed. 1904.

Consensus vero fictus difficilis est probationis, ut notat Glossa in cit. cap. 26, *De sponsal.,* v. *mulierem:* « Sed pone quod aliquis prote- « stetur coram pluribus quod omnia quae dicet vel faciet, non faciet « animo contrahendi matrimonium, et postea publice dicet: Consentio in « te: numquid hic est matrimonium, vel non? In casu isto dico quod « Ecclesia iudicare debet pro matrimonio: quia recurrendum est ad com- « munem verborum intelligentiam ... Talia enim verba non possunt ser- « vire suae intentioni: praeterea, si probet quod illa verba protestatus « fuit primo, potuit postea recedere ab illa voluntate, et consentire in « illam, et hoc videtur per illud quod postea publice fecit; et si dicat < adhuc tempore contractus erat in eadem voluntate, non creditur ei, « quia contra eum debet fieri interpretatio, qui dolum adhibet... ».

Etsi non nimis rigorose applicanda sit haec Glossae regula, ut videantur excludi etiam probationes moralem certitudinem gignentes, tamen praesumptiones iuris et favor quo gaudet matrimonium dictant consensum matrimonialem, semel rite expressum, esse verum non simulatum. Ut notat D'Annibale ex Iure Romano (vol. 2, n. 412, not. 45): « Nemo existimandus est dixisse quod non mente cogitaverit (L. 7, *De « suppel. legat.)* licet id ipse affirmet (Ex 1, 5, *De Probat.* C. 5. eod. tit.; « Lugo, 22, 48), neque enim ei credendum est (L. 13 C. *Non num. peo.),* « nisi id suadeat iusta et urgentissima causa ». In foro conscientiae, utique, credi potest asserenti se simulate consensisse, quia ibi agitur de bono spirituali poenitentis, et viget principium « confitenti pro se et « contra se credendum est »; in foro autem externo agitur 'de admini- stranda iustitia ius suum petenti, et standum est allegatis et probatis (Sánchez, disp. 45, n. 2).

Ad simulationem probandam requiritur ut constet imprimis de causa simulandi (Coscius, *De sep. thori,* lib. 1, cap. 8, n. 100; Gasparri, vol. 2, n. 912, ed. 1904; Rota, decis. 13, n. 6, p. 19, tom. 2); quae; proportio-

nata esse debet, seu talis quae, simulantis indole et circumstantiis perpensis, eumdem ad ritum matrimonialem perficiendum inducere possit. Gravis omnino et urgens debet esse huiusmodi causa in existimatione simulantis, cum per ritum externum impletum iure simul civili et ecclesiastico omnia matrimonii onera in se sumere teneatur, donec defectus ipsius consensus interni, in foro externo invicte probetur. Cognita causa simulationis, confirmari debet simulatus consensus ex coniecturis et praesumptionibus, quae ex variis matrimonii circumstantiis, sive antecedentibus, sive concomitantibus, sive subsequentibus petuntur.

*In facto.* Nulla causa simulationis in Actis affertur, quae proportionata seu adaequata dici potest in existimatione viri matrimonium contrahentis. Duae indicantur a testibus:

1) Prima a sac. Me. Ñamara teste ex audito, et quidem plures annos post matrimonium contractum: in epistola ad actricem scribit: « Incontrai il sig. O'Kieffe e mi disse che vi aveva ingannata e che mai « intese di vivere con voi, ma semplicemente contrarre il matrimonio « con voi per divenire ricco ». Iamvero ex Actis non constat mulierem fuisse divitem ; et quin ullum argumentum allatum sit ad probandam conditionem eius pecuniariam post matrimonium fuisse in peius mutatam, ita censu et ope destituta declaratur mulier a seipsa, a sacerdote Me. Ñamara et a curia Oregonopolitana, ut ipsi concessum fuerit a N. S. Tribunali patrocinium gratuitum.

2) Alia causa simulationis ab eodem sacerdote assignatur hisce verbis: «Prima dei suo matrimonio alla sua attuale moglie egli disse: « Dinah Smith mi imbarazzò a morte ed io.la sposai per sbarazzarmi « da lei ». Idem testatur Ioannes Riggs. Haec tamen ratio uti causa simulationis admitti nequit, utpote omnino inepta ad scopum viri obtinendum; nemo enim sanae mentis cogitare posset a vexationibus mulieris se liberatum iri, contrahendo cum illa arctum unionis coniugalis vinculum, quod tuentur publicae leges, civiles et ecclesiasticae. Ad summum dici potest virum, in accessu ad matrimonium titubantem, precibus mulieris instantibus cessisse ut ad effectum perduceret sponsalia contracta.

Deficiente causa simulationis proportionata, evinci nequit consensum fuisse simulatum. Facta insuper non desunt in matrimonii circumstantiis, quae suadent Abnerum O'Kieffe verum consensum matrimonialem dedisse. Partes enim duos annos cum dimidio ante nuptias consuetudinem familiarem ad invicem fovebant: vir obstacula ad matrimonium forti animo vicit; parentes enim puellae unioni adversabantur ex eo

quod Abner acatholicus fuerit, et mortuo puellae patre, mater illi peremptorie iussit ut omnem consuetudinem cum viro continuo obtruncaret, nisi ille baptismum suscipere vellet: vis itaque, quamvis indolis irreligiosae esset, uti omnes fere testes affirmant, baptismum suscepit, prout actrix narrat, eo fine ut cum ipsa in matrimonio coniungi posset. Matrimonium spontanee ex utraque parte consummatum est, et quinque menses, paucis intervallis interruptos, cohabitarunt.

Dubitari, ergo, nequit virum intentionem habuisse contrahendi matrimonium; ac proinde refici debet caput accusationis ex simulato consensu. At non ideo patet matrimonium in casu ex omni parte esse validum. Plures enim testes, sive ore sive scripto, sub iuramento declarant virum etiam ante matrimonium dixisse se intentionem habuisse non cohabitandi cum Dina Smith, sed potius eamdem deserendi. Ita I. F. Wasmund, Ioannes et Anna Riggs, N. F. Wasmund, Georgius A. O. Kieffe, G. R. Neach. Docent enim auctores intentionem contrahendi componi posse cum intentione non se obligandi, et iuxta plures magnae auctoritatis doctores, invalidum esse matrimonium tali animo contractum. (D'Annib., vol. 2, n. 402; Gasparri, vol. 2 n. 919). Ait Gasparri, 1. c. « Si « contrahens habet quidem intentionem contrahendi matrimonium, sed « simul habet intentionem explicitam et positivam sese non obligandi « aliquo modo: scilicet non vult tradere-acceptare ius coeundi; aut illud « vult tradere-acceptare, sed sua intentione excludit vel limitat eius ordi« nationem ad prolem, vel perpetuitatem vel unitatem, dicens, non inter« pretative tantum, sed positive, in mente sua: Volo contrahere matri« monium, sed . . . nolo tradere ius perpetuum et exclusivum : non est « dubium hunc contrahentem in genere peccare; insuper matrimonium « est prorsus irritum ex defectu consensus ».

Cum vero simplex intentio contrahentis contraria bono Sacramenti, seu indissolubilitati matrimonii, diversimode iudicanda sit ab intentione contra bonum fidei vel prolis, praestat paulisper immorari in iure hac in re explicitius declarando.

Qui matrimonium init, intendens positive, non interpretative tantum, matrimonium solubile ob causam quamcunque contrahere, nulliter contrahit, etiamsi haec intentio non deducatur in pactum inter partes; quia deesset obiectum substantiale contractus matrimonialis, ius nempe perpetuum et exclusivum utendi corpore ad opus generationis. Id communiter tradunt auctores: ita Sánchez, lib. 2, disp. 29, n. 11 et 12; lib. 5, disp. 12, n. 5; Gonzales in tit. *De condit, app.*, cap.' 7, n. 9; De Lugo, Disp. Scolasi,, *De Sacram, in gener.*, disp. 9, sect. 8, n. 130; Gasparri, tom. 2, n. 919 et ed. 1904; Wernz, *Ius matr.*, t. 302, not. 44, «d. 1911; Balle-

rini-Gury, tom. 2, n. 152, not. a), p. 510 ed. 1869; Ballerini-Palmieri, *Opus morale,* tom. 6, n. 492 seq. ed. 1892 (Cf. *Nicien.,* coram Many, Thaon-Aiard). Wernz, e. g. ait 1. c. « At cum intentione vel unius partis cele« brandi matrimonium ad tempus, sive separabile, contra bonum Sacra« menti, *etiam sine pacto* valor nuptiarum non consistit ».

E contra, intentio contraria bono fidei vel prolis, contractum matrimonium non irritat, nisi in pactum deducta fuerit. Haec diversitas pendet a diversa relatione quae intercedit inter contractum matrimonialem et bona fidei vel prolis ex una parte, et ex alia inter contractum et bonum Sacramenti, seu indissolubilitatem vinculi. Indissolubilitas vinculi ad ipsum *esse* matrimonii pertinet, bonum fidei et prolis ad usum matrimonii, non ad *esse* ipsius, ut loquitur D. Thomas, citatus a Sanchesio, lib. 2, disp. 19, n. 12 seq., qui doctrinam doctoris Angelici sequitur; ideo matrimonium sine ipsis consistere potest, dum sine indissolubilitate vinculi consistere nequit. De natura sua, scilicet, indissolubilitas est pars constitutiva contractus matrimonialis, quae si excludatur, eo ipso excluditur contractus matrimonialis. Deducere aliquam conditionem in pactum matrimoniale nihil aliud significat quam facere talem conditionem partem constitutivam contractus matrimonialis (V. Wernz, 1. c. in textu); si autem solubile vinculum positive intenditur, eo ipso, ex sua natura, est pars constitutiva contractus ; si, ex altera parte, conditio contra bonum fidei vel prolis etiam positive intenditur, non eo ipso, seu ex sua natura, in contractum ingreditur, quia bonum fidei et prolis consequitur contractum in suo *esse* iam constitutum; ideo, ut talis conditio in contractum ipsum ingrediatur, et consequenter illum irritum reddat, requiritur specialis actus voluntatis, quo non solum positive intenditur conditio contra bonum fidei et prolis, sed etiam ut ita intendatur ut praevaleat intentioni generali contrahendi matrimonium prout ordinarie contrahitur, i. e. prout a Deo institutum est, seu iuxta legem Christi seu doctrinam catholicam; praevalet autem huic intentioni generali, quatenus consensus in matrimonio datus in suo esse pendet a conditione contra bonum fidei vel prolis.

Haec doctrina elucet ex distinctione quam communiter faciunt auctores recentiores inter assumptionem obligationis quoad bonum fidei et prolis et adimplementum obligationis assumptae; quae distinctio fundatur in altera de qua loquitur Sánchez (lib. 2, disp. 29. n. 12) inter « obligationem et exsecutionem », vel in illa antiquiori D. Thomae, a Sanchesio ibidem citati, inter bonum fidei et prolis spectatum « in prin« cipiis et in seipsis » : dicunt enim conditiones appositas (Gregorius P. cap. 7, X, h. t.) « si generationem evites », « si pro quaestu adulterandum

te tradas », intelligendas esse generatim de intentione contra adimplementum obligationis assumptae, quia ita conciliari possunt duo contrarii voluntatis actus, contrarii nempe ex parte obiectorum, quae inter se aliquatenus opponuntur, non tamen se invicem necessario excludunt; nam ambo hi voluntatis actus in suo esse simul permanere possunt; uno scilicet actu voluntatis intenditur contractus ipse matrimonialis, altero excluditur bonum aliquod (fidei vel prolis), quod ab ipso contractu dimanare deberet. Nullus vero locus est huic distinctioni respectu boni Sacramenti, seu indissolubilitatis vinculi ; heic enim assumptio obligationis et adimplementum obligationis assumptae identificatur in ipso actu voluntatis positivo quo vinculum perpetuum intenditur. Si vir, itaque, intendit reapse matrimonialem contractum i. e. vinculum indissolubile, et simul intendit certis in adiunctis uxorem abjicere et alteri mulieri adhaerere, contra bonum fidei seu fidelitatis directe peccat (Sánchez, 1. c), vinculum intactum manet; si vero dicatur ipsum sibi reservare potestatem in certis adjunctis uxorem abiiciendi et vinculum ipsum violandi, iam non amplius intendit vinculum indissolubile contrahere, seu ius perpetuum et exclusivum tradere-acceptare: hi duo actus voluntatis, nimirum, ex seipsis se mutuo excludunt, quia non solum contrarii sunt, sed contrarii circa idem obiectum; per unum scilicet intenditur vinculum indissolubile, per alium idem vinculum indissolubile excluditur.

Unde Sánchez loc. cit. ait : « Id tamen observandum est, aliud esse « sentiendum de tribus matrimonii bonis, quoad obligationem et quoad « exsecutionem: nam quoad obligationem omnia illa sunt de matri« monii essentia... Si tamen haec considerentur quoad exsecutionem et «in seipsis, sic bonum Sacramenti, quod est indissolubile vinculum, « est de essentia Sacramenti; non autem fides et proles, ut optime «notat ibi D. Thomas. Hinc fit ut intentio contraria bono Sacramenti «irritet matrimonium: non autem intentio contraria bono fidei et pro« lis: si tamen adversaretur intentio bono fidei et prolis quoad sua « principia, similiter irritaret matrimonium-... Respondetur, ad bonum « Sacramenti minime pertinere non separari ab uxore quoad thorum, « sed tantum ut vinculum sit indissolubile; ad bonum autem fidei et « prolis pertinere, seu tantum obligationem ad ea servanda, sed etiam « ipsorum bonorum exsecutionem, unde recte dicit S. Thomas bonum «Sacramenti semper esse de essentia: non vero alia bona, et in hoc « versatur differentia ».

Attamen negari nequit et documenta pontificia et graves auctores declarasse conditionem solvendi matrimonium ob adulterium vel alias causas non irritare contractum nisi in pactum deducta fuerit. Ita respon-

sio S. Officii diei 2 oct. 1680 ad dubium ab episcopo Bornensi propositum: « An sit validum matrimonium cum intentione foedandi vel sol- « vendi matrimonium ? » R. « Si ista sint deducta in pactum, »seu cum « ista conditione sint contracta, matrimonia sunt nulla: sin aliter sunt « valida » (Collectan. Prop., vol. 2, p. 83; instructio S. Officii diei 9 decem bris 1874). Item pluries in Instructione eiusdem S. Officii diei 18 decembris 1872 ad Vic. Ap. Oceaniae Central. (Collectan. Prop. vol. 2, p. 57, 59). Wernz etiam loc. cit.

In huiusmodi vero documentis clarum est ex contextu non agi de distinctione inter contrahentem simpliciter cum positiva intentione matrimonium solubile ex una parte, et ex altera contrahentem cum tali positiva intentione in pactum deducta, sed potius inter illum qui contrahit cum errore concomitanti de indissolubilitate coniugii, menti quidem inhaerenti, quin tamen actu positivo voluntatis coniugium dissolubile intendat, et ex alia parte contrahentem cum positiva intentione matrimonium dissolubile. Ita Instructio supra Citata S. Officii diei 9 dec. 1874: « Verum « A. T. optime novit hunc errorem menti inhaerentem, et non deductum « in pactum, matrimonio non officere, ut saepe disertis conceptisque verbis « declaravit haec S. C. ». Et Instructio altera S. Officii diei 18 dec. 1872 : « Ex quo apparet hoc traditum esse: errorem menti inhaerentem, qui « tamen non sit deductus in pactum sive conditionem, validitati non « officere, eoque tantum in casu invalidum reddere, cum, consideratis for- « mulis quae in actu contractus adhibitae sunt, merito dici possit fuisse « in pactum deductum ». Similiter Litterae Pii VI diei 11 iulii 1789 ad archiepiscopum Pragensem: « Nec deest intima ratio cur intentio con- « trahendi iuxta placita sectae adstruentis aut legis permittentis disso- « lutionem matrimonii, non officiât eius valori, modo non deducatur in « pactum ; etenim hoc ipso quod acatholici, vano errore decepti, existi- « mant solutionem matrimonii minime repugnare legi Christi, hinc ' « ut in eorum mente propter falsam illam existimationem intentio con- « trahendi iuxta huiusmodi leges aut sectae placita, minime excludat « primariam intentionem contrahendi iuxta divinam legem per Christum « confirmatam ».

Iamvero in pactum deducitur intentio solvendi matrimonium eo ipso quod positive intenditur, quia nihil aliud requiritur ut fiat pars constitutiva contractus; conditionem enim in pactum deducere, ut iam innuimus ex Wernz supra cit., significat eamdem facere partem constitutivam contractus: non item intentio contrahendi cum conditione contra bonum fidei vel prolis, quia etiamsi haec conditio positive intendatur, non eo ipso est pars constitutiva contractus; intendi enim potest ita

ut coexistat cum intentione contrahendi verum matrimonium, videlicet si conditio ista respuat tantummodo adimplementum obligationis assumptae (Cf. Bened. XIV *De Syn.*, lib. 13, cap. 22, n. 7).

Ex depositionibus testium erui nequit Abnerum O' Kieffe habuisse intentionem contrahendi matrimonium solummodo ad tempus, seu dissolubile. Interrogata mulier « Vi ha mai detto che se vi avesse spo- « sata non avrebbe ciò un legame », respondit : « No, altrimenti non lo « avrei sposato ». Ex verbis ipsius viri unam vel duas hebdomadas post matrimonium testi Camillo Dieriew prolatis, apparet eum matrimonium contraxisse, sicut alii ordinarie contrahunt: dixit enim : « Non voleva « sposare, ma ella lo volle; non mi importa, noi ci siamo sposati ad « ogni modo ».

Propositum manifestavit, etiam ante matrimonium, uxorem deserendi, si illa sibi non placuerit, ut refert testis Gulielmus Wasmund : alii eum audierunt idem inconditionate enuntiantem. At dubium est an serio id proposuerit: Anna Chamberlain deponit eum hoc dixisse « ridendo » ; et amicus intimus Abneri, nempe Gulielmus Wasmund, testatur : « Era difficile dire quando egli diceva qualche cosa, che lo « dicesse sul serio o no ». Imo, facta matrimonium immediate subsequentia ostendunt eum potius non habuisse seriam intentionem numquam cum muliere cohabitandi. Matrimonium enim statim consummatum est, et quinque menses cum uxore cohabitavit.

Apparet virum, ex disparitate religionis ac morum, infelicem exitum ipsorum coniugii praevidisse, atque ita animo comparatus fuisse ut separationem a mensa et thoro, loco altercationibus indulgendi, privata ipsius auctoritate et arbitrio induceret, in quo etiam suam uxorem, vexationibus pertaesam, cooperaturam fore existimabat. Fatetur Abnerus : « Finalmente stabilì di sposarla, ma esponendo la sua intenzione che, « se non avesse potuto evitare il matrimonio, l'avrebbe sposata e lasciata « appena ne avesse veduto l'espediente, pensando ch'ella sarebbe tal- « mente disgustata di lui, che non l'avrebbe seguito... ella era una cat- « tolica troppo fervente, e che (Egli) odiava la Chiesa, e che se egli « avesse dimorato con lei, sarebbe stata spinta a lasciare la Chiesa ». Paullo post nuptias initas, iuxta testem Camillum Dieriew, Abner dixit: « Io potrò dimorare con lei, se ogni cosa procede a mio modo. Non « mi bisticcerò con lei, ma l'abbandonerò all' istante ». Intentio vero separationis a mensa et thoro ad suum arbitrium faciendae non secum trahit propositum matrimonii solubilis ex parte viri, sed id tantummodo probat eum intendisse obligationes matrimoniales non adimplere, quod validitati matrimonii haud officere iam diximus. Praeterea, ut notat

Gasparri (n. 1013 ed. 1904), conditio de non cohabitando in perpetuum non est contra substantiam matrimonii, sed potius contra eius integritatem (vol. 1, n. 7), et nonnunquam matrimonia conscientiae cum hac tacita vel expressa conditione permittuntur. Non esse quaestionem in casu de intentione contra matrimonii perpetuitatem, confirmat mulieris depositio iam citata, quae, interrogata « Vi ha mai detto che se vi « avesse sposata, non avrebbe ció un legame? », respondit: « No, altri« menti non lo avrei sposato ».

Certe vir iniuste egit erga puellam, tali animi dispositione eam ducendo; et haud immerito dictum est ab ipso Abnero eum uxorem decepisse, et hoc sensu intelligi potest eiusdem testimonium « che il suo « consenso... fu solamente un inganno - che l'aveva ingannata ecc. ». Ceterum confessio, quam coniuges in ipsa disquisitione iudiciali faciunt, aut ante illam fecerunt, sed post matrimonii, quod accusant, celebrationem, quatenus contra valorem matrimonii pugnat, omni vi probandi caret (cap. 5, X, *de eo qui*, IV, 13; Wernz, n. 745, ed. 1911).

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes *Negative* seu *Non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede tribunalis S. R. Rotae, die 6 iulii 1914.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Ioseph Mori.

L. © S.

Ex Cancellaria, 22 iulii 1914.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## NOMINE

Con suo venerato Chirografo in data *13 ottobre 1914* il Santo Padre BENEDETTO XV, felicemente regnante, si è degnato di nominare l'Emo signor cardinale Pietro Gasparri, Suo Segretario di Stato.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*19 settembre 1914.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Suore di san Giuseppe, dette dell'Apparizione, di Marsiglia.*

*24 settembre.* — Mons. Nicola Canali, *Segretario della sacra Congregazione Ceremoniale.*

— Mons. Federico Tedeschini, *Sostituto della Segreteria di Stato e Segretario della Cifra.*

*1 ottobre.* — Mons. Luigi Cossio, *Uditore della Delegazione Apostolica degli Stati Uniti d'America.*

*3 ottobre.* — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Membro della sacra Congregazione del Concilio.*

*6 ottobre.* — Mons. Pietro Alfonso Jorio, arcivescovo tit. di Nicomedia, *Consultore della sacra Congregazione Concistoriale.*

*14 ottobre.* — L'Emo sig. cardinale Raffaele Merry del Val, *Segretario della suprema sacra Congregazione del S. Offizio.*

— L'Emo sig. cardinale Filippo Giustini, *Prefetto della sacra Congregazione dei Sacramenti.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio X di fel. mem. si era degnato di nominare:

*Prelati Domestici di S. S.:*

*27 maggio 1914.* — Mons. Giacomo J. Chittick, esaminatore sinodale, e Mons. Giovanni B. Peterson, rettore del seminario, dell' archidiocesi di Boston.

*30 luglio.* — Mons. Saverio Carabellese, della diocesi di Moffetta.

Con Brevi apostolici il Santo Padre BENEDETTO XV, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Protonotari Apostolici* ad instar participantium:

*19 settembre 1914.* — Mons. Giuseppe Modena, rettore del Seminario di Pisa, e Mons. Giuseppe Calandra, della medesima archidiocesi.

*22 settembre.* — Mons. Eustachio Dugas, canonico della cattedrale e vicario generale della diocesi di Joliette.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*23 settembre 1914.* — Mons. Carlo Edoardo Tanguay, procuratore del seminario di Sherbrooke.

— Mons. Francesco Saverio Pietté, canonico curato della cattedrale di Joliette.

*24 settembre.* — Mons. Edoardo Apra, priore-parroco di Rosta, dell' archidiocesi di Torino.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il medesimo Santo Padre felicemente regnante si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:*

*5 settembre 1914.* — Mons. Caprasio Pallotti, dell'archidiocesi di Bologna.

— Mons. Aristide Magni, della medesima archidiocesi.

*6 settembre.* — Mons. Alfonso Terzi, della medesima archidiocesi.

*7 settembre.* — Mons. Giuseppe Pizzardo, di Roma.

— Mons. Luigi Maglione, di Roma.

— Mons. Francesco Marmaggi, di Roma.

— Mons. Gennaro di Somma del Colle, di Roma.

— Mons. Adolfo Agostoni, dell'archidiocesi di Bologna.

— Mons. Gabriele Colatei, di Roma.

— Mons. Domenico Spada, di Roma.

— Mons. Eriberto Fonti, di Roma.

— Mons. Luigi Centoz, di Roma.

— Mons. Emmanuele Lanzerini, dell'archidiocesi di Bologna.

*8 settembre.* — Mons. Giuseppe Villa, della medesima archidiocesi.

— Mons. Luigi Magnavacca, della medesima archidiocesi.

— Mons. Vincenzo la Puma, di Roma.

— Mons. Michelangelo Bovieri, di Roma.

*9 settembre.* — Mons. Roberto H. Benson, dell' archidiocesi di Westminster.

— Mons. Giorgio Wallis, della medesima archidiocesi.

— Mons. Arturo Filippo Jackmann, della medesima archidiocesi.

— Mons. Edmondo Nolan, della medesima archidiocesi.

*9 settembre 1914.* — Mons. Maurizio Emmanuele Carton de Wiart, della archidiocesi di Westminster.

— Mons. Alberto Barnes, della medesima archidiocesi.

— Mons. Tommaso Dunn, della medesima archidiocesi.

— Mons. Carlo Brown, della medesima archidiocesi.

— Mons. Serafino Banfi, della diocesi di Southwark.

— Mons. Carlo Coote, della medesima diocesi.

— Mons. Guglielmo Keatinge, della medesima diocesi.

— Mons. Domenico Jorio, di Roma.

*10 settembre.* — Mons. Giovanni Biasiotti, di Roma.

*11 settembre.* — Mons. Domenico Forestieri, di Roma.

— Mons. Alessandro Mori, della diocesi di Mantova.

— Mons. Cesare De Sanctis, di Roma.

*12 settembre.* — Mons. Giovanni Norcia, di Roma.

*13 settembre.* — Mons. Luigi Giambene, di Roma.

— Mons. Giuseppe Latini, di Roma.

— Mons. Arturo Mazzoni.

*15 settembre.* — Mons. Antonio Guerinoni, di Roma •

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S, S.:*

*8 settembre 1914.* — Mons. Giuseppe Giovannelli, di Roma.

— Mons. Antonio Nicolò, di Roma.

— Mons. Luigi Giordani, di Roma.

*13 settembre.* — Mons. Luigi Castellano, di Roma.

*Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :*

*4 settembre 1914.* — TI sig. conte Stanislao Medolago Albani, di Bergamo,

*14 settembre.* — Il sig. comm. Giuseppe Angelini, di Roma.

*Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :*

*4 settembre 1914.* — Il sig. cav. Alessandro Croci, di Siena.

— Il sig. comm. Luigi Josi, di Roma.

*6 settembre.* — Il sig. comm. Guglielmo Alliata, di Roma.

*7 settembre.* — Il sig. cav. Luigi Bersani, di Roma.

*9 settembre.* — Il sig. comm. Luigi Martinucci, di Roma.

— Il sig. comm. Giuseppe Barluzzi, di Roma.

— Il sig. comm. Camillo Serafini, di Roma.

— Il sig. cav. Augusto Grossi Gondi, di Roma.

— Il sig. comm. Augusto Persichetti, di Roma.

— Il sig. cav. Nicola Santovetti, di Roma.

*10 settembre.* — Il sig. cav. Giovanni Ladelci, di Roma.

*11 settembre 1914.* — Il sig. conte Adriano Aloisi Masella, di Roma.
*12 settembre.* — Il sig. comm. Aristide Leonori, di Roma.
— Il sig. comm. Francesco Sassi, di Roma.
— Il sig. comm. Edoardo Persiani, di Roma.
— Il sig. cav. Giuseppe Frascari, di Roma.

*Cappellani Segreti d'onore di S. S.:*

*8 settèmbre 1&Í4.* — Mons. Pio Papi, di Roma.
*10 settembre.* — Mons. Giovan Battista Bonelli, di Roma.
— Mons. Domenico Raggi, di Roma.
— Mons. Enrico Fedeli, di Roma.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre Pio X di fel. mem. si era degnato d conferire le seguenti onorificenze:

*La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*11 agosto 1914.* — Al sig. conte cav. Stefano de Beauchamp, segretario generale del Comitato di Lourdes.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*11 agosto 1914.* — Al sig. cav. Giustino Lacaze, sindaco di Lourdes.
- Al sig. conte Filippo Sassoli de'Bianchi, dell'archidiocesi di Bologna.

*La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*6 agosto 1914.* — Al sig. Giovanni Enrico Giuseppe van de Mortel, della diocesi di Bois-le-Duc.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*5 febbraio 1914.* — Al sig. Nicola Rossi Genoese, della diocesi di Mileto.
*29 maggio.* — Ai signori: Tommaso B. Fitzpatrick, Enrico P. Nawn e Giuseppe H. 0' Neil, dell'archidiocesi di Boston.
*28 luglio.* — Al sig. dott. Antonino Arena, dell'archid, di Reggio Calabria.
*9 agosto.* — Al sig. Vincenzo Cavalletti, di Roma.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*9 agosto 1914.* — Al sig. dott. Giuseppe Götz Werbrun, della diocesi di Würzburg.

Con Brevi apostolici il Santo Padre BENEDETTO XV, felicemente regnante, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Placca dell'Ordine Piano:*

*19 settembre 1914.* — Al sig. comm. Federico conte Sacconi, tenente della Guardia Nobile Pontificia.

— Al sig. comm. Pietro conte Caterini, esente della medesima Guardia Nobile.

*La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno:*

*19 settembre 1914.* — Al sig. comm. Valentino conte Canale, cadetto della Guardia Nobile Pontificia.

*Il Cavalierato dell'Ordine Piano:*

*19 settembre 1914.* — Ai signori: Filippo conte Aluffi., Stanislao conte de Witten, Filippo conte Sarazzani, Pietro nobile Mencacci, Enrico conte Paolini, Francesco dei marchesi Theodoli e Luigi de Goyeneche dei conti de Guaqui, Guardie Nobili Pontificie.

*22 settembre.* — Al sig. Massimo Ferron, antico zuavo pontificio, della diocesi di Joliette.

## MÁGGI0RDOMAT0 DI SUA SANTITÀ

### NOMINE

Con Biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:*

*25 settembre 1914.* — Mons. Andrea Martino van Zanten, di Amsterdam.

— Mons. Giuseppe Sorbellini, della diocesi di Loreto.

— Mons. Oreste Gurini, della diocesi di Recanati.

— Mons. Guido Anichini, dell'archidiocesi di Palermo.

— Mons. Carlo A. 0' Hern.

— Mons. Alessandro Bernabai, di Roma,

— Mons. Pio Mingoli, di Roma.

— Mons. Salvatore Luzio, di Roma.

— Mons. Francesco Pascucci, di Roma.

— Mons. Antonio Anselmi, di Roma.

— Mons. Decio Botti, di Roma.

*30 settembre.* — Mons. Simon Pietro Grassi, della diocesi di Bergamo.

— Mons. Angelo Giorgi, della medesima diocesi.

— Mons. Giuseppe Frigerio, della medesima diocesi.

— Mons. Quirino Spampati, della medesima diocesi.

*30 settembre 1914.* — Mons. Giacomo Rossi, della diocesi di Bergamo.
— Mons. Andrea Mancini, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Doeller, della diocesi di S. Ippolito.
— Mons. Giacomo M. Enroe, della diocesi di Brooklyn.
— Mons. Francesco O' Hara, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni P. Hoffmann, della medesima diocesi.
— Mons. Michele Gabriele Flammery, della medesima diocesi.

*Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S. :*

*28 settembre 1914.* — Mons. Carlo Lorenzetti, della diocesi di Massa-Carrara.
— Mons. Benedetto Virili, di Roma.
— Mons. Vincenzo Nani, della diocesi di Massa-Carrara.
— Mons. Carlo Parozzi, della medesima diocesi.
— Mons. Giovanni Lucchetti, di Roma.
*30 settembre.* — Mons. Vittorio Masoni, della diocesi di Bergamo.
— Mons. Bruno Kratzig, dell'archidiocesi di Trieste.
— Mons. Ugo Misni, della medesima archidiocesi.
— Mons. Luigi Scialdoni, di Roma.
— Mons. Felice Valerga, di Roma.
— Mons. Carlo Fohringer, della diocesi di S. Ippolito.
— Mons. Antonio Huber, della medesima diocesi.
— Mons. Domenico Mariani, di Roma.
— Mons. Giacomo [. Coan, della diocesi di Brooklyn.

*Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :*

*7 settembre 1914.* — Il sig. conte Pietro Chiassi, di Roma.
— Il sig. conte Giovanni Chiassi, di Roma.
*19 settembre.* — Il sig. conte Massimiliano Zara, di Roma.
*24 settembre.* — Il sig. conte Antonio Cagiano de Azevedo, di Roma.
— Il sig. conte Bartolomeo Lippay, di Vienna.
— Il sig. marchese Giacomo Serlupi Crescenzi, di Roma.
*25 settembre.* — Il sig. conte Vincenzo Macchi, di Roma.
— Il sig. conte Ranieri Callori di Vignale, della diocesi di Casale Monferrato.
— II. sig. conte Riccardo Pecci, di Roma.
— Il sig. Francesco Vitali, della diocesi di Fermo.
— Il sig. conte Alessandro Acquaderni, dell'archidiocesi di Bologna.
— 11 sig. conte Giovanni Acquaderni, della medesima archidiocesi.
*28 settembre.* — Il sig. marchese Giuseppe Sassoli de' Bianchi, della medesima archidiocesi.
— Il sig. conte Filippo Sassoli de' Bianchi, della medesima archidiocesi.
— Il sig. marchese Paolo Viti-Mariani, di Roma.

*28 settembre 1914.* — Il sig. conte Agostino Caterini, di Roma.
— Il sig. conte Giovanni Battista"Borgogelli, della diocesi di Fano.
— Il sig. conte Cesare Caterini, di Roma.
— Il sig. cav. Giovanni Marjoribanks Egerton.
— Il sig. conte Vincenzo Maria Petrangolini.
*29 settembre.* — Il sig. comm. Luigi Corsanego Merli, dell' archidiocesi di Genova.
*30 settembre.* — TI sig. conte Alfonso Zabeo, dell' archidiocesi di Lavant.
— Il sig. comm. Giuseppe Aurelio Pecoraro, dell'archidiocesi di Napoli.
— Il sig. conte Francesco di Paola Messina, dell'archidiocesi di Malta.
— Il sig. marchese Angelo Marini Claretti, di Roma.
— Il sig. Giuseppe Sterbini, di Roma.
— Il sig. conte Enrico Pocci, di Roma.
— Il sig. marchese Gaetano Celesia Pilati, dell'archidiocesi di Palermo.
— Il sig. conte Folchino Dodici-Schizzi Cesi di Salizzole, dell'archidiocesi di Milano.

*Camerieri a" onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :*

*24 settembre 1914.* — Il sig. comm. Odoardo Tabanelli, di Roma.
*25 settembre.* — Il sig. Paolo Geng, della diocesi di Versailles.
— Il sig. Pietro Galeotti Ottieri della Ciaia, della diocesi di Chiusi.
— Il sig. comm. Giorgio Bezzina, di Roma.
— Il sig. conte Salvatore Tomassucci Galante, di Roma.
*28 settembre.* — TI sig. conte Ludovico de Dorides, di Roma.
*29 settembre.* — Il sig. ing. Giovanni Maria Migone, dell'archid, di Genova.
*30 settembre.* — Il sig. cav. Pietro Diamilla Magnelli, di Roma.
— Il sig. Augusto Gregorj, di Roma.
— Il sig. avv. Giuseppe Casini, di Roma.
— Il sig. prof. Pietro De Sanctis, di Roma.
— Il sig. Raffaele Valensise, della diocesi di Mileto.
— Il sig. comm. Samuele Walker O' Neil, di Roma.
*8 ottobre.* — Il sig. comm. Pio Folchi.
— Il sig. conte Paolo Ceccopieri.

*Cappellani Segreti di S. S.:*

*9 settembre 1914.* — Mons. Francesco Gasoni.
— Mons. Luigi Testoni.
— Mons. Attilio Bianchi.
*12 settembre.* — Mons. Filippo Giobbe.

*Cappellano d'onore* extra Urbem *di S. S.:*

*28 settembre 1914.* — Mons. Alessandro Guerrieri.

*Chierici Segreti di S. S.:*

*12 settembre 1914.* — Mons. Riccardo Magnanensi.
*24 settembre.* — Mons. Ambrogio Gianni.

## PER *U ANNUÀRIO PONTIFICIO*

I

La Direzione *dell'Annuario Pontificio* prega vivamente gli Rimi e Revmi Monsignori, Arcivescovi, Vescovi, Abati, Superiori degli ordini religiosi, Rettori dei collegi Urbani e quanti possono avervi interesse, di voler inviare a questo ufficio (presso la Segreteria di Stato - Vaticano) le notizie e rettifiche riguardanti le rispettive diocesi e istituti da inserirsi *nell'Annuario Pontificio* pel prossimo anno; in conformità delle Lettere ed Istruzioni date da Sua Eminenza Revma il sig. cardinale Merry del Val, Segretario di Stato di S. S. PAPA PIO X, in data del 15 giugno 1911 e 1912.

II

Non potendo rispondere alle molte richieste pervenute in proposito, la Direzione *dell'Annuario Pontificio* si reca a premura di pregare gli lllmi e Revmi Ordinari delle diocesi perchè vogliano rendere edotti i loro sudditi ecclesiastici e laici, già insigniti di onorifiche dignità nella Corte Pontificia, come Camerieri Segreti soprannumerari, di Onore, ecc., Camerieri Segreti e di Onore di Cappa e Spada, ecc. ecc., che il loro nome non potrà esser compreso *nell'Annuario Pontificio* se non in caso di nuova nomina ottenuta dal SOMMO GERARCA felicemente regnante.

## NECROLOGIO

*6 ottobre 1914.* — Mons. Fulgenzio Torres, vescovo tit. di Dorileo, Abate *Nullius* di Nuova Norcia e amministratore apostolico del Vicariato di Kimberley in Australia.

*10 ottobre.* — L'Emo signor cardinale Domenico Ferrata, Segretario di Stato di S. S., Segretario della S. C. del S. Offizio, Prefetto della S. C. dei Sacramenti, ecc. ecc.

*11 ottobre.* — Mons. Ludovico Sueur, arcivescovo tit. di Gerapoli.

Annua VI. - Vol. VI. Die 9 Novembris 1914. Num. 17

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA BENEDICTI PP. XV

## MOTU PROPRIO

GRATIAE ET PRIVILEGIA CLERICIS CONCLAVISTIS POSTREMI CONCLAVIS CONCESSA.

BENEDICTUS PP. XV

Vixdum, secreto Dei consilio, ad beati Petri Cathedram evecti eramus, cum subiit cogitatio animum, quo pacto possemus iis gratifican ecclesiasticis viris, qui in postremo Conclavi vel Nobis et venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus uti familiares adfuerunt vel commisso sibi peculiari munere sunt sollerter studioseque perfuncti; qua in re cupiebamus non modo decessorum Nostrorum vestigia persequi, sed etiam aliquod edere testimonium caritatis Nostrae erga dilectos filios, qui ea de causa labores vel incommoda sustinuissent. Placuit igitur clericos Conclavistas nonnullis augere gratiis ac privilegiis, quae essent iis non modice profutura. Itaque auctoritate Nostra ac Motu proprio decernimus quae sequuntur :

I. Clerici Conclavistae, qui secuti sunt S. R. E. Cardinales in Urbe degentes aut dioecesibus Italiae regendis praepositos, gratias, provisiones aut commendas quorumvis beneficiorum, si quae forte sibi conferantur, itemque Litteras Apostolicas de iis conficiendas, gratuito, at semel tantum, habeant.

IL Clericis Conclavistis S. R. E. Cardinalium, qui dioeceses extra Italiam moderantur, oratorii privati ius esto, ea tamen lege; ut Ordinarius oratorium ante visitaverit ac probant. Quo ipso iure, eadem condicione servata, ceteris Conclavistis tum frui liceat, cum infirma sunt valetudine.

III. Idem esto privilegium iis qui comitati sunt S. R. E. Presbyteros Cardinales Iacobum Gibbons Archiepiscopum Baltimorensem, Gulielmum O' Connel Archiepiscopum Bostoniensem et Ludovicum Nazarium Bégin Archiepiscopum Quebecensem, quamvis hi post electionem Nostram advenerint; modo tamen iis ne desint cetera quae in Conclavistis requiruntur.

IV. Gratis prorsus dentur Apostolicae de his privilegiis ac iuribus Litterae.

V. Quoniam vero clericis Conclavistis, qui adfuerunt S. R. E. Cardinalibus in Urbe commorantibus aut dioeceses Italiae regentibus, pro Apostolicae Sedis tenuitate non licet Nobis, quod decessores Nostri consueverunt, perpetuas constituere pensiones, iisdem, ut in hoc etiam genere aliqua voluntatis Nostrae significatio ne desit, trecentas libellas singulis, semel tantum, attribuimus.

Non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus, Nostris ac Cancellariae Apostolicae Regulis, aliisque licet speciali et individua mentione dignis; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis specialis et individua habenda mentio, eorumque tenores inserendi forent, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse Motu proprio derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

*Fiat motu proprio J.*

Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et cum declaratione quod reliqua privilegia et indulta contenta in similibus Motus proprii schedulis a nonnullis Romanis Pontificibus praedecessoribus Nostris favore Cpnclavistarum alias editis, ob hodiernas rerum ac temporum circumstantias pro nunc in su-

spenso remaneant. Et quod praesentis Nostri Motus proprii schedulae signatura sufficiat et ubique fidem faciat in iudicio et extra illud, Regula quacumque contraria non obstante ; et quod praemissorum omnium et singulorum maior et verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris, si videbitur, expediendis, in quibus singulorum Conci avistarum nomina et cognomina exprimi et describi, seu pro expressis et descriptis haberi possint, inter quos Sacrista et Magistri Caeremoniarum Cappellae Nostrae, nec non Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium. Volumus autem quod Litterarum super praesentibus conficiendarum ac etiam praesentis Nostri Motus proprii transumptis impressis ac manu alicuius personae in ecclesiastica dignitate constitutae subscriptis et sigillo munitis, eadem fides, tam in iudicio quam extra illud adhibeatur, quae originalibus Litteris vel praesenti Motui proprie originali adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae, aut exhibitus vel ostensus foret. - *Fìat J.*

Datum Romae, apud sanctum Petrum die xvi mensis octobris anno MDCCCCXIV, Pontificatus Nostri primo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

## INDEX CONCLAVÍSTARÜM

### DE QUIBUS AGITUR IN MOTU PROPRIO

THOMAS PIUS BOGGIANI, O. P. Archiepiscopus tit. Edessen., S. Collegii Secretarius.

AUGUSTINUS ZAMPINI, ex Ordine Eremitarum S. Augustini, Episcopus tit. Porphyrien., Sacrarii Apostolici Praefectus.

NICOLAUS D'AMICO, qui vice Praefecti Apostolicarum Caeremoniarum functus est.

IOSEPH TANI \
IOANNES BAPTISTA MENGHINI I
ALPHONSUS CARINCI > Magistri Caeremoniarum.
CAROLUS RESPIGHI I
ALOISIUS CAPOTOSTI /

IOSEPH MIGONE Presbyter; conclavista NOSTER dum Cardinalatus honore fungebamur.

CALOGERUS LICATA Presbyter; SERAPHINI Episcopi Ostiem, Portuen. et S. Rufinae VANNUTELLI.

ALFRIDUS LIBERATI Presbyter; ANTONII Episcopi Albanen. AGLIARDI.

HUMBERTUS BERTINI Presbyter; VINCENTII Episcopi Praenestini VANNUTELLI.

IOANNES BIASIOTTI Presbyter; FRANCISCI DE PAULA Episcopi Tusculani CASSETTA.

ANTONIUS MICOZZI Presbyter; CAIETANI Episcopi Sabinen. DE LAI.

LIBERATUS TOSTI Presbyter; DIOMEDIS Episcopi Veliternen. FALCONIO.

IOSEPH MALUSARDI Presbyter; IOSEPHI SEBASTIANI Card. Tit. SS. XII Apostolorum NETO.

PHILIPPUS PICCONI Presbyter; ANGELI Card. Tit. S. Laurentii in Lucina DI PIETRO.

PATRITIUS LYONS Presbyter; MICHAELIS Card. Tit. S. Mariae de Pace LOGUE.

ALEXANDER MACCHI Presbyter; ANDREAE Card. Tit. S. Anastasiae FERRARI.

ALOYSIUS HÄVER Presbyter; HIERONYMI Card. Tit. S. Mariae Scalaris GOTTI.

ANTONIUS NICOLÒ Presbyter; bo. me. DOMINICI Card. Tit. S. Priscae FERRATA.

EMMANUEL CACIRO Presbyter; IOSEPHI MARIAE Card. Tit. S. Mariae Transpontinae MARTIN DE HERRERA Y DE LA IGLESIA,

IOANNES LICITRI Presbyter; IOSEPHI Card. Tit. Ss. Ioannis et Pauli FRANCICA NAVA.

ADULPHUS BARBERIS Presbyter; AUGUSTINI Card. Tit. S. Mariae in Via RICHELMY.

FRANCISCUS HRUBIK Presbyter; LEONIS Card. Tit. S. Stephani*in Caelio monte DE SKRBENSKY.

HAROLDUS CANELLA Presbyter; IULII Card. Tit. S. Laurentii in Panisperna BOSCHI.

SILVINUS TOMBA Presbyter; BARTHOLOMAEI Card. Tit. S. Bartholomaei in Insula BACILIERI.

DIONYSIUS SHEIL Presbyter; RAPHAELIS Card. Tit. S. Praxedis MERRY DEL VAL.

FRANCISCUS IOSEPH DE MAURA Presbyter; IOACHIMI Card. Tit. Ss. Bonifacii et Alexii ARGOVERDE DE ALBUQUERQUE CAVALCANTI.

CAROLUS CESCA Presbyter; ARISTIDIS Card. Tit. S. Mariae in Cosmedin CAVALLARI.

ANTONIUS PISANI Presbyter; ARISTIDIS Card. Tit. S. Pancratii RINALDINI.

IOANNES DVORAK Presbyter; BENEDICTI Card. Tit. S. Crucis in Ierusalem LORENZELLI.

ARTHURUS CONELLI Presbyter; PETRI Card. Tit. S. Chrysogoni MAFFI.

GUIDO ANICHINI Presbyter; ALEXANDRI Card. Tit. Ss. Andreae et Gregorii ad Clivum Scauri LUALDI.

Canonicus VRANCKEN Presbyter; DESIDERATI Card. Tit. S. Petri ad Vincula MERCIER.

ANGELUS GAETA-CASELLI Presbyter; PETRI Card. Tit. S. Bernardi ad Thermas GASPARRI.

FELIX COMPANT Presbyter; LUDOVICI .HENRICI Card. Tit. S. Mariae Novae LUÇON.

IOSEPH LE BARAZER Presbyter; PAULINI PETRI Card. Tit. S. Honuphrii in Ianiculo ANDRIEU.

IOACHIMUS PONTES Presbyter; ANTONII Card. Tit. Ss. Marcellini et Petri MÉNDEZ BELLO.

RICHARDUS DEL RÍO-Y-MORA Presbyter; IOSEPHI MARIAE Card. Tit. S. Mariae de Populo COS Y MACHO.

RAPHAEL MAN ARI Presbyter; ANTONI [ Card. Tit. S. Callixti VICO.

NoRADiNus TORRICELLA Presbyter; IANUARII Card. Tit. S. Mariae Angelorum in Thermis GRANITO PÏGNATELLI DI BELMONTE.

THOMAS CARROL Presbyter; IOANNIS MARIAE Card. Tit. S. Mariae supra Minervam FARLEY.

ARTHURUS PHILIPPUS JACKMAN Presbyter; FRANCISCI Card. Tit. S. Pudentianae BOURNE.

MAURITIUS CLÉMENT Presbyter; LEONIS ADULPHI Card. Tit. S. Sabinae AMETTE.

BENIAMINUS MIÑANA Presbyter; HENRICI Card. Tit. S. Petri in Monte aureo ALMARAZ Y SANTOS.

MARIUS GRANIER Presbyter; FRANCISCI MARIAE ANATOLII Card. Tit. S. Mariae de Victoriae DE ROVÉRIÉ DE CABRIÈRES.

IOSEPH GANDIDORI Presbyter; BASILII Card. Tit. S. Mariae in Ara Caeli POMPILI.

VICTORIUS RADVÁMSI Presbyter; CAROLI Card. Tit. S. Agnetis extra moenia DE HORNIG.

FELIX BILBAO Presbyter; VICTORIAM Card. Tit. Ss. Quatuor Coronatorum GUISASOLA Y MENENDEZ.

IULIUS CHIAVONI Presbyter; DOMINICI Card. Tit. S. Caeciliae SERAFINI.

CORRADUS PREYSING Presbyter; FRANCISCI Card. Tit. S. Marcelli DE BETTINGER.

ANTONIUS LEPOLD Presbyter; IOANNIS Card. Tit. S. Eusebii CSERNOCEl.

EMMANUEL BÉGHETOILLE Presbyter; HECTORIS IRENAEI Card. Tit. Ssmae Trinitatis in Monte Pincio SÉVIN.

CAROLUS BERGHAUS Presbyter; FELICIS Card. Tit. S. Ioannis ante Portam Latinam DE HARTMANN.

IOSEPH VAGNER Presbyter; GUSTAVI Card. Tit. S. Marci de Urbe PIFFL.

IOSEPH TELLARINI Presbyter; FRANCISCI SALESII Card. Diac. S. Mariae in Aquiro S. R. E. Camerarii DELLA VOLPE.

IANUARIUS BUCCERONI S. L; OCTAVI! Card. Diac. Ss. Cosmae et Da miani CAGIANO DE AZEVEDO.

HONORIUS MAGNONI Presbyter; CAIETANI Card. Diac. S. Agathae BISLETI.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ; LUDOVICI Card. Diac. S. Mariae in Via Lata BILLOT.

HENRICUS PHILIPPUS LAUGDON Presbyter; GULIELMI Card. Diac. S. Caesarii in Palatio VAN ROSSUM.

IOANNES ROMAGNOLI Presbyter; SCIPIONIS Card. Diac. S. Mariae in Domnica TECCH1.

MICHAEL EPIFANI Presbyter; PHILIPPI Card. Diac. S. Angeli in Foro Piscario GIUSTINI.

PETRUS CATALDI Presbyter; MICHAELIS Card. Diac. S. Eustachii LEGA*

LAURENTIUS CAPRARA Presbyter; AIDANI Card. Diac. S. Georgii ad Velabrum GASQUET.

Fr. AUGUSTINUS PIFFERI, ex Ordine Eremitarum S. Augustini, Sub-sacrista.

# EPISTOLAE

## I

AD FRANCISCUM A PAULA CARD. CASSETTA EPISCOPUM TUSCULANUM, PATRONUM PIAE SOCIETATIS S. HIERONYMI VULGANDIS SACRIS EVANGELIORUM LIBRIS.

Venerabilis Frater Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Communes litteras atque officia, quae, te praeeunte, egregii viri e pia, quam diligenter moderaris, Societate S. Hieronymi, recurrente annua caelestis patroni celebritate, Nobis praebuerunt, ipsa die sancto Hieronymo sacra perlibenter accepimus eisdemque summopere delectamur. Quum enim sunt Nobis grata quae ubique terrarum, ac praesertim Romae, florent vigentque religionis christianaeque caritatis opera, tum ea gratissima adveniunt quorum, vel cum inchoarentur vel cum explicarentur, Nos Ipsi participes fuimus.

At vero non hoc tantum nomine scito commendari Nobis Hieronymianam sodalitatem, sed cum primis ex fine ipsi proposito numquam sane non salutari at temporibus quibus utimur, ut bene nosti, maxime accommodato. Magis enim est exploratum quam ut oporteat commemorari, errores omnes in humanam consociationem ex éo derivari quod Iesu Christi vitam, praecepta, documenta oblivione premant homines, eademque traducere in cotidianas actiones praetermittant. Dubium igitur non est quin perutilem animis ad christianam perfectionem informandis dent operam qui, ut vos facitis, vulgandis sanctis Dei Evangeliis adlaborant, et est sane cur vobis omnibus, tibique in primis, venerabilis Frater Noster, gratulemur non solum opus optimum Nobisque probatissimum, sed etiam diligentiam qua per hosce annos, ut videmus, sanctorum exemplaria librorum, et uberiore cum profectu et politiore cum forma, edenda curastis. Valde cupimus quod et hortamur ut industriae solertiaeque vestrae non hunc modo capiatis fructum, ut nempe latissime diffundantur Evangeliorum libri, sed etiam ut illud assequamini, quod inter praecipua animi Nostri vota est, scilicet ut in christianas familias sanctissimi libri ingrediantur ibique sint veluti drachma illa evangelica, quam omnes diligenter quaerant studioseque custodiant, ita quidem ut cotidianae eorumdem lectioni et commentationi assuescant christifideles omnes, indeque probe addiscant *ambulare digne, Deo per omnia plácenles.*

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis Frater Noster, sodalibusque quos supra memoravimus, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VIII octobris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

## II

AD R. P. D. PASCHALEM MORGANTI, ARCHIEPISCOPUM RAVENNATENSEM ET CERVIENSEM EPISCOPUM, OCCASIONE PIARUM EXERCITATIONUM SACERDOTUM DIOECESEOS UTRIUSQUE.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Litteras obsequii plenas nec non Petrianam stipem a sacerdotibus Ravennatensis archidioecesis et dioecesis Cerviensis, qui nuper religioni operam dederunt, per te Nobis exhibitas, libenti animo accepimus ; eaeque Nobis iucundiores acciderunt, propter ea necessitudinis vincula quibus, Bononiensem Sedem obtinentes, cum istis dioecesibus coniuncti plures per annos exstitimus. Nostram igitur in eos omnes gratam memoremque voluntatem aperientes, caritatemque praeterea laudantes unde Apostolicae Sedi subvenire student, pietatem atque observantiam luculenter agnoscimus, qua Personae Nostrae se devinctos profitentur. Id equidem sacerdotalis vitae praecipuum fulcimen est: ob eamque rem si et a patefactis sensibus et ab egregiis propositis, quae per pias exercitationes praelaudati sacerdotes susceperunt, numquam declinaverint, eos et suae ipsorum sanctimoniae in posterum eximie consulturos et fidelium saluti uberrimum parituros emolumentum confidimus. At quoniam incrementum suppeditat Deus, preces Eidem fundimus ut volens atque propitius omnibus adspiret, singulosque caelestium auxiliorum munere cumulet.

Horum autem conciliatrix Nostraeque benevolentiae index apostolica sit benedictio, quam et supra memoratis sacerdotibus et tibi in primis, venerabilis Frater, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xn octobris anno MCMXIV, Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTUS PP. XV

## III

AD ALOISIUM I. CARD. LUÇON, ARCHIEPISCOPUM RHEMEN S EM, OB LITTERAS . BEATISSIMO PATRI EXHIBITAS DE STATU EIUSDEM ARCHIDIOECESEOS.

Cher Fils, salut et bénédiction apostolique. — C'est avec un intérêt tout particulier que Nous avons pris connaissance de la lettre que vous avez eu à cœur de Nous adresser le 3 octobre, et Nous vous en remercions vivement.

S'il est une profonde angoisse pour Notre âme que d'assister, dès le début de Notre Pontificat, aux tristes événements de l'heure actuelle, il Nous est aussi pénible d'en avoir entendu de votre part, Notre cher Fils, un écho douloureux et de vous écrire, pour la première fois, dans des circonstances et pour des motifs si peu réconfortants.

Nous n'avons pas manqué de suivre, avec une attention spéciale, les nouvelles des graves événements dont l'antique et illustre cité de Reims, votre Siège episcopal, a été naguère le théâtre; Nous vous sommes reconnaissant de Nous avoir donné une relation détaillée de ces faits et de les avoir exposés dans leur exactitude.

Soyez bien persuadé, Notre cher Fils, de la part très vive que Nous . prenons à la profonde douleur que vous causent la vue de tant de maux, et la pensée des conséquences funestes de la guerre au point de vue religieux et artistique, ainsi qu'au point de vue matériel de votre cher diocèse, si éprouvé.

Implorant sur votre personne, sur le clergé et les fidèles confiés à votre sollicitude pastorale l'abondance des faveurs et des consolations célestes, si nécessaires et si désirées au milieu des angoisses présentes, Nous accordons à tous avec" effusion de cœur, à Vous en particulier, Notre cher Fils, la bénédiction apostolique.

Rome, du Vatican, le 16 octobre 1914.

BENEDICTUS PP. XV

# IV

AD FELICEM CARD. DE HARTMANN, COLONIENSIUM ARCHIEPISCOPUM, QUI BEATISSIMO PATRI SIGNIFICAVIT M. S. GERMANORUM IMPERATOREM DECREVISSE UT SACERDOTES GALLICI BELLO CAPTI AEQUE AC PRAEFECTI MILITUM TRACTENTUR.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Gratum equidem a te nuncium accepimus Maiestatem Suam Germanorum Imperatorem, tuis annuendo precibus, statuisse ut ex militibus Gallicis nunc in Germania degentibus captivis, quotquot sunt Dei ministri haud aliter quam praefecti militum tractentur. Hac vero temporum acerbitate, dum Europam fere omnem igni ferroque vastatam Christianorum sanguine rubescere videmus, animumque Nostrum inenarrabili aegritudine immane totius huius belli spectaculum perfundit, quae nobis nuper significasti non mediocri illa quidem Nos consolatione affecerunt. Ex iisdem enim luculenter perspeximus quonam caritatis studio erga eos, qui sacerdotii vinculo tibi sunt coniuncti, tuus exardescat animus. Id etiam Nobis persuasum est eximiam caritatem tuam non Gallicos tantum clericos captivos, sed, quantum fieri poterit, nullo vel religionis vel gentis discrimine, ceteros omnes esse amplexuram qui tuis in finibus detinentur, eosque praesertim qui sunt affecti valetudine aut vulneribus icti, ut eorum cruciatus aegritudinesque leniantur atque spirituali ipsorum utilitati consuletur. Eiusmodi caritatis officium, id quod facile constat, est omnibus hominibus commune; potissimum vero ad Dei ministros ceterosque religiosos viros id muneris pertinet. Quam ob rem Nos fore confidimus ut praeclarum exemplum tuum, omnes quidem, qui christiano nomine gloriantur, praesertim autem episcopi et sacerdotes catholici imitentur, idque non in Germania solummodo, sed in ceteris quoque regionibus ubi extorres, captivi, praecipueque aegri ac vulnerati homines maerore conficiuntur. Interea caelestium munerum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili Noster, clero populoque vigilantiae tuae concredito apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xvin octobris anno MCMXIV, Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD R. P. D. IOSEPHUM MORA Y DEL RIO, ARCHIEPISCOPUM MEXICANUM, DE GRAVI MEXICANAE ECCLESIAE STATU. - RESCRIPTUM ADIUNGITUR SACRAE CONGREGATIONIS NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS PRAEPOSITAE.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Pontificatum secreto Dei consilio ineuntes, haud mediocrem sensimus moerorem ob teterrimum illud bellum, quod iam diu campos Europae fere omnis sanguine hominum perfundit; quasi tamen non afficeremur, plus quam satis est, aegritudine, ex disiunctissimis istis regionibus plura *de Mexicanae Ecclesiae statu ad Nos afferuntur, quae sollicitudines Nobis magnas conficiant. Ea profecto caritate te, venerabilis Frater, ceterosque reipublicae istius episcopos complectimur, ut, quas perpetimini aerumnas, eas vobiscum habeamus communes. Cum vestris quidem precibus Nostras ex animo coniungimus, ut, miserentis Dei beneficio, patrona B. Virgine Guadalupensi, intestina apud vos componantur aliquando discidia et quieto civitatis statu cuncti fruamini. Quod minime dubitamus celeriter futurum, si populares vestri, in primisque clerus, christianos spiritus quodammodo exacuant et Deum placare humili calamitatum patientia contendant. Quoniam vero necesse est ut talem rerum motum magnae consequantur angustiae, nolumus vos aliquo providentiae Nostrae carere testimonio. Dolentes igitur praesentem Apostolicae Sedis condicionem maiore Nobis largitate interdicere, decrevimus de gravi onere vestro aliquantulum imminuere: qua de causa certam mittimus pecuniae vim, quam vos ipsi in divinum cultum et sustentationem tum cleri et religiosarum sodalitatum, tum catholicorum operum, prout vobis visum fuerit, tribuatis. Vota autem adiicimus, quibus optamus, ut regionibus istis alma pax quamprimum arrideat; cuius conciliatrix, itemque paternae benevolentiae Nostrae testis, sit apostolica benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, ceteris Mexicanae Ecclesiae episcopis, et clero populoque vestro amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv mensis octobris anno MCMXIV, Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTUS PP. XV

## S. CONGREGATIO
## NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS PRAEPOSITA

*Ex Audientia Sanctissimi, die 14 octobris anno 1914*

Summus Pontifex Pius f. r. Papa X, precibus Ipsimet die 25 novembris a. 1908 oblatis ab illmo ac rmo D. Francisco Orozco et Jiménez, episcopo de Chiapas in Mexicana Republica, benigne concessit ut Missa votiva B. Mariae Virginis de Guadalupe in Republica eadem recitari posset die duodecima uniuscuiusque mensis, dummodo in eam non incideret festum aliquod B. M. V. vel duplex II classis aut aliud festum quod ex rubricis sacris eam votivam Missam excluderet. Cum autem episcoporum et sacerdotum complurium, qui tempestate hac patriam dilectam exsules deserere coguntur, votum ad S. Sedemdelatum sit ut facultate illa vel extra Mexicanae regionis territorium omnes et singuli uti valeant, Ssmus D. N. Benedictus divina providentia Papa XV, Cui et antiqua eaque suavissima eius nationis erga Deiparam pietas et parta per ipsam Mexicano populo benefacta apprime nota sunt, referente me infrascripto sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae Secretario, benigne annuit pro gratia iuxta preces, iisdem perdurantibus circumstantiis; summopere confisus filiale hoc episcopatus clerique omnis devotionis testimonium, Parente tenerrima suffragante, gratiam uberiorem auxiliumque validius devexatae acerbitate temporum genti a Iesu Redemptore conciliaturum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem sacrae Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Secretarius.*

## VI

AD EGREGIUM VIRUM LUDOVIGUM VICECOMITEM D'HENDECOURT, PRAESIDEM GENERALEM CONSOCIATIONIS A S. VINCENTIO DE PAULO, IPSAM CONSOCIATIONEM LAUDANS.

Cher Fils, salut et bénédiction apostolique. — Il Nous a été très agréable de recevoir la lettre, pleine de sentiments de piété filiale, que vous avez eu à cœur de Nous adresser, au nom de la Société de Saint Vincent de Paul, à l'occasion de Notre élévation au suprême Pontificat.

L'attachement inviolable, la fidélité absolue de votre chère Société au Siège Apostolique; l'union, le noble dévouement de ses membres Nous sont, en effet, connus de longue date: vous venez de Nous en donner un témoignage éloquent. - Nous n'avons jamais cessé de prendre le plus vif intérêt à cette Institution éminemment catholique et sociale, et c'est avec une satisfaction profonde que Nous avons suivi et que Nous suivons le développement de ce grand arbre, qui a étendu ses branches et porté des fruits précieux de charité surnaturelle dans toutes les parties du monde.

Lors de Notre séjour à Bologne, il Nous a été donné de constater de près les bienfaits innombrables de l'apostolat de cette Société, si pénétrée du véritable esprit de Jésus-Christ, les heureux résultats de ses Conférences, et Nous Nous sommes efforcé de les promouvoir dans la mesure de Nos forces.

C'est vous dire, Notre cher Fils, la prédilection que, à l'exemple de Nos prédécesseurs de s. m., Nous concevons en Notre cœur pour la Société [de saint Vincent de Paul, et pour tous ses membres qui ont, naguère, retrempé leur zèle et l'ardeur de leur dévouement à l'occasion des fêtes inoubliables du centenaire de la naissance de celui qui en fut le principal fondateur et l'apôtre le plus illustre.

Daigne le Divin Maître, en soutenant vos forces, bénir les vœux que nous formons pour le progrès et l'accroissement de votre Société, appelée, à l'heure actuelle surtout, à soulager tant de douleurs, à mettre un baume salutaire sur tant de misères spirituelles et corporelles.

Comme gage de Notre spéciale bienveillance et des bénédictions célestes les plus abondantes sur vos personnes et sur vos œuvres, Nous vous accordons avec effusion de cœur à vous, Notre cher Fils, aux membres du Conseil Général et à tous les membres de la Société, la bénédiction apostolique.

Rome, du Vatican, le 20 octobre 1914.

BENEDICTUS PP. XV

# VII

AD E. P. D. NICOLAUM DOBRECIC, ARCHIEPISCOPUM ANTIBARENSEM, CUI CARITATEM ERGA CAPTIVOS IN SUA DIOECESI DETENTOS COMMENDAT.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Ex quo Pontificatum suscepimus, pro viribus curavimus, ut acerbissimi huius belli incommodis nonnihil remedii impertiremus. Quam in rem, profecto nosti, non multo ante ad dilectum Filium Nostrum Felicem S. R. E. presb. card. de Hartmann, archiepiscopum Coloniensem, Nos dedisse litteras, quibus non modo ei tribuimus laudi, quod a Germanorum Imperatore impetrasset ut sacerdotes e Gallia captivi pro eorum dignitate tractarentur, sed etiam hortati eum vehementer sumus, ut quoslibet captivos, nullo religionis, gentis ac condicionis discrimine, in primisque aegrotantes vel saucios, omni caritatis officio persequentur. Nunc autem idem volumus te istic curare pro viribus, cum tibi, venerabilis Frater, campus haud dissimilis pateat in quo tua versetur miseratio. Fac igitur, ut caritatem imitatus Christi Pastorum Principis, qui *pertransiit benefaciendo et sanando omnes,* in oculis feras amantissimeque milites adiuves qui bello capti apud vos custodiuntur, eosque praesertim qui maiorem curarum tuarum partem ex accepto vulnere aut affecta valetudine sibi iure vindicat. Ceterum non dubitamus quin istius gubernatores regni, ius gentium itemque humanitatis vocem secuti, clementer cum his miserrimis hominibus benigneque acturi sint; ita, cum ad eorum operam tua, venerabilis Frater, accesserit, multo melius erit tam magnae rerum necessitati consultum. Quod ut ex optato eveniat, caelestium donorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, venerabilis Frater, et clero populoque tuo apostolicam benedictionem ex animo impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VIII mensis novembris anno MCMXIV, Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTUS PP. XV

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

## DECLARATIO SEU INDULTUM

CIRCA RECITATIONEM CUIUSDAM ORATIONIS PRO AFRICAE CONVERSIONE

*Die 23 iulii 1914.*

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut in recitandis precibus pro Africae conversione, quae in authentica Syiloge Indulgentiarum, a S. Congr. Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita die 23 iulii 1898 adprobata, sub n. 340 reperiuntur, omitti possit invitatio seu introductio ad orationem proprie dictam, quin spirituales adnexi favores depereant.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

De mandato D. Card. Secretarii

L. © S.

f DONATUS, Archiep. Ephesinus, *Adsessor S. O.*

# S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## i

DE COLLEGIO SACERDOTUM PRO ITALIS AD EXTERAS REGIONES EMIGRANTIBUS

*Regolamento generale*

1. Il Collegio dei sacerdoti per la cura spirituale degli italiani emigrati, istituito in Roma dal Santo Padre Pio X col *Motu proprio* del 13 marzo 1914, ha per oggetto di educar giovani sacerdoti del clero secolare italiano nell'esercizio del santo ministero a pro dei connazionali emigrati all'estero.

2. Esso dipende direttamente dalla S. Congregazione Concistoriale, a cui spetta dettarne le regole ed invigilarne l'andamento morale, scientifico ed economico, con la competenza del Card. Vicario di Roma per ciò che riguarda la celebrazione della santa Messa e delle sacre funzioni, l'esercizio del ministero della confessione e della predicazione, e la disciplina ecclesiastica esterna degli alunni e superiori.

3. Un sacerdote nominato direttamente dal Sommo Pontefice col nome di Rettore, avrà il governo immediato del Collegio con tutte le attribuzioni, diritti e doveri proprii dei rettori dei seminari.

4. Quattro sacerdoti scelti dal Sommo Pontefice eserciteranno l'officio di deputati del Collegio, due per la disciplina e due per l'amministrazione. Essi avranno le stesse funzioni, doveri e diritti, anche per la permanenza in carica, di quelli che sono sanciti dal recente Regolamento del pontificio seminario Romano. Essi si aduneranno sotto la presidenza del Cardinale Segretario della S. Congregazione Concistoriale.

5. Vi sarà inoltre nel Collegio un direttore spirituale, da scegliersi dal Cardinale Segretario della S. Congregazione Concistoriale col consiglio dei deputati, sentito il Card. Vicario e coll'approvazione del Sommo Pontefice.

6. Un altro sacerdote dovrà scegliersi per aiutare il Rettore sia nelle cose disciplinari, sia nelle amministrative del Collegio. La sua nomina sarà fatta dal Card. Segretario della S. Congregazione Concistoriale, su proposta del Rettore, col consiglio dei deputati e sentito il Cardinale Vicario.

7. Egual norma si seguirà per la scelta del medico o di altri ministri del Collegio, che col tempo si trovasse necessario di nominare.

8. Gli inservienti saranno scelti dal Rettore e staranno intéramente alla sua dipendenza, senza diritto alcuno a pensioni nel caso che se ne andassero o venissero per qualsiasi motivo dimessi.

9. Essendo fine dell'istituto di preparare dei giovani sacerdoti per l'assistenza morale e religiosa degli italiani emigrati all'estero, non potranno ammettersi nel Collegio se non quei sacerdoti che per le loro doti morali ed intellettuali, per la loro età e costituzione fisica, e per le loro attitudini ed inclinazioni diano serio affidamento di riuscire all'uopo.

10. L'ammissione di ciascuno sarà discussa coll'intervento del Rettore nella deputazione disciplinare. E niuno potrà entrare in Collegio se non abbia i requisiti di cui all'articolo precedente, con la testimoniale del proprio Vescovo. Entrato poi nel Collegio l'alunno, il Rettore

ne darà subito partecipazione al Card. Vicario, onde sia riconosciuto dal Vicariato.

11. Ogni sacerdote, o prima d'entrare, o dopo entrato nel Collegio, potrà indicare la regione nella quale a preferenza amerebbe esercitare il sacro ministero in pro degli emigrati. Dovrà tuttavia rimettersi alla volontà dei Superiori se speciali ragioni intervenissero per dargli altra destinazione.

12. La regolare permanenza nel Collegio dovrà essere di due anni. Potrà però essere ridotta ad un anno, date speciali necessità di provvedere a qualche missione, e se l'alunno apparirà sufficientemente formato.

13. Quelli che, per qualsiasi motivo, non saranno ritenuti adatti al ministero dell'assistenza agli emigrati, potranno essere dal Rettore, con l'approvazione della deputazione disciplinare, dimessi onde ritornino nelle loro diocesi.

Gli altri, almeno per 10 anni, dovranno accettare il ministero della assistenza per quella diocesi o località a cui saranno destinati dal Rettore coll'approvazione della deputazione.

14. Nel Collegio si farà la vita comune ordinata secondo un proprio regolamento affisso in pubblico. Niuno potrà senza speciale permesso del Rettore sottrarsi agli atti comuni: e niuno potrà mai uscire solo, e fuori dei tempi stabiliti; ma soltanto con la compagnia di uno o due altri suoi colleghi, secondo il discreto giudizio del Rettore, che stabilirà su ciò le opportune norme, da approvarsi dalla deputazione disciplinare.

15. Nel Collegio si faranno le consuete pratiche di pietà in comune, anch'esse da stabilirsi con speciale regolamento, e appropriate alla speciale condizione di sacerdoti che si preparano alla santa missione presso gli emigrati.

16. Vi saranno inoltre scuole:

I° di lingue estere: inglese, francese, spagnuolo, portoghese e tedesco;

9>° delle legislazioni civili e delle condizioni speciali dei paesi dove è più avviata l'emigrazione e dove saranno indirizzati gli alunni;

3° di apologetica e pastorale;

4° di sacra liturgia e canto ecclesiastico.

Potranno anche frequentare con consenso del Rettore qualche scuola speciale, principalmente di diritto canonico, onde rendersi più adatti alla missione a cui si preparano.

17. Alla fine di ciascun anno si farà un esame sulle materie d'insegnamento: ed il risultato per ciascun alunno, assieme al giudizio sulla

condotta e sul profitto, sarà comunicato al Cardinale Segretario della Concistoriale ed alla sezione per l'emigrazione, per giudicare dell'idoneità degli alunni al ministero, cui sono destinati.

18. Il Collegio provvederà quanto è necessario ad un modesto arredamento della camera di ciascuno, della cappella e della tavola. Sarà a carico degli individui quanto riguarda la persona.

L'elemosina della Messa sarà devoluta pel sostentamento individuale.

Per ciò che riguarda la salute, sarà a carico del Collegio la cura medica pei piccoli disturbi: in caso di lunga o grave malattia, le spese saranno a carico degli individui.

19. I sacerdoti del Collegio durante la permanenza nell'istituto conserveranno la sudditanza originaria al proprio Ordinario, di guisa che, se avessero ad uscirne senza andare in missione all'estero, dovranno ritornare nella loro diocesi ed ivi essere ancora considerati come propri.

Nè la perderanno andando all'estero in aiuto degli emigrati, se non coll'incardinazione nelle diocesi di domicilio secondo le norme del diritto.

20. I sacerdoti del Collegio andati in missione all'estero dovranno essere soggetti all'Ordinario locale e da lui dipendere in tutto, pur dedicandosi di' preferenza ed in modo speciale alla cura ed assistenza degli italiani, al qual fine sono destinati.

Ogni anno però dovranno dare relazione di sè e delle loro opere al Rettore del Collegio, che ne dovrà informare, almeno sommariamente, e per le cose di qualche importanza o di conseguenza, la sezione degli emigranti della Concistoriale. I sacerdoti che per dieci anni avranno prestato lodevole servizio all'estero a vantaggio degli italiani emigrati, se desiderassero di ritornare alla diocesi di origine, saranno benignamente accolti, e, *ceteris paribus,* saranno preferiti nelle promozioni ai benefici ecclesiastici.

21. L'ammissione nel Collegio regolarmente si fa nella seconda metà d'ottobre.

Il sacerdote che ha ottenuta l'ammissione, nella prima settimana del suo ingresso, presa cognizione delle regole, dovrà prestare giuramento di osservarle fedelmente sia durante la sua dimora in Roma sia nel tempo della sua missione

Roma, dalla S. C. Concistoriale, 24 giugno 1914.

f G. CARD. DB LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

Sac. Pietro Pisani, *Sostituto per V emigrazione.*

## II

## PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, nempe:

*22 septembris 1914.* — Archiepiscopali titulari ecclesiae Philippopolitanae praefecit R. P. D. Vincentium Kluczynski, hactenus archiepiscopum Mohiloviensem.

*30 septembris.* — Titulari episcopali ecclesiae Aureliopolitanae R. D. Hubertum Oliverium Chalifoux, vicarium generalem Sherbrookiensem, quem constituit. Auxiliarem Rmi Episcopi Sherbrookiensis.

*1 octobris.* — Metropolitanae ecclesiae Bracharensi R. P. D. Emmanuel Vieira de Mattos, hactenus episcopum Aegitaniensem.

*2 octobris.* — Cathedrali ecclesiae Angrensi R. D. Emmanuel Damascenum da Costa, canonicum cathedralis ecclesiae Visensis.

— Cathedrali ecclesiae Funchalensi R. D. Antonium Emmanuel Pereira Ribeiro, ibidem canonfcunT^ecclesiae cathedralis et vicarium capitularem.

*3 octobris.* — Cathedrali ecclesiae Aegitaniensi R. D. Iosephum Alves Mattoso, canonicum cathedralis ecclesiae Conimbricensis.

## III

## ERECTIO NOVAE DIOECESIS

Ssmus D. N. Benedictus PP. XV decreto S. Congregationis Consi-. storialis diei 20 octobris 191.4 peramplum territorium dioecesis Fortalexiensis in Brasilia, rogante ipso Episcopo, bifariam divisit, et, coarctata in parte septentrionali dioecesi Fortalexiensi, in parte meridionali novam erexit dioecesim *Gratensem,* ab urbe vulgo *Grato* ita denominatane.

Haec autem Cratensis dioecesis hos habebit fines: ad septentrionem' limites ipsos septentrionales harum septem paroeciarum, in suo

ambitu contentarum, vulgo *Ico, Iguatu, S. Matheus, Saboeiro, Arneiroz, S. Giovanni dos Inhamuns* et *llores;* ad orientem dioeceses Natalensem et Cajazeirasensem, seu confinia inter statum de Geará et alios status de Rio Grande do Norte et de Parahyba; ad meridiem dioecesim Florestensem, seu confines inter status de Geará et de Pernambuco; ad occidentem denique dioecesim Piauhyensem seu limites inter status de Geará et de Piauhy exstantes; ita ut dioecesis Gratensis, praeter septem memoratas parochias, alias quatuordecim parochias complectatur, vulgo *Grato, Barbatila, Jardim, Brejo dos Santos, Milagres, Missâo Velha, S. Pedro do Grato, Aurora, Lavras, TJmary, Varzea Alegre, Assaré, Araripe* et *Cococy.*

Novam vero dioecesim sufTraganeam constituit archidioecesis Olindensis.

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## CONFIRMATIO

Brevi apostolico confirmatus est:

15 septembris 1914. — *Episcopus ecclesiae Sehanensis Chaldaeorum,* R. D. Ioannes Nissau, sacerdos Ghaldaici ritus.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## DECRETUM

ADPROBATIONE LECTIONUM PRO FESTIS UNIVERSALIS ECCLESIAE QUAE ALICUBI COMMEMORAT[ONE TANTUM GAUDENT.

Quum Festa Ecclesiae universalis saepe saepius ob occurrentiam sive perpetuam sive accidentalem cum Festo seu Officio nobiliori alicuius particularis ecclesiae ita maneant impedita, ut tantum Commemoratione atque unica Lectione gaudeant, sacra Rituum Congregatio variis Ordinariorum petitionibus satisfactura, ad tramites decreti 25 maii 1904 ad IV, de Festis seu Officiis enunciatis unicam Lectionem, ut plurimum ex tribus contractam, redigendam curavit, eamque revisam ac rite probatam, prout res postulabat, benigne concessit. Ex hisce singulis lectionibus praesens collectio exorta est, quam, de mandato Ssmi Dñi nostri Pii Papae X, ipsa sacra Congregatio pro rei necessitate et opportunitate in vulgus edi statuit ac decrevit; easdemque Lectiones iuxta Rubricas adhiberi posse ac debere declaravit. Praesens autem decretum approbationis et concessionis pro utroque clero aliisque, quatenus opus sit, sacra eadem Congregatio huic collectioni praefigi voluit ac iussit. Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Die 24 iunii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius*

# SACRA ROMANA ROTA

## MEDIOLANEN.

### JURIS FUNERANDI

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die 29 maii 1914, BR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii,* Decanus Ponens, *Seraphinus Many et Franciscus Heiner, Auditores de turno, in causa* Mediolanen. - Iuris Funerandi *inter R. D.* Octavium Paronzini, *repraesentatum per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri advocatum, et R. D.* Stephanum Balconi *repraesentatum per legitimum procuratorem Carmelum sac. Conte advocatum, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

In oppido *Abbiategrasso* Mediolanensis dioecesis, anno 1882 erectum fuit hospitale, cui nomen *Costantino Cantu,* pro infirmis recipiendis et curandis totius oppidi, quod in tres paroecias distribuitur: videlicet, S. Mariae Novae, S. Petri et Castri parvi *(Castelletto).* Praepositus parochus S. Mariae Novae, in cuius territorio situm erat nosocomium, omnes in eo decedentes funerabat ad quamcumque parochiam pertinuissent. Huic parocho anno 1885 successit R. Balconi, qui et ipse, vestigia praedecessoris secutus, omnes in hospitali defunctos sepeliebat. Contra hanc praxim anno 1895 parochi S. Petri et Castri Parvi apud curiam Mediolanensem protestati sunt. At, cum promotor fiscalis curiae parochis reclamantibus respondisset vigentem consuetudinem ius sepulturae tribuere parocho loci in quo quis etiam incidenter obierit, penitus acquieverunt.

Interim contigit anno 1909 ut hospitale *Costantino Cantu* transferretur in parochiam S. Petri, unde R. D. Paronzini praedicto responso promotoris fiscalis usus et exempla secutus parochorum S. Mariae, omnes in nosocomio decedentes sepeliré coepit. Verum R. Balconi, qui interea de iure communi et de quibusdam S. C. Concilii resolutionibus relative ad sepulturam decedentium in hospitalibus edoctus erat, in ius rapuit apud curiam dioecesanam parochum S. Petri, ut integra sibi iura servarentur quoad funera suorum parochianorum in communi hospitali defunctorum. Iudices Mediolanenses die 28 iunii 1911 sententiam protulerunt actori favorabilem, a qua R. Paronzini appellationem interposuit apud H. S. O. et causa hodie disceptatur sub sequenti formula

dubii : *Utrum ius funerandi paroecianos S. Mariae decedentes in hospitali* Costantino Cantu *spectet ad praepositum parochum S. Mariae, an potius ad parochum S. Petri?*

*Ad ius quos spectat,* notissima sunt principia, quibus regitur praesens materia. Quoties aliquis moritur extra propriam paroeciam, excluso casu electae sepulturae vel sepulcri maiorum, ius funerandi, scilicet ius peragendi officium funebre supra corpus defuncti et illud ducendi ad coemeterium, pertinet ad parochum proprium, in cuius nempe parochia defunctus habebat domicilium vel quasi-domicilium. Clara sunt verba, cap. 3, *de Sepulturis,* in VT: « Is, qui habens domicilium in civitate « vel castro, quandoque ad villam ruralem se transfert recreationis causa « vel ut ruralia exerceat in eadem, si non electa sepultura decedat ibidem, « non in ecclesia dictae villae, sed in sua parochiali... sepeliri debebit, « dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari ». Unde ius funerandi est unum e iuribus parochialibus, et parochus, uti dicitur, habet in hac re intentionem in iure fundatam. Ratio in ea ponenda est, quia sepultura, uti scribit Bonifacius VIII in cap. 2, 1. c, debetur « illi eccle- « siae, in qua ille (defunctus) officia consuevit audire divina, et ecclesia- **le** stica recipere sacramenta ». Cum enim sepultura sit quidam ritus sacer, aut quoddam sacramentale, iustum est, ut ille ministret post mortem, qui per vitam ministravit sacramenta, et, si quod emolumentum ex funere proveniat, aequum est, ut ab eo percipiatur, qui viventem parochianum onus habuit reficiendi verbo Dei et sacramentis, ut dicitur etiam in cap. I *De sepulturis,* Decret. G-reg. IX, et in cap. 2, eod. tit. Clem.

Ius hoc commune applicandum esse parochianis extra parochiam in hospitali decedentibus patet ex eo, quod communiter aegroti recepti in hospitali non habent intentionem ibi per maiorem anni partem commorandi, sed potius inde quamprimum exeundi, unde ibi nec quasi-domicilium contrahunt, ideoque remanent parochiani illarum parochiarum, ad quas pertinebant priusquam hospitale ingrederentur. Et in hoc sensu saepius respondit S. C. Concilii; v. g. in *Bononien.* 13 febr. 1695, in alia *Bononien.,* 24 ian. 1857, et in *Apuana,* 19 maii 1888. Potest tamen contingere, ut ius funerandi spectet ad capellanum, si quis sit, hospitalis, aut parochum loci ubi erectum est hospitale, duplici ex capite, ex privilegio scilicet et ex consuetudine.

« Privilegia exemptionis (docet cardinalis De Luca, *De Parochis,* « Disc. XXIII, n. 12), merito per Sedem Apostolicam omnibus fere « hospitalibus praesertim magnarum civitatum concessa sunt, tum ob « cessantem rationem laboris et incommodi, ut supra (scilicet admini- « strandi sacramenta), tum ob magnam confusionem alias resultantem

« circa sacramentorum administrationem, quum frequentius ex impro-« viso et quacumque hora etiam de nocte oporteret, si pro singulis « infirmis diversarum parochiarum etiam distantium convocare oporteret « proprios parochos, quod esset impracticabile ».

Consuetudine etiam posse acquiri ius funerandi omnes tenent Doctores, eamque maxime attendendam esse censuerunt Congregationes Romanae, ac tribunalia ecclesiastica in funerum iuribus diiudicandis. Cum autem haec consuetudo mixta sit praescriptioni, quippe quae laedat iura tertii, planum est in ea requiri etiam conditiones praescriptionis, quoad titulum praesertim et tempus ad praescribendum requisitum ad normam cap. I, *De Praescriptionibus,* in VI : unde docent Canonistae in hoc casu requiri consuetudinem vel quadragenariam cum titulo, vel centenariam aut immemorabilem absque titulo. Petra in constitutionem 9 Inn. III, n. 55; Pignatelli, tom. VI, consul. 59. Ita etiam resolvunt aut supponunt Ss. Romanae Congregationes, v. g. S. C. Concilii in *Papien. - Funerum,* 20 ian. 1906; et S. C. Episcoporum et Regularium in *Thelesina seu Gerretana - Iurium parochialium,* 23 aug. 1902. Consuetudo autem probari debet : qua in re haec scribit cl. Wernz (Vol. I, n. 192) : « Plena et concludens fit probatio consuetudinis per testimo-« nium authenticum Ordinariorum, aut per statuta synodalia, in quibus « consuetudo allegata commemoratur ... Speciatim ad probandam con-« suetüdinem immemorialem vel centenariam requiritur ut testes con-« formiter deponant sese saltem per 40 annos consuetudinem illam « observatam vidisse, atque a maioribus suis audivisse semper fuisse « observatam, quin ipsi testes aut maiores viderint aut audiverint ali-« quid factum fuisse in contrarium ».

*Nunc ad factum.* Patres adnotarunt adesse in tota dioecesi Mediolanensi consuetudinem, iuxta quam si quis in aliena paroecia moriatur, parochus loci funera peragit independenter a parocho domicilii. Hanc consuetudinem recognovit firmavitque synodus XXXVIII celebrata anno 1902, his verbis: « Consuetudine iamdiu invecta in dioecesi, acce-« dente item mutuo parochorum consensu, quem Nobis interrogantibus « occasione conventuum praesynodalium exhibuerunt, ius funerandi ad « parochum loci mortis pertinere, declaramus et statuimus, quin ullum « ius parocho domicilii competat ». Iamvero in casu agitur de consuetudine, cui resistit lex, quaeque iura tertii laedit: evidens proinde est, quod synodus non poterat eam ratam habere, nec parochi omnes in eam consentire, nisi ad normam cap. I, *De Praescriptionibus* superius citati, legitime praescripta fuisset. Neminem enim latet quod in lege generali Ecclesiae nequeunt episcopi, vel in synodo vel extra synodum, aliquam

mutationem inducere, valent tamen declarare authentice consuetudinem esse inductam adversus ius commune eamque firmare.

Posita itaque hac lege consuetudinaria in universa Mediolanensi dioecesi, Patres dixerunt sub ea comprehendi quoque decedentes in hospitalibus. Etenim in primis praegnantia et universalia sunt verba Synodi, quae sicut nullam redolent ambiguitatem, ita nullam prorsus distinctionem admittunt locorum mortis: ita ut ad omnes indiscriminatim defunctos extendatur, sive in domo privata sive in hospitalibus, sive in civitate aut oppido, sive ruri decedant. Neque dicendum a synodo excepta fuisse hospitalia, quia post ea quae retulimus, haec habet: « Omnia « tamen adhuc integra manere volumus, quae vigent quoad hospitalia ». Hac de re Iudices primae instantiae scribunt, per haec verba synodum generi per speciem derogavisse: « Ideo sensus Constitutionis est, ut « quamvis regula dioecesana de parocho proprio ius recognoscatur « quoad decedentes in paroeciis, *tamen* quoad decedentes in hospitalibus « standum sit iuri communi *vigenti*, vel praxibus contrariis vigentibus, si « quam in particulari singula hospitalia legitime praescripserint, quae « omnia synodus vult ut maneant integra, seu iis omnibus non vult per « sua statuta afferre praeiudicium ». At haec interpretatio admittenda non est: illud enim adversativum «tamen» quo vult legislator dioecesanus omnia integra manere quoad hospitalia, necessario referri non debet ad ius commune, sed potest bene respicere sive consuetudines particulares exsistentes inter parochos, uti v. g. in civitatibus *Varese* et *Monza*, sive maxime usum capellanorum hospitalium, qui funerant uti parochi proprii: quem usum nec abrogare nec mutare voluit legislator. Quod autem hoc sensu accipienda sunt verba synodalia, patet ex citatione facta in eadem synodo resolutionis S. C. Concilii diei 14 augusti 1863; haec enim se refert ad relationes inter capellán os hospitalium et parochos, non vero inter parochos loci et parochos domicilii. Nec aliter legem synodalem interpretata fuit curia Mediolanensis post duos annos a celebratione synodi. Etenim Hyeronimus Zaroli, parochus Legnanello, quoad funeralia decedentium in hospitali eodem in oppido erecto anno 1902, haec deposuit: « Per mio governo avendo nell'anno 1904 domandato « all'Avv. Generale di questa Curia di Milano il modo di tenere circa i « funerali dei decedenti nell'ospedale di Legnanello, mi fu risposto di « stare alla prescrizione del sinodo circa il diritto che ha il parroco su « quelli che muoiono nella sua parrocchia ».

Deinde acta non referunt quandonam et quibus de causis introduci coepit praxis a synodo recognita. At, uti coniicere est, ad tres reduci possunt; i. e. vel ut semel constituti fines paroeciarum sarti tectique

serventur; vel, ut consuleretur ob distantiam locorum magnis expensis translationum cadaverum de uno ad aliud oppidum, deque una ad aliam urbem, quibus propterea defunctorum parentes sese abstinere plerumque debuissent ab exsequiis persolvendis in parochia domicilii ; vel tandem, quod verius est, ut vitaretur magna confusio alias resultans circa sacramentorum administrationem, de qua card. De Luca in 1. c. Iamvero hae omnes causae valent indiscriminatim et verificantur sive quis extra propriam parochiam moriatur in aliquo hospitali, sive alibi.

Arguunt ulterius Patres ex eo, quod in *privatis* domibus valetudinariis, quae pro infirmis recipiendis in maioribus praesertim dioecesis Mediolanensis urbibus reperiuntur, incontroversa praxis est, ut defuncti leventur a parocho loci, excluso parocho domicilii. Hoc autem admisso, nulla ratio concipi potest ut exceptio inducatur pro domibus *publicis* valetudinariis, i. e. hospitalibus, praesertim si advertatur, quod in nosocomiis privati iuris decedunt divites, et per consequens haud leve quoad emolumenta parochi proprii patiuntur detrimentum; ex adverso in publicis nosocomiis generatim moriuntur pauperes, proinde parochi nullam aut fere nullam diminutionem sustinent emolumentorum. Neque dicatur in privatis valetudinariis infirmos habere intentionem ibidem per maiorem anni partem commorandi. Hoc enim falsum omnino est saltem quoad omnes et singulos, qui in praedictis valetudinariis recipiuntur.

Praeterea hospitalia quoque comprehendi in consuetudine a synodo firmata luculenter scatet ex processu suppletivo peracto a curia Mediolanensi ad instantiam procuratoris R. D. Octavii Paronzini. Ex hoc edocemur in omnibus hospitalibus Mediolanensis dioecesis funeralia defunctorum agi vel a capei!ano hospitalis, vel a parocho loci in cuius territorio nosocomium reperitur erectum, quin parochis propriis cedatur quarta funeraria. Et adnotandum quod in hospitalibus etiam interparochialibus, non solum recipiuntur subditi paroeciarum quae ex fundatione ius habent mittendi suos infirmos ad illa hospitalia, sed etiam aegroti aliarum paroeciarum sive gratis, sive soluta pecunia. Quare inutile prorsus est determinare numerum paroeciarum quae subsunt praxi vigenti quoad funera in nosocomiis dioecesis Mediolanensis, eo quod ex quocumque loco vel parochia proveniant aegroti, si decedant, omnes eodem modo funerantur.

Unica exceptio afferri potest respiciens nosocomium oppidi *Varese.* At quod viget in hoc hospitali, ex conventione repeti debet inita inter parochos. Ante enim conventionem, i. e. a tempore S. Caroli, usque ad annum 1910 funerator semper fuit parochus loci, uti testantur Lucioni, Barzaghi, Manusardi, Piccardi. Et in conventione facta aliquid servatum

fuit de usu antea in aliis dioecesis hospitalibus exsistente: nam in ea decernitur, quod si defunctus sit alicuius paroeciae extra civitatem *Varese,* funerator est solummodo clerus loci hospitalis.

Haec autem praxis observatur non solum in hospitalibus quae centenariam habent fundationem, sed etiam in iis quae sunt recentioris fundationis, nemine reclamante ex parte eorum qui damnum ex hac praxi recipiebant. Ita ex. gr. parochus Garcano, in cuius paroecia fuit erectum hospitale *Annotti* anno 1903, deponit: « Nè io ho mai dato la « quarta funeraria o compenso alcuno ai rispettivi parroci, dei defunti « nell'ospedale, nè essi hanno mai preteso da me alcun compenso ». Item laudatus parochus Zaroli quoad hospitale in sua parochia erectum anno 1902: « Nessun parroco ha mai reclamato contro il mio modo di « agire. Nè io mi sono tenuto obbligato a dare alcun compenso ». Eadem habet D. Aloisius Casartelli, relate ad proprios parochianos defunctos in nosocomio *Cantu* erecto anno 1878 intra fines parochiae S. Pauli: « Io non ho mai ricevuto niente per la quarta funeraria, e non so che « si siano mai sollevate eccezioni ». Tandem, aliis omissis, Caserus Fortunati, quoad decedentes in hospitali erecto anno 1875 intra fines suae paroeciae, haec habet: « Io seguendo la pratica dei miei predeces- « sori, nè mi sono tenuto obbligato, nè di fatto ho dato quarta funeraria « o altro compenso ai parroci rispettivi defunti dell'ospedale, nè so che « a me ed ai miei predessori sia stata fatta domanda di compenso, od « alcune osservazioni in proposito ». Ex his evincitur ius per consuetudinem tributum parochis funerandi monentes intra fines propriarum parochiarum non excludere decedentes in hospitalibus. Quod expresse testatur parochus Rizzi: « Il parroco di Vaprio non ha mai corrisposto « nè quarta, nè altro compenso ai parroci dei rispettivi defunti, nè i « detti parroci hanno reclamato o preteso alcun compenso; e ciò affermo « per quanto consta a me sia dovuto alla consuetudine invalsa che il « diritto di funerare spetti al parroco dove avviene il decesso ».

His tandem accedit quod, cum curia Mediolanensis recepisset aliquas protestationes contra parochos funerantes in hospitalibus, ultimis hisce temporibus, intra fines propriarum parociarum erectis, parochorum usum minime reprobavit, imo ratum habuit utpote conformem dioecesanae consuetudini. Ita acta referunt quod in civico hospitali urbis *Monza,* antea exsistente in parochia collegiata S. Ioannis Baptistae, archipresbyter et capitulum omnes indistincte ibidem decedentes funerabant. At translato hospitali anno 1895 in territorium paroeciae S. Blasii eiusdem urbis, parochus S. Blasii coepit omnes in hospitali decedentes funerare, sicut antea peragebatur in parochia S. Ioannis Baptistae. Verum capi-

pitulum huius ecclesiae et quidam alii parochi obtulerunt auctoritati diocesanae supplicem libellum in quo « si richiamava il diritto storico « (ecclesiae S. Joannis Baptistae) sembrando che dovesse accompagnare «l'ospedale, anche nella nuova sede: ma qualora non si fosse trovato « di doverlo riconoscere, si domandava che venisse ammessa l'inter- « parrochialità dell'ospedale ». Nullum tamen favorabilem exitum huiusmodi preces sortitae sunt: nam, uti deponit R. D. Paulus Rossi, archipresbyter Modestiae, « in seguito a discussione della consulta canonico- « giuridica, mi pervenne una laconica risposta negativa motivata dalla « prassi diocesana... dalla pratica usata per le case di salute e di rico- « vero ». Pariter, quod quaestionem nostram propius attingit, anno 1895 parochus S. Petri, hodiernus appellans in praesenti iudicio, contra parochum S. Mariae Novae, qui funera peragebat, uti in specie dictum est, omnium defunctorum **in** hospitali *Costantino Cantu*, penes curiam instabat Mediolanensem, ut saltem quarta eidem adiudicaretur quoad proprios parochianos in eodem hospitali decedentes, et responsum accepit a promotore fiscali his verbis expressum: « Giusta la teoria canonica « tu avresti perfettamente ragione. Ma bisogna notare che oggi la con- « suetudine attribuisce *ius sepulturae* al parroco del luogo, nel quale *« quis etiam incidenter fuerit defunctus ».*

Hisce omnibus rite, diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, dicimus declaramus et definitive sententiamus *Ius funerandi parochianos S. Mariae, decedentes in hospitali* Costantino Cantu, *spectare ad parochum S. Petri.* Expensas autem volumus et declaramus esse inter partes compensatas.

Mandamus autem Ordinario loci et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis quae magis efficacia et opportuna esse pro rerum adiunctis iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 18 iulii 1914.

G. Sebastianeiii, *Decanus Ponens.*
S. Many.
F. Heiner.

L.|$jS.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 7 augusti 1914.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*19 ottobre 1914.* — L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, *Membro della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.*

*21 ottobre.* — Gli Emi signori cardinali Diomede Falconio, Scipione Tecchi e Michele Lega, *Membri della sacra Congregazione dei Sacramenti.*

*22 ottobre.* — Mons. Giovanni Mac Intyre, vescovo tit. di Lamo e rettore del collegio Inglese, e i Rmi D. Eugenio Tisserant e P. Michele Hetzenauer, cappuccino, *Consultori della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.*

*24 ottobre.* — L'Emo sig. cardiaale Filippo Giustini, *Protettore dell'Ordine dei Frati Minori.*

*26 ottobre.* — L'Emo signor cardinale Pietro Mani, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità della Venerabile Capitanio.*

*28 ottobre.* — L'Emo signor cardinale Basilio Pompilj, *Arciprete della patriarcale Arcibasilica Lateranense.*

— Gli Emi signori cardinali Antonio Agliardi, Diomede Falconio e Basilio Pompilj, *Membri della sacra Congregazione Concistoriale.*

*30 ottobre.* — L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore della Pontificia Accademia dei Nobili ecclesiastici.*

*3 novembre.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto delle Figlie di Gesù, di Salamanca.*

— L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore dell'Ordine dei Romitani di S. Agostino e della Congregazione dei Missionari del S. Cuore di Gesù.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio X di fel. mem. si era degnato di nominare:

*Assistente al Soglio Pontificio:*

*30 maggio 1914.* — Mons. Tommaso M. A. Burke, vescovo di Albany.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*29 maggio 1914.* — Mons. Gallus Bruder, parroco della chiesa tedesca di S. Giuseppe, e Mons. Guglielmo Guiñan, rettore della parrocchia del Santo Rosario, in New York City.

*29 luglio.* — Mons. Dionisio J. Curran, vicario generale, e Mons. Giacomo J. Hartley, rettore del gran seminario, della diocesi di Rochester.

Con Brevi apostolici il Santo Padre BENEDETTO XV, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Assistente al Soglio Pontificio:*

*27 ottobre 1914.* — Mons. Tommaso Giuseppe Dowling, vesc. di Hamilton.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*30 settembre 1914.* — Mons. Giacomo O'Connell, cancelliere della curia arcivescovile di Boston.

*16 ottobre.* — Mons. Edoardo J. Mac Golrick, rettore della chiesa parrocchiale di S. Cecilia a Brooklyn.

*17 ottobre.* — Mons. Angelo Covino, delegato vescovile della diocesi di Diano-Teggiano.

*27 ottobre.* — Mons. Giovanni Doherty, della diocesi di Hamilton.

— Mons. Pacifico Crivelli, canonico seniore della diocesi di S. Severino.

*28 ottobre.* — Mons. Giovanni Aguillar Jiménez, vicario generale della diocesi di Madrid.

— Mons. Luigi Pérez Estevez, arciprete della cattedrale della stessa diocesi.

*29 ottobre.* — Mons. Donaldo I. Mac Intosh, vicario generale della diocesi di Antigonish, e Mons. Ugo Gillis, della medesima diocesi.

— Mons. Francesco Lanzoni, rettore del seminario di Faenza.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:*

*7 settembre 1914.* — Mons. Giuseppe Fanti, dell'archidiocesi di Bologna.

*8 settembre.* — Mons. Francesco Hrubik, dell'archidiocesi di Praga.

*10 settembre.* — Mons. Michelangelo Grancelli, della diocesi di Verona.

— Mons. Ilario Zanoni, della medesima diocesi.

— Mons. Luigi De Monte, della medesima diocesi.

— Mons. Carlo A. Cassidy, dell'archidiocesi di New York. «

— Mons. Carlo de Corley, delia medesima archidiocesi.

— Mons. Luca E. E vers, della medesima archidiocesi.

— Mons. Gerardo Ferrante, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giacomo V. Lewis, della medesima archidiocesi.

— Mons. Daniele Mac Mackin, della medesima archidiocesi.

— Mons. Francesco P. Mac Nichol, della medesima archidiocesi.

— Mons. Guglielmo Murphy, della medesima archidiocesi.

*11 settembre.* — Mons. Giacomo A. Connolly, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giovanni G. Dunn, della medesima archidiocesi.

*13 settembre.* — Mons. Pietro Codemo, vicario generale della diocesi di Ascoli Piceno.

— Mons. Francesco Marcelli, parroco di Colli del Tronto, della medesima diocesi.

— Mons. Domenico Maggio, arciprete di Piazzola sul Brenta, della diocesi di Vicenza.

*Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S.:*

*10 settembre 1914.* — Mons. Silvino Tomba, della diocesi di Verona.

*Cappellano Segreto d'onore di S. S.:*

*21 settembre 1914.* — Mons. Luciano Rossi, del clero di Roma.

*Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:*

*8 settembre 1914.* — Il sig. Guglielmo Dooley, dell' archidiocesi di Boston.

*10 settembre.* — Il sig. don Vincenzo de Giovanni, duca di Santa Severina.

— Il sig. marchese Edoardo J. Du Mée, dell'archidiocesi di Filadelfia.

*12 settembre.* — Il sig. Vittorio Quesada di S. Pietro, marchese di S. Sebastiano, dell'archidiocesi di Cagliari.

*14 settembre.* — Il sig. comm. Alfredo Basto, residente a San Remo.

*Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:*

*4 settembre 1914.* — Il sig. cav. Paolo Croci, di Roma.

## ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Gran Croce dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*28 ottobre 1914.* — Al sig. senatore don Luigi Bahia y CJrrutia, della diocesi di Madrid.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*16 ottobre 1914.* — Al sig. cav. Tommaso Pate, della diocesi di Livorno.

*La Commenda dell' Ordirne di S. Silvestro Papa :*

*8 ottobre 1914.* — Ai signori: cav. Mario Maruffi., verificatore dei conti della Prefettura dei SS. PP. AA., e cav. Pietro Costa, reggente provvisorio della Floreria Apostolica.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:*

*7 ottobre 1914.* — Al sig. Giuseppe Chateauvert, antico zuavo pontificio, dell'archidiocesi di Québec.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*9 ottobre 1914.* — Al sig. Carlo Riva, dell'archidiocesi di Torino.

*28 ottobre.* — Al sig. Momgian Ohamos Effendi, della diocesi di Trebisonda.

# NECROLOGIO

*16 ottobre 1914.* — Mons. Michele Francesco Howley, arcivescovo di S. Giovanni di Terranova.

*23 ottobre.* — Mons. Pacifico Carletti, vescovo di Albenga.

*25 ottobre.*- — Mons. Amabile Prospero Berthet, vescovo di Gap.

*4 novembre.* — Il signor principe D. Mario Chigi Albani, Marescialli del Conclave.

Annus VI. - Vol. VI. Die 18 Novembris 1914. Num. 18

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

## ACTA BENEDICTI PP. XV

### LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Ad beatissimi Apostolorum Principis cathedram arcano Dei providentis consilio, nullis Nostris meritis, ubi provecti sumus, cum quidem Christus Dominus ea ipsa Nos voce, qua Petrum, appellaret, *pasce agnos meos, "pasce oves meas* [1] continuo Nos summa cum benevolentiae caritate oculos in gregem, qui Nostrae mandabatur curae, convertimus; innumerabilem sane gregem, ut qui universos homines, alios alia ratione, complectatur. Omnes enim, quotquot sunt, Iesus Christus a peccati servitute, profuso in pretium suo sanguine, liberavit; nec vero est ullus, qui a beneficiis redemptionis huius exceptione excludatur: itaque genus humanum divinus Pastor partim Ecclesiae suae caulis iam feliciter inclusum habet, partim se eodem compulsurum amantissime affirmat: *Et alias oves habeo, quae non sunt*

[1] Ioan. XXI, 15-17.

*ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audierit* V — Equidem., non vos hoc celabimus, venerabiles Fratres : ante. omnia, divina certe benignitate excitatum, sensimus in animo incredibilem quemdam studii et amoris impetum ad cunctorum salutem hominum quaerendam; atque illud ipsum fuit Nostrum in Pontificatu suscipiendo votum, quod Iesu, mox crucem subeuntis, fuerat: *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi*[2].

Iam vero, ut primum licuit ex hac arce Apostolicae dignitatis rerum humanarum cursum uno quasi obtutu contemplari, cum lacrimabilis ob versaretur Nobis ante oculos civilis societatis conditio, acri sane dolore affecti sumus. Quo enim pacto fieret ut Nostrum communis omnium Patris animum non vehementissime sollicitare^ hoc Europae atque adeo orbis terrae spectaculum, quo nullum fortasse nec atrocius post hominum memoriam fuit, nec luctuosius? Omnino illi advenisse dies videntur, de quibus Christus praenuntiavit : *Audituri... estis praelia, et opiniones praeliorum... Consurget enim gens in gentem, et regnum in regnum*[3]. Tristissima usquequaque dominatur imago belli; nec fere nunc est aliud quod hominum cogitationes occupet. Maximae sunt praestantissimaeque opulentia gentes quae dimicant : quamobrem quid mirum, si horrificis bene instructae praesidiis, quae novissime ars militaris invenit, conficere se mutuo exquisita quadam immanitate contendant? Nec ruinarum igitur nec caedis modus : quotidie novo redundat cruore terra, ac sauciis completur exanimisque corporibus. Num, quos ita videns alteros alteris infestos, eos dixeris ab uno omnes prognatos, num eiusdem naturae, eiusdem societatis humanae participes? Num fratres agnoveris, quorum unus est Pater in caelis? Dum autem munitis utrimque copiis furiose decernitur, interea doloribus et miseriis, quae bellis, tristis cohors, comitari solent, civitates, domus, singuli premuntur : crescit immensum in dies vi-

[1] Ioan. x, 16.
[2] Ioan. xvii, 11.
[3] Matth. xxiv, 6. 7.

duarum orborumque numerus; languent, inter ceptis itineribus, commercia; vacant agri; silent artes; in angustiis locupletes, in: squalore inopes; in luctu sunt omnes.

Hisce Nos tam extremis rebus permoti, in primo tamquam limina Pontificatus maximi, Nostrarum partium esse duximus, suprema illa Decessoris Nostri, praeclarae sanctissimaeque memoriae Pontificis, revocare verba, iisque iterandis, Apostolicum officium auspicari; vehementerque eos, qui res regunt veb gubernant publicas, obsecravimus, ut, respicientes quantum effusum iam esset lacrimarum et sanguinis, alma pacis munera reddere populis maturarunt. Atque utinam, Dei miserentis beneficio, fiat, ut, quem Angeli in ortu divini hominum Redemptoris faustum cecinere nuntium, idem, ineuntibus Nobis vicarium Ipsius munus, celeriter insonet: *In terra pax hominibus bonae voluntatis* \ Audiant Nos ii, rogamus, quorum in manibus fortuna civitatum sita est. Aliae profecto adsunt viae, rationes aliae, quibus, si qua sunt violata iura, sarciri possint. Has, positis interim armis, bona experiantur fide animisque volentibus. Ipsorum Nos universarumque gentium amore impulsi, nulla Nostra causa, sic loquimur. Ne sinant igitur hanc; amici et patris vocem in irritum cadere.

At vero, non solum huius cruenti dimicatio belli misérrimos habet populos, Nosque anxios et sollicitos. Alterum est, in ipsis medullis humanae societatis inhaerens, furiale malum; idque omnibus, quicumque sapiunt, est formidini, utpote quod, cum alia iam attulerit et allaturum sit detrimenta civitatibus, tum huius lucrosissimi belli semen iure habeatur. Etenim ex quo christianae sapientiae praecepta atque instituta observari desita sunt in disciplina rei publicae, cum stabilitatem tranquillitatemque ordinis illa ipsa continerent, necessario nutare funditus coeperunt civitates, ac talis et mentium conversio et morum demutatio consecuta est, ut, nisi Deus mature adiuvet, impendere iam humanae consortionis videatur exitium. Itaque

[1] Luc. u, 14.

haec cernimus: abesse ab hominum cum hominibus coniunctione benevolentiam mutuam; despicatui haberi eorum qui praesunt, auctoritatem; ordines cum ordinibus civium iniurioso contendere; fluxa et caduca ita sitienter appeti bona, quasi non alia sint, eaque multo potiora, homini proposita ad comparandum. His quidem quatuor capitibus causas totidem contineri arbitramur, cur societas humani generis adeo graviter perturbetur. Danda igitur communiter est opera, ut pellantur e medio, christianis nimirum principiis re vocandis, si vere consilium est pacare communes res recteque componere.

Ac primum Christus Dominus, cum hanc ipsam ob causam de caelis descendisse^ ut, quod invidia diaboli eversum fuerat, restitueret in hominibus regnum pacis, non alio illud voluit niti fundamento, nisi caritatis. Quare haec saepius : *Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem*[1]; *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem*[2]; *Haec mando vobis, ut diligatis invicem*[3] : tamquam si unum hoc suum esset officium et munus, adducere homines ut diligerent inter se. Atque huius rei gratia, quod non adhibuit argumentorum genus? Suspicere in caelum nos omnes iubet : *Unus est enim Pater vester, qui in caelis est*[4]. Omnes, nullo nationis aut linguae aut rationum discrimine, eamdem docet formulam precandi : *Pater Noster, qui es in caelis*[5]; quin etiam affirmat Patrem caelestem, in beneficiis naturae dilargiendis, ne merita quidem singulorum discernere : *Qui solem suum oriri facit super bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos*[6]. Fratres etiam nos tum dicit inter nos esse, tum suos appellat : *Omnes autem vos fratres estis*[7]; - *Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus*[8]. Quod vero ad fraternum amorem

[1] Ioan. XIII, 34.
[2] Ioan. XV, 12.
[3] Ioan. XV, 17.
[4] Matth. XXIII, 9.
[5] Matth., vi, 9.
[6] Matth, v, 45.
[7] Matth. XXIII, 8.
[8] Rom. VIII, 29.

excitandum, vel erga eos quos naturae superbia contemnit, valet plurimum, in infimo quoque suae ipse vult agnosci personae dignitatem : *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* [1] Quid, quod sub exitum vitae impensissimo rogavit Patrem, ut quotquot in se ipsum essent credituri, omnes caritatis copulatione essent unum? *Sicut tu Pater in me, et ego in te* [2]. Denique e cruce pendens, suum sanguinem in nos omnes exhausit, unde quasi coagulati compactique in unum corpus, sic amaremus inter nos, quemadmodum inter membra eiusdem corporis summa amicitia est.—Verum longe aliter se habent mores horum temporum. Numquam fortasse fraternitatis humanae tanta fuit, quanta hodie, praedicatio; quin imo non dubitant, Evangelii voce neglecta, operaque Christi et Ecclesiae posthabita, hoc fraternitatis studium efferre, tamquam unum e maximis muneribus, quae huius aetatis humanitas pepererit. Re tamen vera, numquam minus fraterne actum est inter homines, quam nunc. Crudelissima ob dissimilitudines generis sunt odia ; gentem a gente potius simultates, quam regiones separant; eadem in civitate, eadem intra moenia flagrant mutua invidia ordines civium ; inter privatos autem omnia amore sui, tamquam suprema lege, diriguntur.

Videtis, venerabiles Fratres, quam necesse sit omni studio eniti, ut Iesu Christi caritas rursus in hominibus dominetur. Hoc certe semper Nobis propositum habituri sumus, velut proprium Nostri Pontificatus opus; hoc ipsum studete vos, hortamur. Ne desistamus vel inculcare auribus hominum vel re praestare illud Ioannis : *Diligamus alterutrum* [3]. Praeclara certe, valdeque commendanda sunt illa, quibus haec aetas abundat beneficentiae causa institutis ; at enim, si quid ad veram Dei et aliorum caritatem in animis fovendam conferant, tum demum solidae utilitatis sunt; quod si nihil eo conferant, nulla sunt : nam *qui non diligit, manet in morte* [4].

[1] Matth. XXV, 40.
[2] Ioan. XVII, 21.
[3] I Ioan. III, 23.
[4] Ibid. 14.

Alteram disámus communis :pe:rtui-batàouis causam in eo «consistere, *'qioLoâ* iam non r sancta *mugo* sit acMum qcuivBum potestà te praesunt, auctoritas. Ex quo enim placuit «omnis humanae [potestatis mon ¿a iE)eo, rerran iconclitoare ©t •dominatore, seä.a Aera hominum -voluntate deducere originem, vincula" officii, quae *eos* inter qui praesunt et qui subsunt, intercedere debeant, adeo extenuata sunt, ut propemodum evanuisse videantur. Immodicum enim studium libertatis cum contumacia coniunctum, pauli atim usqueqiiaque pervasit; idque ne domesticam quidem •societatem, cuius potestatem luce clarius est a natura proficisci, intactam reliquit ; quin etiam, quod magis dolendum est, in «acros usque recessus penetravit. Hinc contemptio nascitur iagum ; Tiinc motus multitudinum ; hinc petulantia reprëhendendi quidquid iussum sit; hinc sexcentae repertae viae ad disciplinae ñervos elidendos ; hinc immania illorum facinora, qui, quum se nulla teneri lege profiteantur, nec fortunas hominum verentur nec vitam perdere.

Ad hanc opinandi agendique pravitatem, qua societatis humanae constitutio pervertitur, Nobis quidem, quibus magisterium "veritatis divinitus mandatum est, tacere non licet; populosque admonemus illius doctrinae, quam nulla hominum placita mutare possunt: *Non est potestas nisi aDeort^èüé autem sunt, a Deo ordinatae sunt* \ Quisquis igitur inter homines praeest, sive is princeps est sive infra principatum, eius divina est origo auctoritatis. Quare Paulus non quovis modo, sed religiose, id est ex conscientiae officio, obtemperandum iis esse edicit, qui pro potestate iubent, nisi quid iubeant divinis contrarium legibus: *Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram,, sed etiam propter conscientiam* [2]. Congruit cum verbis Pauli, quod ipse Apostolorum Princeps docet : *Subiecti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum: sive regi, quasi praecellenti: sive ducibus, tamquam ab eo missis ...* [3]. Ex quo idem Gentium Apo-

[1] Rom. XIII, 1.

[2] ibid. 5.

[3] I. Petr. n, 13-14.

stolus colligit, eum qui homini 'legitime 'imperanti- cotíttínA obsistat, Deo obsistere ac sempiternas sibi parare poenas : *Itaque qui resistit potestati, Dei úrdinationi resistit. Quíadi&m resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt*[1].

Meminerint 'hoc principes rectoresque populorum, ac videant num prudens ac salutare consilium cum potestati publicae 'tum civitatibus sit a sancta Iesu Christi religione discedere, "a qua tantum ipsa potestas habet roboris et firmaménti. Etiam atque etiam considerent, num doctrinam Evangelii et Ecclesiae velle a disciplina civitatis, a publica iuventutis institutione exclusam, civilis sapientiae sit. Nimis experiendo cognitum est, ibi hominum iacere auctoritatem, unde exsulet religio. Quod enim primo nostri generis parenti, cum officium deseruisset, contigit, idem civitatibus usu venire solet. Ut in illo, vix voluntas a Deo defecerat, effrenatae cupidine s voluntatis repudiarunt imperium : ita ubi qui res moderantur populorum, divinam contemnuht auctoritatem, ipsorum auctoritati illudere populi 'consueverunt. -Relinquitur sane, quod assolet, ut ad túrbidos motus comprimendos vis adhibeatur : sed quo tandem fructu? Vi corpora quidem, non animi comprimuntur.

Sublata igitur aut debilitata illa duplici coniunctione, uncle efficitur ut omne societatis corpus cohaereat, id est vel membrorum cum membris ob caritatem mutuam, vel eorumdem cum capite ob auctoritatis obsequium, quisnam iure miretur, venerabiles Fratres, hanc hominum societatem dispertitam in duas tamquam acies videri, quae inter se acriter et assidue digladientur? Stant contra eos quibus aliquam bonorum copiam aut fortuna tribuit aut peperit industria, proletarii et opifices, propterea flagrantes malevolentia, quod cum eamdem naturam participent, non tamen in eadem, ac ipsi, conditione versentur Scilicet, ut semel infatuati sunt concitatorum fallaciis, quorum ad nutum solent se totos fingere, quis eis persuadeat, non ex eo, quod homines sunt pares natura, sequi ut parem 'omnes obti-

[1] Rom. **XIII,** 2.

nere debeant in communitate locum, sed eam esse singulorum conditionem, quam sibi quisque suis moribus, nisi res obstiterint, comparavit? Ita, qui tenuiores cum copiosis depugnant, quasi alienas hi bonorum partes occuparint, non contra iustitiam caritatemque tantum, verum etiam contra rationem, faciunt, praesertim cum et ipsi possint honesta laboris contentione meliorem sibi fortunam quaerere, si velint. — Quae vero quantaque hoc invidiosum certamen ordinum tum singulis tum communitati civium gignat incommoda, dicere nil attinet. Videmus omnes deploramusque crebras cessationes ab opere, quibus civilis publicaeque vitae cursus in ministeriis etiam apprime necessariis repente inhiberi solet: item minaces turbas et tumultus, in quibus non raro accidit, ut armis res geratur et humanus effluat cruor.

Non hic videtur Nobis argumenta repetere, quibus *Socialistarum* aliorumque in hoc genere errores manifesto convincuntur. Egit hoc ipsum sapientissime Leo XIII decessor Noster in Encyclicis Litteris sane memorandis : vosque, venerabiles Fratres, pro vestra diligentia curabitis, ut gravissima illa praecepta ne unquam oblivioni dentur, imo in consociationibus ac coetibus catholicorum, in sacris concionibus, in publicis nostrorum scriptis illustrentur docte atque inculcentur, quandocumque res postulaverit. Sed potissimum - neque enim hoc iterare dubitamus - omni argumentorum ope, quae vel Evangelium, vel ipsa hominis natura, vel publicae privataeque disciplinae ratio suppeditat, studeamus hortari omnes, ut, ex divina caritatis lege, fraternis animis inter se diligant. Cuius quidem amoris non ea certe vis est, ut conditionum ideoque ordinum distinctionem amoveat, - quod non magis potest fieri, quam ut in corpore animantis una eademque membrorum omnium actio sit ac dignitas - sed tamen efficiet, ut qui loco superiores sunt, demittant se quodammodo ad inferiores; et non solum iuste adversus eos, quod par est, sed benigne, comiter, patienter sese gerant: hi autem illorum et laetentur prosperitate et confidant auxilio; sic prorsus, uti ex familiae eiusdem filiis minor natu maioris patrocinio praesidioque nititur.

At enim, venerabiles Fratres, quae hactenus deplorando persecuti sumus, ea radicem habent altiorem : ac, nisi ad ipsam evellendam studia bonorum incumbant, illud profecto, quod est in votis, id est rerum humanarum stabilis et mansura tranquillitas, non sequatur. Ea quae sit, monstrat Apostolus : *Radix... omnium maiorum est cupiditas* [1] Etenim, si quis recte consideret, mala, quibus nunc aegrotat humana societas, ex hac stirpe oriuntur omnia. Quandoquidem et perversitate scholarum, quibus aetatula cerea fingitur, et improbitate scriptorum, quibus, quotidie aut per intervalla, imperitae multitudinis mens formatur, et aliarum causa rerum, ad quas opinio popularis exigitur, quando, inquimus, ille infusus est animis perniciosissimus error, non sperandum esse homini sempiternum aevum in quo beatus sit; hic, hic licere ei esse beato, divitiis, honoribus, voluptatibus huius vitae fruendis; nemo mirabitur hos homines, natura factos ad beatitatem, ea vi qua ad eorum adeptionem bonorum rapiuntur, eadem quicquid sibi moram in hac re aut impedimentum fecerit, repellere. Quoniam vero haec bona non aequaliter dispertita sunt in singulos, et quia socialis auctoritatis est prohibere ne singulorum libertas fines excedat alienumque occupet, idcirco et odio habetur auctoritas, et miserorum in fortunatos ardet invidia, et inter ordines civium mutua contentione certatur, nitentibus quidem aliis attingere id quovis pacto et eripere quo carent, aliis autem retinere quod habent, atque etiam augere.

Hoc ipsum Christus Dominus cum prospiceret futurum, in divinissimo illo sermone, quem in monte habuit, terrestres hominis *beatitudines* quae essent, data opera explicavit: in quo christianae philosophiae quodammodo fundamenta posuisse dicendus est. Quae quidem vel hominibus perquam alienis a Fide, singularem sapientiam et absolutissimam de religione ac moribus doctrinam continere visa sunt: et certe consentiunt omnes neminem ante Christum, qui ipsa est veritas, nec similiter eadem de re, nec pari gravitate ac pondere, nec tanto cum sensu amoris unquam praecepisse.

[1] I Tim. vi, 10.

Iam divinae huius philosophiae illa intima et recondita ratio est, quod quae mortalis vitae appellantur bona, speciem quidem boni habent, vim non habent; ideoque non sunt ea, quibus fruens, homo beate possit vivere. Deo enim auctore, tantum abest ut opes, gloria, voluptas beatitatem afferant homini, ut, si vere hac potiri velit, debeat iis omnibus, Dei ipsius causa, carere : *Beati pauperes... Beati, qui nunc fletis... Beati eritis cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprdbraverint, et eiecerint nomen vestrum tamquam malum* \ Scilicet per dolores, aerumnas, miserias vitae huius, si quidem ea toleremus ut oportet, aditum nobis ipsi patefacimus ad perfecta illa et immortalia bona, *quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum* [2]. Verum haec tanti momenti doctrina Fidei apud plurimos negligitur, apud multos penitus oblitterata videtur. — Atqui necesse est, venerabiles Fratres, ad eam renovari omnium animos : non alio pacto homines et hominum societas conquiescent. Quicumque igitur quovis aerumnarum genere affliguntur, eos hortemur non oculos demittere in terram, qua peregrinamur, sed tollere ad caelum, quo tendimus : *non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus* [3]. In mediis autem rerum acerbitatibus, quibus eorum periclitatur Deus in officio constantiam, saepe reputent, quid sibi paratum sit praemii, cum ex hoc periculo victores evaserint : *id enim, quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis* [4]. Denique omni ope atque opera eniti ut revirescat iii hominibus rerum "fides quae supra naturam sunt, simulque cultus, desideratio, spes bonorum aeternorum, hoc debet esse vobis propositum in primis, venerabiles Fratres, tum reliquo clero, tum etiam nostris omnibus, qui, vario consociati foedere, Dei gloriam communemque veri nominis utilitatem student promovere. Prout enim haec

[1] Luc. vi, -20-22.
[2] I Cor. II, 9.
[3] *Hebr.* XIII, 13.
[4] il Cor. iv. 17.

apud homines Fides creverit, decrescet eorumdem studium immodicum consectandi terrestrium bonorum vanitatem, ac sensim, caritate resurgente, motus contentionesque sociales conticescent.

Nunc autem, si ab hominum communitate ad proprias Ecclesiae res considerandas cogitationem convertimus, est profecto, cur animus Noster, tam magna temporum calamitate percussus, aliqua saltem ex parte reficiatur. Nam, praeter argumenta, quae se dant apertissima, divinae illius virtutis ac oralitatis qua pollet Ecclesia, non parum consolationis ipsa Nobis offerunt, quae decessor Noster Pius X, cum Sedem Apostolicam sanctissimae vitae exemplis illustrasset, praeclara Nobis reliquit suae actuosae providentiae munera. Videmus enim eius opera infiammatimi universe in sacro ordine studium religionis; excitatam christiani populi pietatem; promotam in consociationibus catholicorum actionem ac disciplinam; qua constitutas, qua numero auctas Episcoporum sedes; institutioni adolescentis cleri tum pro severitate canonum, tum, quoad opus est, pro natura temporum consultum; a magisteriis sacrarum disciplinarum depulsa temerariae novitatis pericula; maiestati sacrorum artem musicam digne servire iussam, auctumque liturgiae decus; novis praeconum Evangelii missionibus christianum late nomen propagatum.

Magna sunt ista quidem Decessoris in Ecclesiam promerita, quorum memoriam grate posteritas conservabit. Quoniam tamen ager *Patrisfamilias* semper, Deo permittente, *inimici hominis* malignitati patet, nunquam est futurum, ut ibi elaborandum non sit, ne *zizania* luxuriantia bonis frugibus officiant. Itaque, interpretantes dictum quoque Nobis, quod prophetae Deus dixerat: *Ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas... et aedifices et plantes* [1], quaecumque erunt mala prohibenda, bona provehenda, quantum erit in Nobis, summo usque studio curabimus, quoad Pasto-

[1] Ierem, i, 10.

rum Principi rationem a Nobis administrat! muneris placeat repetere.

Iam nunc igitur, venerabiles Fratres, cum vos universos primo litteris affamur, commodum videtur Nobis nonnulla attingere capita rerum, quibus praecipuas quasdam curas adhibere decrevimus: ita, maturantibus vobis vestra opera adiuvare Nostram, maturius etiam optati fructus exsistant.

Principio, quoniam in omni hominum societate, quavis de causa coiverint, ad successum communis causae maxime interest socios in idem summa conspirations conniti, omnino Nobis faciendum est, ut dissensiones atque discordiae inter catholicos, quaecumque sunt, desinant esse, novae ne posthac oriantur, sed ii iam unum idemque omnes et sentiant et agant. — Probe Dei Ecclesiaeque hostes intelligunt, nostrorum quodvis in propugnando dissidium sibi esse victoriae : quare illam habent usitatissimam rationem, ut cum catholicos homines viderint coniunctiores, tum, callide iniicientes eis discordiarum semina, coniunctionem dirimere nitantur. Quae utinam ratio ne ita saepe ex voluntate eis evenisset, tanto cum religiosae rei detrimento! Itaque ubi potestas legitima quid certo praeceperit, nemini fas esto negligere praeceptum, propterea quia non probetur sibi : sed quod cuique videatur, id quisque subiiciat eius auctoritati, cui subest, eique, ex officii conscientia, pareat. — Item nemo privatus, vel libris diariisve vulgandis vel sermonibus publice habendis, se in Ecclesia pro magistro gerat. Norunt omnes cui sit a Deo magisterium Ecclesiae datum: huic igitur integrum ius esto pro arbitratu loqui, cum voluerit; ceterorum officium est, loquenti religiose obsequi dictoque audientes esse. In rebus autem, de quibus, salva fide ac disciplina, - cum Apostolicae Sedis iudicium non intercesserit - in utramque partem disputari potest, dicere quid sentiat idque defendere, sane nemini non licet. Sed ab his disputationibus omnis intemperante sermonis absit, quae graves afferre potest offensiones caritati; suam quisque tueatur libere quidem, sed modeste sententiam; nec sibi pu-

tet fas esse, qui contrariam teneant, eos, hac ipsa tantum causa, vel suspectae fidei arguere vel non bonae disciplinae, Abstineant se etiam nostri, volumus, iis appellationibus, quae recens usurpari coeptae sunt ad catholicos a catholicis distinguendos : easque non modo devitent uti *profanas vocum novitates,* quae nec veritati congruunt nec aequitati; sed etiam quia inde magna inter catholicos perturbatio sequitur, magnaque confusio. Vis et natura catholicae fidei est eiusmodi, ut nihil ei possit addi, nihil demi : aut omnis tenetur, aut omnis abiicitur. *Haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit* \ Non igitur opus est appositis ad professionem catholicam significandam; satis habeat unusquisque ita profiteri : « Christianus mihi nomen, catholicus cognomen »; tantum studeat se re vera eum esse, qui nominatur.

Ceterum, a nostris qui se ad communem rei catholicae utilitatem contulerunt, longe aliud nunc Ecclesia postulat, quam ut diutius haereant in quaestionibus, quibus nihil proficitur; postulat, ut summo opere contendant integram conservare fidem et incolumem ab omni erroris afflatu, sequentes eum maxime, quem Christus constituit custodem et interpretem veritatis. Sunt etiam hodie, nec ita pauci sunt, qui, ut ait Apostolus, « pru« rientes auribus, cum sanam doctrinam non sustineant, ad sua (( desideria coacervent sibi magistros, et a veritate quidem au« ditum avertant, ad fabulas autem convertantur »[2]. Innati enim elatique magna opinione mentis humanae, quae progressiones sane incredibiles in exploratione naturae, Deo nimirum dante, fecit; nonnulli, cum prae suo iudicio auctoritatem Ecclesiae contemnenent, usque eo sua temeritate processerunt, ut ipsa Dei arcana et omnia quae Deus homini revelavit, sua intelligendi facultate metiri atque ad ingenium horum temporum accommodare non dubitarent. Itaque exstiterunt monstruos! errores *Modernismi,* quem recte Decessor Noster « *omnium haereseon collectum* » edixit esse et sollemniter condemnavit.

[1] Symb. Athanas.
[2] II. Tim. iv, 3, 4.

Eam Nos igitur condemnationem, venerabiles Fratres, quantacumque est, hic iteramus; et quoniam non usquequaque oppressa est tam pestifera, lues, sed etiamnum hac illae, quamvis latenter, serpit, caveant omnes diligentissime, hortamur, a quavis huius contagione mali; de quo quidem apte amrmaveris quod Iob alia de re dixerat : *Ignis est usque ad perditionem dévorons, et omnia eradicans genimina* \ — Nec vero tantum ab erroribus catholici homines, cupimus, abhorre ant, sed ab ingenio etiam, seu spiritu, ut aiunt, *Modernistarum:* quo spiritu qui agitur, is quicquid sapiat vetustatem, fastidiose respuit, avide autem ubivis nova conquirit: in ratione loquendi de rebus divinis, in celebritate divini cultus, in catholicis institutis, in privata ipsa exercitatione pietatis. Ergo sanctam haberi volumus eam maiorum legem: *Nihil innovetur, nisi quod traditum est;* quae lex tametsi inviolate servanda est in rebus Fidei, tamen ad eius normam dirigenda sunt etiam, quae mutationem pati possunt; quamquam in his ea quoque regula plerumque valet : *Non nova, sed noviter.*

Iam, quia, venerabiles Fratres, ad profitendam aperte Fidem catholicam atque ad vivendum congruenter Fidei, plurimum homines fraternis hortamentis mutuisque exemplis inflammari solent, ideo Nos alias atque alias excitari consociationes catholicorum equidem vehementer gaudemus. Atque illae non solum optamus ut crescant, sed volumus Nostro etiam patrocinio studioque semper floreant: florebunt autem, modo praescriptionibus quas haec Apostolica Sedes iam dedit vel datura eis est, constanter fideliterque obtemperarint. Quotquot igitur, earum participes societatum, pro Deo Ecclesiaque contendunt, ne sinant unquam sibi excidere quod Sapientia clamat : *Vir obediens loquetur victoriam*[2]*;* nisi enim Deo paruerint per obsequium in Ecclesiae ducem, nec divinam sibi conciliabunt opem, et frustra contendent.

[1] Iob. **XXXI,** 12.
[2] Prov. **XXI,** 28.

Ad haec omnia vero - ut eum, quem exspectamus, exitum habeant - nostis, venerabiles Fratres, illorum necessariam esse prudentem sedulamque operam, quos Christus Dominus *operarios in messem suam* misit, id est clericorum. — Quare intelligitis praecipuam vestram curam in hoc debere versari, ut et qui apud vos de sacro ordine iam sunt, in eis consentaneam sanctimoniam foveatis, et qui sunt alumni sacrorum, eos optimis institutis praeceptisque ad munus tam sanctum rite conformetis. Id vos ut quam diligentissime facere velitis - tametsi vestra diligentia hortatione non indiget - hortamur atque etiam obsecramus. Bes enim eiusmodi agitur, ut nulla sit maioris momenti ad Ecclesiae bonum: qua de re, cum decessores Nostri fel. rec. Leo XIII et Pius X egerint data opera, Nos hic plura dicere non habemus. Tantum rogamus, ut illa Pontificum sapientissimorum acta, praesertim Piana *Exhortatio ad Clerum,* suadentibus atque instantibus vobis, ne unquam obruantur oblivione, sed studiosissime observentur.

Unum tamen est, quod praeteriri silentio non debet : quotquot enim sunt sacerdotes, omnes, uti filios Nobis penitus dilectos, volumus admonitos, quam plane opus sit, cum ad propriam ipsorum salutem, tum ad sacri ministerii fructum, eos quidem suo quemque Episcopo coniunctissimos esse, atque obsequentissimos. Profecto ab illa elatione animi et contumacia, quae horum est temporum, non omnes, ut supra deploravimus, vacant administri sacrorum; neque enim raro contingit Pastoribus Ecclesiae, ut dolorem et impugnationem inde inveniant, unde solatium et adiumentum iure exspectarint. Iam vero qui tam misere officium deserant, etiam atque etiam recogitent, divinam esse eorum auctoritatem, quos *Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei* \ ac si, ut vidimus, Deo resistunt, quicumque potestati cuivis legitimae resistunt, multo magis impie eos facere, qui Episcopis, quos Deus suae potestatis sigillo consecraverit, parere abnuant. *Cum caritas,* ita Ignatius Martyr, *non sinat me tacere de vobis, propterea anteverti vos admonere,*

[1] Act. xx, 28.

*ut unanimi sitis in sententia Dei. Etenim Iesus Christus, inseparabilis nostra vita, sententia Patris est, ut et Episcopi, per tractus terrae constituti, in sententia Patris sunt. Unde decet vos in Episcopi sententiam concurrere*[1]. Quemadmodum autem Martyr illustris, ita omnes, quotquot fuerunt, Patres et Doctores Ecclesiae locuti sunt. — Ad haec, nimis grave, propter difficultates quoque temporum, sacri Pastores ferunt onus; graviore etiam in sollicitudine sunt de gregis concrediti salute : *Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri*[2]. Nonne cmdeles dicendi sunt, qui eis, obsequium debitum recusando, id oneris, id sollicitudinis augent ? *Hoc enim non expedit vobis*[3], diceret istis Apostolus: idque propterea quia *Ecclesia est plebs sacerdoti adunata, et pastori suo grex adhaerens*[4]; ex quo sequitur, cum Ecclesia non esse, qui cum Episcopo non sit.

Et nunc, venerabiles Fratres,, in harum exitu litterarum, sponte redit animus ad illud, unde initium scribendi fecimus; atque huius calamitosissimi belli finem, tum societati hominum, tum Ecclesiae, iterum omnibus precibus imploramus; hominum quidem societati, ut, reconciliata cum fuerit pax, in omni civili et humano cultu vere progrediatur : Ecclesiae autem Iesu Christi, ut, nullis iam impedimentis retardata, pergat in quavis ora ac parte terrarum opem et salutem hominibus afferre. — Ecclesia sane iam multo diutius non ea, qua opus habet, plena libertate fruitur; scilicet ex quo caput eius Pontifex Eomanus illo coepit carere praesidio, quod, divinae providentiae nutu, labentibus saeculis nactus erat ad eamdem tuendam libertatem. Hoc autem sublato praesidio, non levis catholicorum turbatio, quod necesse erat fieri, secuta est : quicumque enim Romani Pontificis se filios profitentur, omnes, et qui prope sunt et qui procul, iure optimo exigunt ut nequeat dubitari, quin communis

[1] In Epist, *ad Ephes.,* III.
[2] Hebr. xui, 17.
[3] Ibid. 17.
[4] S. Cypr. « Florentio cui et Puppiano ep. 66 (al. 69) ».

ipsorum Parens in administratione Apostolici muneris vere sit et prorsus appareat ab omni humana potestate liber. Itaque magnopere exoptantes ut pacem quamprimum gentes inter se componant, exoptamus etiam ut Ecclesiae Caput in hac desinat absona conditione versari, quae ipsi tranquillitati populorum, non uno nomine, vehementer nocet. Hac igitur super re, quas Decessores Nostri pluries expostulationes fecerunt, non quidem humanis rationibus, sed officii sanctitate adducti, ut videlicet iura ac dignitatem Sedis Apostolicae defenderent, easdem Nos iisdem de causis hic renovamus.

Restat, venerabiles Fratres, ut, quoniam principum eorumque omnium, qui possunt vel atro citati vel incommoditati rerum, quas memoravimus, finem imponere, in manu Dei sunt voluntates, ad Deum suppliciter attollamus vocem, atque, universi generis humani nomine, clamemus : « Da pacem, Domine, in « diebus nostris ». Qui de se dixit: *Ego Dominus... faciens pacem*[1], Ipse tempestatum Auctus, quibus et civilis et religiosa societas iactatur, nostris conversus precibus ad benignitatem, sedare celeriter velit. Adsit nobis propitia Virgo beatissima, quae ipsum genuit *Principem pacis;* ac Nostrae humilitatem Personae, Pontificale ministerium Nostrum, Ecclesiam atque adeo omnium animas hominum, divino Filii sui sanguine redemptas, in maternam suam fidem tutelamque recipiat.

Auspicem caelestium munerum ac testem benevolentiae Nostrae, vobis, venerabiles Fratres, vestroque clero et populo apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die festo Sanctorum omnium, i Novembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

[1] Isai. **XLV,** 6-7.

BENEDICTUS PP. XV

t

# EPISTOLA

AD **R. P. D. PASCHALEM MORGANTI, ARCHIEPISCOPUM** RAVBNNATBNSIUM ET **CERVIENSrUM EPISCOPUM, DE SOLEMNIIS SAECULARIBUS DIVO ALIG-HERIO PARANDIS.**

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Nobis, ad catholicam gubernandam Ecclesiam, quamquam immeritis, ab aeterno eiusdem Auctore nuper vocatis, devotionis observantiaeque testimonium exhibere voluisti, nomine etiam coetus qui saecularibus fsollemriiis in honorem divi Aligherii parandis operam navat, sexto iam proxime exeunte saeculo ex quo clarissimum illud poëtarum iubar in ista pervetusta civitate exstinctum est. Hoc nimirum venerationis pietatisque erga Nos argumentum postulat ut animi Nostri haud mediocrem, officiosissimis litteris tuis partam, iucunditatem significemus tibique ceterisque eiusdem coetus viris gratias quam plurimas persolvamus. Quod autem ad inceptum nobile vestrum spectat, animadvertamus in primis oportet, illustres Decessores Nostros, quorum vestigia prosequi nitimur, ingenuarum artium litterarumque patronos semper exstitisse, eosdemque promeritis laudibus atque honoribus eximios cumulasse viros, qui celeritate ingenii studiorumque copia et suae ipsorum aetati gloriam pepererunt et nomen suum aeternitati commendarunt.

Quorum profecto in numero Aligherius habendus est,, cui quidem, cum ab Homero illo antiquissimae aetatis discesserimus, haud scimus an nemo ex vatibus comparari possit. Sed praeterea, id quod est etiam maius, peculiaris quaedam ratio accedit cur memore gratulatione summaque celebritate saecularia eius sollemnia nobis recolenda censeamus: quandoquidem Aligherius noster est. Etenim Florentinus poeta, ut neminem fugit, studium naturae cum religionis studio coniunxit, mentemque suam praeceptis ex ¡intima fide catholica haustis conformavi!, animumque altioribus ac purioribus humanitatis et iustitiae sensibus enutrivit. Quod si, exilii acerbitatibus atque aerumnis afflictus partiumque studiis impulsus, ab aequitate iudicii aliquando discedere visus est, numquam tamen evenit ut a christianae doctrinae veritatibus ipse deflecteret. Quis autem infitiabitur ingenii flammam virtutesque poëticam catholicae fidei afflatu Dantem nostrum usque adeo aluisse ac roborasse, ut mysteria religionis augustissima prope divino carmine cecinerit? Nemo est igitur quin videat grata recordatione atque summa honoris significatione

catholicis universis, qua patet orbis terrarum, tantum nomen esse celebrandum. Quam vero Nobis aperuisti obsequii formam, a coetu quem supra memoravimus constitutam ad sexies saecularem Aligherii excessum apte catholicis commemorandum, ea quidem huiusmodi est, ut dignior nulla prorsus videatur. Etenim ad poetae memoriam rite cohonestandam, cuius tanta fuit carminis excellentia ut divinus appellari ipse promeruerit, quique versibus nec prius nec postea auditis altissimas fidei veritates tradidit, quid magis consentaneum esse potest quam ut templum restituatur atque affabre condecoretur, ubi extremis vitae suae temporibus animam Deo levavit, ubi illius funeri iusta facta sunt, ubi gloriosissimae eius reliquiae in pace requiescunt ? Duplici igitur de causa, ea, quam statuistis praeconii honorisque formam, summopere Nobis probatur ; quum enim arcto vinculo sit catholicae fidei coniuncta, non modo viris catholicis eadem est quam maxime accomodata, sed immortalis poetae religioni optime respondet. Quam ob rem vota ex animo suscipimus ut inter catholicos universos, etiam ex longe disiunctis orbis regionibus, in celebranda excelsi vatis memoria, nobile quoddam ac generosum certamen exoriatur, quod et christianum nomen addeceat et non interituro poeta dignum evadat. Ad Nos autem quod pertinet, ut summa, qua par est, amplitudine sollemnia Aligheriana instruantur, cogitatili et incepto vestro Nostram deesse nolumus commendationem, quam etiam a decessore Nostro Pio PP. X, felicis recordationis, iam dudum habuistis. At praeterea cum Nobis in animo sit stipem Nostram, pro Sedis Apostolicae conditionibus, conferre ad sancti Francisci aedem restituendam, ut ipsa ad antiquam formae dignitatem reddita et pristina arte renidens augustior fiat cineribusque tanti hominis dignior efficiatur, decem millia nummum italicorum eroganda statuimus eademque tibi mittenda curavimus. Interea supernorum munerum conciliatricem Nostraeque benevolentiae testem tibi, venerabilis Frater, clero ac fidelibus omnibus tuae curae commissis apostolicam benedictionem perauianter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvin octobris anno MCMXIV, Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTUS PP. XV

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

13 *novembre 1914.* — L'Emo signor cardinale Pietro Gasparri, Segretario di Stato di S. S., *Membro della suprema sacra Congregazione del sani'Offizio.*

— L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore della primaria Associazione Cattolica artistica ed operaia di Carità reciproca in Roma.*

— Mons. Guglielmo Sebastianeiii, decano della- sacra Romana Rota, e Mons. Federico Tedeschini, sostituto della Segreteria di Stato, *Consultori della suprema sacra Congregazione del sani' Offizio.*

— Mons. Domenico Sbarretti, arcivescovo tit. di Efeso e assessore della suprema sacra Congregazione del sant' Offizio, *Consultore della sacra Congregazione, dei Riti.*

— Mons. prof. can. Giuseppe Palica, Mons. prof. Salvatore Luzio e il Rmo prof. Giacomo Sole, *Consultori della sacra Congregazione del Concilio.*

*17 novembre.* — L'Emo sig. cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore del monastero di Maria Ssma dei Sette Dolori.*

Annus VI. - Vol. VI. Die 25 Novembris 1914. Num. 19

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA BENEDICTI PP. XV

## LITTERAE ENCYCLICAE

« AD BEATISSIMI APOSTOLORUM PRINCIPIS », DIEI 1 NOVEMBRIS 1914

## VERSIONES AUTHENTICAE

I

AI VENERABILI FRATELLI I PATRIARCHI, PRIMATI, ARCIVESCOVI, VESCOVI ED AGLI ALTRI ORDINARI AVENTI PACE E COMUNIONE CON LA SEDE APOSTOLICA.

BENEDETTO PP. XV

VENERABILI FRATELLI SALUTE ED APOSTOLICA BENEDIZIONE

Non appena per gl'inscrutabili consigli della Provvidenza divina fummo chiamati, senza alcun Nostro merito, ad assiderci sulla Cattedra del beatissimo Principe degli Apostoli, Noi, ascoltando come diretta alla Nostra Persona quella istessa voce che il Nostro Signor Gesù Cristo rivolgeva a Pietro: *Pasce agnos meos, pasce oves meas,*[1] immediatamente rivolgemmo uno sguardo di inesprimibile affetto al gregge che veniva affidato alla Nostra cura: gregge veramente immenso, perchè abbraccia, quali per un aspetto, quali per un altro, tutti gli uomini. Tutti infatti, quanti essi sono, furono liberati dalla servitù del peccato da Gesù Cristo, che per loro offrì il prezzo del suo Sangue; nè v'ha

[1] Ioan., XXI, 15-17.

alcuno che sia escluso dai vantaggi di questa redenzione. Onde può ben dire il divino Pastore che, mentre una parte dell'uman genere la tiene di già avventuratamente accolta nell'ovile della Chiesa, l'altra Egli ve la sospingerà dolcemente: *Et alias oves habeo, quae non sunt ex' hòc ovili ; et illas oportet me adducere et vocem meam audient.*[1]

Lo confessiamo, venerabili Fratelli: il primo sentimento che abbiamo provato nell'animo, e che vi fu acceso di sicuro dalla divina bontà, è stato un incredibile palpito di affetto e di desiderio per la salvezza di tutti gii uomini; e nell'assumere il Pontificato Noi concepimmo quel medesimo voto che Gesù Cristo espresse già presso a morire sulla Croce : *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.*[2] Quindi è che allorquando da questa altezza della Apostolica dignità potemmo contemplare con un solo sguardo il corso degli umani avvenimenti e ci vedemmo dinanzi la miseranda condizione della civile società, Noi ne provammo davvero uu acuto dolore. E come sarebbe potuto accadere, che, divenuti Noi Padre di tutti gli uomini, non ci sentissimo straziare il cuore allo spettacolo che presenta l'Europa e con essa tutto il mondo, spettacolo il più tetro forse ed il più luttuoso nella storia dei tempi? Sembrano davvero giunti quei giorni, dei quali Gesù Cristo predisse: *Audituri estis praelia et opiniones praeliorum... Gonsurget enim gens in gentem et regnum in regnum.*[3] 11 tremendo fantasma della guerra domina dappertutto, e non v'è quasi altro pensiero che occupi ora le menti. Nazioni grandi e fìorentissime sono là sui campi di battaglia. Qual meraviglia perciò, se ben fornite, come sono, di quegli orribili mezzi che il progresso dell'arte militare ha inventati, si azzuffano in gigantesche carneficine ? Nessun limite alle rovine, nessuno alle stragi: ogni giorno la terra ridonda di nuovo sangue e si ricopre di morti e feriti. E chi direbbe che tali genti, l'una contro l'altra armata, discendono da uno stesso progenitore, che sian tutte della istessa natura e parti tutte d'una medesima società umana? Chi li ravviserebbe fratelli, figli di un unico Padre, che è nei cieli ? E intanto, mentre da una parte e dall'altra si combatte con eserciti sterminati, le nazioni, le famiglie, gli individui gemono nei dolori e nelle miserie pedisseque della guerra; si moltiplica a dismisura, di giorno in giorno, la schiera delle vedove e degli orfani ; languiscono, per le interrotte comunicazioni, i commerci, i campi sono abbandonati, sospese le arti, i ricchi nelle angustie, i poveri nello squallore, tutti nel lutto.

[1] Ioan., X, 16.
[2] Id., XVII, 11.
[3] Matth., XXIV, 6, 7.

Commossi da mali così gravi Noi, fin dalla soglia dèi sommo Pontificato, ritenemmo Nostro dovere di raccogliere le ùltime parole uscite dal labbro del Nostro Predecessore, Pontefice di illustre e così santa memoria, e di dar principio al Nostro Apostolico ministero col tornare a pronunziarle : e così caldamente scongiurammo e Principi e Governanti aftinché, considerando quante mai lagrime e quanto sangue sono stati versati, s'affrettassero a ridare, ai loro popoli i vitali benefici della pace. Deh, ci conceda Iddio misericordioso che, come ali'apparire del Redentore divino sulla terra, così all'iniziarsi del Nostro ufficio di Vicario di Lui, risuoni l'angelica voce annunziatrice di pace: In *terra pax hominibus bonae voluntatis.*[1] E l'ascoltino, li preghiamo, l'ascoltino questa voce coloro che hanno nelle loro mani i destini dei popoli. Altre vie certamente vi sono, vi sono altre maniere, onde i lesi diritti possano avere ragione: a queste, deposte intanto le armi, essi ricorrano, sinceramente animati da retta coscienza e da animi volonterosi. È la carità verso di loro e verso tutte le nazioni che così Ci fa parlare, non già il Nostro interesse. Non permettano dunque che cada nel vuoto la Nostra voce di padre e di amico.

Ma non è soltanto l'attuale sanguinosa guerra che funesti le nazioni e a Noi amareggi e travagli lo spirito. Evvi un'altra furibonda guerra, che rode le viscere della odierna società: guerra che spaventa ogni persona di buon senso, perchè, mentre ha accumulato ed accumulerà anche per l'avvenire tante rovine sulle nazioni, deve anche ritenersi essa medesima la vera origine della presente luttuosissima lotta. Invero, da quando si è lasciato di osservare nell'ordinamento statale le norme e le pratiche della cristiana saggezza, le quali guarentivano esse sole la stabilità e la quiete delle istituzioni, gli Stati hanno cominciato necessariamente a vacillare nelle loro basi, e ne è seguito nelle idee e nei costumi tale un cambiamento che, se Iddio presto non provvede, sembra già imminente lo sfacelo dell'umano consorzio. I disordini che scorgiamo, sono questi: la mancanza di mutuo amore fra gli uomini; il disprezzo dell'autorità; l'ingiustizia dei rapporti fra le varie classi sociali; il bene materiale fatto unico obbiettivo dell'attività dell'uomo, come se non vi fossero altri beni, e molto migliori, da raggiungere. Son questi, a Nostro parere, i quattro fattori della lotta, che mette così gravemente a soqquadro il mondo. Bisogna dunque diligentemente adoperarsi a tórre di mezzo tali disordini, richiamando in vigore i principi del Cri-

[1] Luc, II, 14.

stianesimo, se si ha veramente intenzione di sedare ogni conflitto e di mettere in assetto la società.

Gesù Cristo, disceso dal cielo appunto per questo fine di ripristinare fra gli uomini il regno della pace rovesciato dall'odio di Satana, non altro fondamento volle porvi che quello dell'amore fraterno. Quindi quelle sue parole tanto spesso ripetute: *Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem;*[1] *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem;*[1]* *Haec mando vobis, ut diligatis invicem;*[3] quasi che tutta la sua missione ed il suo compito qui si restringessero, a far sì che gli uomini si amassero scambievolmente. E quale forza d'argomenti non adoperò per condurci a questo amore? Guardate in alto, ci disse: *Unus est enim Pater vester qui in caelis est.*[4] A tutti, senza che per lui possa per nulla contare la diversità di nazioni, la differenza di lingue, la contrarietà d'interessi, a tutti pone sul labbro la stessa preghiera: *Pater noster qui es in caelis;*[5] ci assicura anzi che questo Padre celeste, neh" effondere i suoi benefici, non fa distinzione neppure di meriti: *Qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos.*[6] Dichiara inoltre che noi siamo tutti fratelli: *Omnes autem vos fratres estis;*[1] e fratelli a lui stesso: *Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.*[8] Poi, cosa che vale assaissimo a stimolarci all' amore fraterno anche verso di quelli che la nativa nostra superbia disprezza, giunse sino ad identificarsi col più meschino degli uomini, nel quale vuole si ravvisi la dignità della sua stessa persona: *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.*[9] Che più? Sul punto di lasciare la vita, pregò intensamente il Padre affinchè tutti coloro che avessero creduto in lui, fossero per il vincolo della carità una cosa sola fra loro: *Sicut tu, Pater, in me, et ego in te.*[10] E finalmente, confìtto sulla croce, tutto il suo Sangue riversò su di noi, onde, plasmati quasi e formati in un corpo solo, ci amassimo scambievolmente con la forza di quel medesimo amore che l'uri membro porta all'altro in uno stesso corpo.

[1] Ioan., XIII, 34.
[2] Id., XV, ***Vi.***
Id., XV, 17.
[4] Matth., XXIII, 9.
[5] Id., VI, 9.
[6] Id., V, 45.
[7] Id., V, 45.
[8] *Born,* VIII, 29.
[9] Matth., XXV, 40.
[10] Ioan., XXVII, 2!.

Ma, purtroppo, oggigiorno diversamente si comportano gli uomini. Mai forse più di oggi si parlò di umana fratellanza: si pretende anzi, dimenticando le parole del Vangelo e l'opera di Cristo e della sua Chiesa, che questo zelo di fraternità sia uno dei parti più preziosi della moderna civiltà. La verità però è questa, che mai tanto si disconobbe la umana fratellanza quanto ai giorni che corrono. Gli odi di razza sono portati al parossismo; più che da confini, i popoli sono divisi da rancori; in seno ad una stessa nazione e fra le mura di una città medesima ardono di mutuo livore le classi dei cittadini, e fra gli individui tutto si regola con l'egoismo, fatto legge suprema.

Vedete, venerabili Fratelli, quanto sia necessario fare ogni sforzo perchè la carità di Cristo torni a dominare fra gli uomini. Questo sarà sempre il Nostro obbiettivo e questa l'impresa speciale del Nostro Pontificato. Questo sia pure, ve ne esortiamo, il vostro studio. Non ci stanchiamo d'inculcare negli animi e di attuare il detto dell'Apostolo san Giovanni: *Ut diligamus alterutrum.*[1] Sono belle, per fermo, sono commendevoli le pie istituzioni, di cui abbondano i nostri tempi; ma allora solo produrranno un reale vantaggio, quando contribuiranno in qualche modo a fomentare nei cuori l'amore di Dio e del prossimo; diversamente, non hanno valore, perchè *qui non diligit, manet in morte.*[2]

Abbiamo detto che un'altra cagione dello scompiglio sociale consiste in questo, che generalmente non è più rispettata l'autorità di chi comanda. Imperocché dal giorno che ogni potere umano si volle emancipato da Dio, creatore e padrone dell'universo, e lo si volle originato dalla libera volontà degli uomini, i vincoli intercedenti fra superiori e sudditi si andarono rallentando talmente da sembrare ormai che siano quasi spariti. Uno sfrenato spirito di indipendenza, unito ad orgoglio, si è a mano a mano infiltrato per ogni dove, non risparmiando neppure la famiglia, ove il potere chiarissimamente germina dalla natura; ed anzi, ciò che è più deplorevole, non sempre si è arrestato alle soglie del Santuario. Di qui il disprezzo delle leggi; di qui la insubordinazione delle masse; di qui la petulante critica di quanto l'autorità disponga; di qui i mille modi escogitati a fin di rendere inefficace la forza del potere; di qui gli spaventevoli delitti di coloro che, facendo professione di anarchia, non si peritano di attentare così agli averi come alla vita altrui.

[1] I Ioan., ni, 23.
[2] Id., ibid., 14.

Di fronte a questa mostruosità del pensare e dell'agire, deleteria di ogni esistenza sociale, Noi, costituiti da Dio custodi della verità, non possiamo non alzare la voce, e ricordiamo ai popoli quella dottrina che nessun placito umano può mutare: *Non est potestas nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. i* Ogni potere adunque che si esercita sulla terra, sia esso di sovrano, sia di autorità subalterne, ha Dio per origine. Dal che S. Paolo deduce il dovere di ottemperare, non già in qualsivoglia maniera, ma per coscienza, ai comandi di chi è investito del potere, salvo il caso in cui si oppongano alle leggi divine: *Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.*^ E conformemente a questi precetti di S. Paolo, insegna pure lo stesso Principe degli Apostoli: *Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum; sive regi quasi praecellenti: sive ducibus, tamquam ab eo missis.*[3] Dalla qual premessa il medesimo Apostolo delle Genti inferisce che chi si ribella alle legittime potestà umane, si ribella a Dio ed incorre nell'eterna dannazione: *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi damnationem acquirunt.*[4]

Rammentino questo i Principi e i Reggitori dei popoli, e vedano se sia sapiente e salutevole consiglio, per i pubblici poteri e per gli Stati, il far divorzio dalla Religione santa di Cristo, che e sostegno [così potente della autorità. Riflettano bene se sia misura di saggia politica il volere sbandita dal pubblico insegnamento la dottrinarle! Vangelo e della Chiesa. Una funesta esperienza dimostra che ivi l'autorità umana è disprezzata, donde esula la religione. Succede infatti alle società, quello stesso che accadde al nostro primo padre, dopo d'aver mancato. Come in lui, appena la volontà si fu ribellata a Dio, le passioni si sfrenarono e disconobbero l'impero della volontà; così, allorquando chi regge i popoli disprezza l'autorità divina, i popoli a loro volta scherniscono l'autorità umana. Rimane certo il solito espediente di ricorrere alla violenza per soffocare le ribellioni: ma a che pro? La violenza reprime i corpi, non trionfa della volontà.

Tolto dunque o indebolito il doppio elemento di coesione di ogni corpo sociale, l'unione cioè dei membri fra loro per la carità vicendevole e l'unione dei membri stessi col capo per la soggezione all'autorità, qual meraviglia, o venerabili Fratelli, che la società odierna ci si pre-

[1] *Born.*, XIII, 1.
[2] Ibid., 5.
[3] I Petr., ii, 13-14.
* *Born.*, XIII, 2.

senti divisa come in due grandi armate che fra loro lottino ferocemente e senza posa? Di fronte a coloro ai quali o concesse fortuna o l'attività propria apportò una qualche abbondanza di beni, stanno i proletari e i lavoratori, accesi d'odio e d'invidia, perchè, mentre partecipano degli stessi costitutivi essenziali, pur non si trovano nella medesima condizione di quelli. Naturalmente, infatuati come sono dagli inganni dei sobillatori, ai cui cenni si mostrano d'ordinario docilissimi, chi potrebbe loro persuadere come dall'essere gli uomini uguali per natura, non segua che tutti debbano occupare uno stesso grado nel consorzio sociale, ma che ognuno ha quella posizione che con le sue doti, non contrariate dalle circostanze, si sia procacciata? Per il che, quando i poveri lottano coi facoltosi, quasi che questi si siano impadroniti d'una porzione di beni altrui, non soltanto offendono la giustizia e la carità, ma anche la ragione, specialmente perchè anch'essi, se volessero, potrebbero con lo sforzo di onorato lavoro riuscire a migliorare la propria condizione.

*A* quali conseguenze, non meno disastrose per gli individui che per la società, meni quest'odio di classe, è superfluo il dirlo. Tutti vediamo e lamentiamo la frequenza degli scioperi, per i quali di subito si produce l'arresto della vita cittadina e nazionale nelle operazioni più necessarie: parimenti le minacciose sommosse e i tumulti, in cui spesso avviene che si dà mano alle armi e si fa correre il sangue.

administrant, optimates, episcopos, sacerdotes, populum universum talia perpeti, quae cuiusvis animi ad pietatem informati, Nostrique in primis peculiari paterna caritate flagrantis, miserationem commoveant. Nobis igitur, qui moerore angimur et luctu, nihil esset antiquius quam tot tristissimorum eventuum tandem conspicere finem. Quem utinam properet misericors Deus ! interim tantas lenire aegritudines Nos quidem pro viribus contendimus; ideoque illud Nobis summopere placuit et publica gratulatione prosecuti sumus, dilectum Filium Nostrum cardinalem de Hartmann, Coloniensium archiepiscopum, impetrasse ut ex captivis in Germania degentibus, tum Gallicis tum Belgicis, quotquot invenirentur presbyteri haud aliter quam praefecti militum tractarentur. Quod verum ad Belgicam potissimum attinet, proximis hisce diebus Nobis allatum est fideles nationis eiusdem in tanta rerum perturbatione non desinere oculos animosque ad Nos convertere pios, eosdemque, sint quamvis licet calamitatibus obruti, id sibi propositum habere ad sublevandas Apostolicae Sedis necessitates, non secus ac superioribus annis, gravissimis etiam his tempestatibus Petrianam colligere stipem. Quod profecto pietatis caritatisque erga Nos singulare testimonium et summo opere admiramur et ea, qua par est, benevolentia gratoque animo, complectimur. Sed gravem aerumnosamque condicionem considerantes in qua dilecti filii misere versantur, animum nullo modo inducere possumus ut eorum proposito, quamvis nobilissimo, obsecundemus; stipem vero, si qua corrogari potuerit, in auxilium volumus impeudi populi Belgici tam miseratione digni quam nobilitate ac religione conspicui. In iis autem, quibus isti dilecti Nobis filii opprimuntur difficultatibus et angoribus, eorum animos illud recreet, quod neque *abbreviata est manus Domini ut salvare nequeat, neque aggravata est auris eius ut non exaudiat.* In spem, vero, divini auxilii ipsa eos proximorum dierum erigat ratio, quibus Domini natalem diem celebrabimus pacemque recolemus quam Deus per Angelos suos hominibus nuntiavit. Eorum quoque aegros lugentesque animos reficiat ac soletur paternae dilectionis Nostrae testimonium, qua Deum enixe deprecamur ut universae Belgicae nationis misereatur eidemque omnium bonorum copiam volens propitius effundat. Quorum auspex apostolica sit benedictio, quam omnibus et singulis, tibique in primis, dilecte Fili Noster, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die Dominae nostrae Mariae labis nesciae sacro, anno MCMXIV, Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTUS PP. XV

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

## DECRETUM

SEU DECLARATIO ET INDULTUM CIRCA INDULGENTIAS SODALITATIBUS LECTIONI S. EVANGELII PROVEHENDAE CONCESSAS.

*Die 26 novembris 1914.*

Ssmus D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, precibus Emi ac Revmi domini Petri Cardinalis Maffi benigne annuens, declarare dignatus est, ad lucrandas Indulgentias sodalitatibus lectioni S. Evangelii provehendae, a s. m. Pio Pp. X die 23 aprilis currentis anni tributas, non esse necessarium ut fideles adscribantur sodalitio exsistenti in loco vel dioecesi in qua degunt, sed sufficere ut dent nomen cuicumque libuerit, ex iis quae canonice a Revmis Ordinariis erectae sunt. Quo vero facilius valeant sodales Indulgentiarum participes fieri, clementer indulsit ut visitatio praescripta in ecclesiis seu sacellis, quae ad sodalitates eiusmodi pertineant, peragi possit in qualibet ecclesia vel publico oratorio; salvo iure eorum, qui vitam communem agunt, iuxta Decretum huius S. Congregationis, d. d. 14 ianuarii 1909. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. ^ S.

f Donatus, Archiep. Epliesin., *Adsessor.*

# S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## DECLARATIO

### CIRCA DECRETUM SACRAE CONGREGATIONIS CONSISTORIALIS DE SACERDOTIBUS IN CERTAS QUASDAM REGIONES DEMIGRANTIBUS DIEI 25 MARTII 1914.

Quaerentibus nonnullis Ordinariis, utrum vim praecepti habeant verba enunciati decreti, art. 4, commate altero: «qui (Episcopi) rem *« déférant* ad hanc sacram Congregationem », eadem sacra Congregatio respondere censuit affirmative, ita ut verbum *deferant* aequivaleat verbis *deferre debent.*

Datum Romae, ex aedibus sacrae Congregationis Consistorialis, die 22 novembris 1914.

^ C. CARD. DE LAI, Episcopus Sabinensis, *Secretarius.*

L. ^ S.

Sac. P. Pisani, *Substitutus pro Emigr.*

# S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## I

## CONFIRMATIO

Brevi apostolico confirmatus est:

13 octobris 1914. — *Abbas S. Mauritii Agaunensis,* R. D. Iosepk Mariétan, e canonicis regularibus S. Augustini, qui etiam nominatur *episcopus tit. ecclesiae Bethlemitanae.*

II

NOMINATIONES

Decretis S. Congregationis de Propaganda Fide nominati sunt:

15 septembris 1914. — *Administrator Apostolicus vicariatus apostolici Kimberlien.*, R. P. D. Carolus Cox, episcopus tit. Dioclensis et vicarius apostolicus Transvaalensis.

6 novembris. — *Praefectus Apostolicus Novae Guineae Hollandicam,* R. P. Henricus Nollen, e Congregatione Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

## DECRETUM

**ADPROBATIONI^ BREVIARII TYPICI VATICANI**

Cum pontificia Commissio per chirographum Ssmi D. N. Pii PP. X die 2 iulii 1911 instituta ad novum Psalterii ordinem in Breviario Romano disponendum et retractandas congruenter eidem ordini Rubricas, ipsi Ssmo Domino nostro retulerit in Vaticana editione Breviarii Romani, quae uno volumine continetur, esse omnia disposita et impressa ad normam Bullae *Divino afflatu* et Motuproprio *Abhinc duos annos* ac consequendum Decretorum, sacra Rituum Congregatio, de mandato sanctissimi Domini nostri, ipsam editionem uti typicam habendam esse decernit, cui reliquae omnes editiones conformandae erunt quaeque in posterum prorsus immutata manebit, donec praesidio optimorum codicum et veterum monumentorum absolutis omnibus, quibus perficiendis longius tempus requiritur, nempe textu sacro recognito, lectionibus historicis emendatis hymnisque revisis, Patrum et Doctorum homiliis et sermonibus ad veram lectionem revocatis, extremam manum operi adponendara Sedes apostolica iusserit.

Ex Secretaria S. R. C, die 25 martii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. © S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

II

# DECRETUM

DB VI ADPROBAT TONIS OFFICIORUM QUAE IN PROPRIIS PARTICULARIBUS INSCRIBUNTUR.

Quum Rmi Ordinarii locorum et Moderatores Ordinum Regularium aliorumque Institutorum, obtenta adprobatione respectivi Kalendarii proprii vel Variationum seu Additionum particularium, ad normam decreti generalis S. R. G. diei 28 octobris 1913, etiam Propria Officiorum reformata ipsimet sacrae Congregationi examinanda et adprobanda subiecerat, sacra eadem Congregatio, pro Officiorum Propriis iam adprobatis vel in posterum adprobandis, necessarium et opportunum declarare censuit, prouti expresse declarat: Per huiusmodi adprobationem, praesertim Lectionum secundi nocturni, nullo modo intelligi ac dici posse diremptas quaestiones historicas circa res gestas, in eisdem Propriis et Lectionibus com memoratas, ac potissimum circa Sanctorum vel Beatorum, maxime antiquioris aevi, monachatum eorumque pertinentiam ad unum vel alium Ordinem. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 28 novembris 1914.

SCIPIO CARD. TECCHI, *Propraefectus.*

L. g* S.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO

## PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

UNICUIQUE SACERDOTI CONCEDITUR FACULTAS, PRAESENTI BELLO DURANTE, IN MILITUM UTILITATEM, SINGULIS SCAPULARIUM BENEDICTIONIBUS NUMISMATA DITANDI.

*Ex audientia Ssmi, die 10 novembris 1914.*

Pius f. r. Papa X, annuens precibus quas Eidem obtulerat R. P. Norbertus Monjaux, O. F. M., rector Instituti sacris scapularibus inter milites propagandis, rescripto, die 22 martii anno 1912 a Secretaria Status dato,

benigne concessit ut omnes milites ex copiis terrestribus et maritimis, sub armis constituti, pro lubitu possent legitime, quovis tempore, sacris scapularibus adscribi eisque definitive adscripti permanere atque adnexas indulgentias et gratias lucrari, ea tantum conditione, ut metallicunt numisma, supremae S. Congregationis S. Officii decreto diei 16 decembris 1910[1] praescriptum riteque benedictum, déferrent, nec tamen prius scapularia ex panno, uti par est, recipiendi lege tenerentur.

Cum autem ab eodem pii Operis rectore S. Sedi nunc nuntiatum sit ingentem sane militum numerum quam plurimi facere spirituale numismatis illius gestandi beneficium, idque vehementer optare, nec ipsis pro rei necessitate praesto esse sacerdotes qui facultatibus-singulas scapularium benedictiones numismati attribuendi polleant, Ssmus Dominus noster Benedictus divina providentia Papa XV, referente me infrascripto sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae Secretario, ad eosdem milites in optimo proposito confirmandos, ad ferventiores in iis excitandos pietatis sensus, atque etiam ad favores omne genus sacratissimi Cordis Iesu et beatissimae Virginis ipsis hoc miserrimo tempore conciliandos, benigne indulgere dignatus est ut omnes, sacerdotes ex utroque clero, licet nondum ad confessiones adprobati, in utilitatem militum cuiusvis gradus, qui e nationibus sint bellum gerentibus, usque dum hoc idem bellum ardeat, singulis scapularium benedictionibus ditandi praescripta a S. Officio numismata plenam habeant facultatem, eaque libere omnino uti possint ac valeant.

Contrariis quibuslibet, iis nominatim quae statuta sunt in Motu Proprio diei 7 aprilis anno 1910, minime obfuturis.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Secretarius.*

[1] Cfr. *Acta Apostolicae Sedis,* Vol. III, pag. 22-23.

# SACRA ROMANA ROTA

## I

## AVENIONEN.

### NULLITATIS MATRIMONII (BOTOLI-BUSSE)

*Pio Papa X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die 6 iulii 1914, RR. PP. DD. Aloisius Sincero,* Ponens, *Iosephus Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Avenionen. - Nullitatis matrimonii, *inter* Magdalenam Bosse, *repraesentatam per legitimum procuratorem sac. Albertum Colomb, advocatum, et* Antonium Bujoli, *interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Magdalena Bosse, viginti et sex annos nata, matrimonium rite et recte celebravit cum Antonio Bujoli, die 27 mense februario, anno 1897. Quum matrimonium infelicem exitum habuisset, illud nullitatis Magdalena Bosse impugnavit, ex capite vis et metus, coram curia Avenionensi, atque sibi favorabilem sententiam latam die 3 mense novembri anno 1911 obtinuit.

Appellante vero ex officio Vinculi Defensore curiae Avenionensis, causa Nobis definienda venit sub consueto dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

*Ius quod spectat.* - Matrimonium ex metu gravi contractum, est iure positivo ecclesiastico irritum, si metus iniuste et directe ad matrimonium extorquendum incussus sit, nam necesse est, ut ubi assensus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. Cap. *Cum locum,* 14, *De Sponsalibus et matrimonio.*

Verum ut metus irritet matrimonium plures conditiones prae se ferre debet:

1) Metus enim debet esse gravis, seu cadens in constantem virum, debet nempe esse metus alicuius gravis mali vel secundum se seu absolute, vel saltem relative seu respectu personae cui metus incutitur. Pirhing, lib. 4, Decr., tit. 1, n. 100 *cum communi.*

2) Necesse est ut non vane leviterque, sed probabiliter et prudenter credatur illud malum imminere. Sánchez, lib. 4, *de Matr.,* disc. 1, n. 10

et seqq. disc. 3, n. % disc. 4, n. 3, etc. Requiritur igitur tum ex parte metum incutientis ut ipse sit potens exsequi minas, cum non sit viri constantis et fortis quibuscumque minis terreri ac trepidare ubi non est timor, atque solitus sit minas exsequi, secus si sit iactabundus et facilem iram deponens; tum ex parte metum patientis, ut non possit facile occurrere malis, quae sibi timet imminere: quia si posset alia ratione mederi nou est iustus metus. Sabelli, *Summa divers, tract.,* cap. *Metus,* n. 3, Schmalzgrueber, *Ius. Can.,* part. 5, tit. 40, n. 3, etc.

3) Praeter has conditiones, ut matrimonium ex gravi metu contractum sit irritum, requiritur ut metus sit incussus a causa extrinseca eaque libera, nempe ab homine, ut iniuste incussus sit, et ad eum finem incussus sit ut matrimonium contrahatur. Pirhing, cit. n. 10 ët seqq. *cum communi.*

Haec de metu in genere. Verum ratione causae extrinsecae a qua metus incutitur, metus distinguitur in *communem* seu *simplicem,* et *reverentialem,* prout specialis habitudo dependentiae intercedit inter metum incutieutem et metum patientem, vel non. Metus enim reverentialis dicitur ille quem auctoritate sui facit is in cuius potestate sumus : puta praelatus, dominus, tutor et, ex communiter contingentibus, pater aut mater. D'Ann., I, 138.

Distinguunt quoque canonistae metum communem et reverentialem ex diversitate mali quod timetur^ docentes metum reverentialem proprie dici, cum aliquis patris, domini etc. indignationem (quae profecto malum est) metuit, licet absint (quod tamen limitat Sánchez, *de matr.,* IV, VI, 7, 11, *1%* 13, 14) verbera aut minae. Si vero timeatur v. g. exheredatio, expulsio, etc., timor gravis simpliciter dicendus est. D'Annib. ib.

Offensam porro ab indignatione plerique distinguunt ut D'Annib., ib.: alii promiscue accipiunt, ut Pirhing, cit., n. 119. Et revera in con crelo eas distinguere perdifficile est: atque ad rei substantiam potius quam ad verborum significationem attendendum est. Inspiciendum igitur potissimum est, num filius ex sua inobedientia vereatur suis parentibus moerorem et dolorem tantum, an praeterea sibi aliquod malum.

Verum ut timor indignationis parentum valeat irritare matrimonium, necesse est ut prae se ferat omnes conditiones, quae ad metum in genere requiruntur, gravitatem praesertim. In primis igitur eam perpetuam vel diuturnam fore et non vane vel leviter sed prudenter existimandum est: secus grave malum profecto dici nequit. Praeterea debet esse malum grave vel secundum se, vel saltem respectu personae indignationem timentis.

Quae autem indignatio malum grave sit, nulla regula generali definiri potest. Metum gravem in genere canonistae dicunt metum mortis vel mutilationis membrorum, aut atrocium tormentorum, diuturni et perpetui carceris, exilii, amissionis maioris partis bonorum, etc. Licet autem haec enumeratio non taxative, ut aiunt, sed exemplificative accipienda sit, ab iis tamen exemplis penitus non discedendum est si de gravitate indignationis quaeratur: ut revera facit ipse Sánchez, *de matr.*, lib. 4, disp. 6, n. 14. Hinc non sufficit in causa nullitatis matrimonii, ut actor et testes affirment timorem perpetuae et gravis indignationis, nisi ea ex omnibus circumstantiis talis profecto et malum revera grave appareat.

Circumstantiae vero ex quibus iudex plerumque gravitatem metus reverentialis dimetiri valet, sunt vexationes, saevitiae, graves minae, preces importunae instantissimae saepiusque repetitae parentum.

Et quidem saevitiae et vexationes parentum, praesertim si graves et continuae sint, malum grave in se profecto sunt. Graves minae parentum, si parentes potentes sint et soliti exsequi minas, nec aliter filius aut filia iis occurrere valeat, satis probabilem inducunt metum alicuius gravis mali, vel saltem gravis et diuturnae indignationis parentum, Reiff., I, XL, n. 99, 100.

Preces vero importunae et molestae ex se solae non valent irritare matrimonium, nisi simul vexent et graviter opprimant filium aut filiam, et probabilem coniecturam inducant gravis et diuturnae indignationis parentum. Pirhing, ib. num. 119, Reiff., ib., n, 101. Quod potissimum diiudicandum est ex ingenio parentum et filiorum, et ex ratione vis inferendae. Instr, sacrae Congregationis S. Officii 20 iunii 1883, tit. VI, art. III.

Non desunt denique auctores qui generaliter doceant, eum qui aliquid revera facit coactus paterno imperio aut nimia reverentia, timore reverentiali illud fecisse dicendum esse, D'Annib., ib. Verum haec admittenda non sunt, nisi, concurrentibus aliis circumstantiis, imperium ipsum satis probabilem coniecturam inducat gravis mali, vel saltem perpetuae et gravis indignationis parentum; nam metus sine periculo alicuius damni non intelligitur, lib. 6, c. *De his quae vi*, etc.

Ut generaliter vero dicamus, metus est difficilis probationis, et iudicium de eius gravitate ac de ceteris conditionibus quae irritare valeant matrimonium prudenti arbitrio iudicis est relinquendum, Reiffenstuel, n. 77, 79 et sqq.

*Factum quod attinet.* - Actrix interrogata « Avez-vous subi de lá « part de vos parents d'autres pressions que des conseils, des raison- « nements, des instances plus ou moins pressantes? Y a-t-il eu mauvais

« traitements, violences de langage ou autres? Certains de ces faits « se sont ils passés devant témoins? » respondit: « Mes parents employè- « rent tous les moyens pour me déterminer à accepter Mr Bujoli. C'était, « disaient-ils, un bon parti, et qui devait me contenter de tous les « points. J'avais beau protester, on finit par ne plus même m'écouter « (j'étais une enfant, une folle, ne sachant ce que je faisais). Or ma mère « m'inspirait une très grande crainte, je tremblais devant elle, et je ne « songeais guère à lui résister: j'étais plus libre avec mon père, et à « la veille du mariage civil, je le pris à part, lui disant: "Je ne veux « pas de ce mariage: je déteste Mr Bujoli „. Mais mon père ne voulut « rien entendre. Je ne comptais pas plus pour lui, que pour ma mère, « à ce point de vue.

« Je voulus alors fair intervenir Mr Bruneon, cet ami de la famille « qui nous avait amené Mr Bujoli, et je lui dis: " C'est vous, qui l'avez « introduit dans la maison, je ne veux pas de lui. Je vous charge de le « déclarer à mes parents, je vous en donne la mission et vous en fais un « devoir de conscience „. Il s'acquitta de cette mission: mais mes parents « ne voulurent rien entendre encore. Du reste ma mère avait dit un « jour à une de ses amies intimes, que j'étais une de celles que l'on « marie, mais qui ne se marient pas ».

Iamvero actrix affirmat quidem suos parentes mediis omnibus usos esse ut ipsam inducerent ad matrimonium, sed quaenam fuerint in specie haec media non dicit: quin immo ex eius verbis: « c'était, disaient-ils, un « bon parti, et qui devait me contenter de tous points », coniiciendum potius esset haec media limites suasionum et cohortationum non excessisse.

Idque confirmatur ex depositione matris actricis. « Quant à mon « mari et à moi, testata est ipsa, j'avoue que nous avons tout fait pour « l'y décider. Nous voulions la marier afin d'assurer le plus tôt possible « son avenir. Car, ainsi que je l'ai dit, elle avait 26 ans. À cette fin j'ai « usé tour à tour des prières, des paroles dures et même blessantes, « disant qu'elle n'était pas digne de ce parti, qu'elle n'avait pas de « cœur, et qu'elle ne comprenait pas ce jeune homme. Rien de plus ».

Abfuerunt igitur vexationes, saevitiae et graves minae; sed precibus tantum contenderunt parentes ut animum filiae flecterent. Quod si mater actricis declarat has preces fuisse assiduas et molestas, finis tamen seu ratio non fuit aliqua ex matrimonio propriae domui utilitas aut decus obventurum, sed bonum et utilitas filiae ipsius: quare nemo prudens timere potuisset ex iis precibus et facti circumstantiis aliquod grave malum ex parte parentum, vel ipsorum perpetuam et gravem indignationem. Arg. ex cit. Decr. S. Congr. S. Officii, diei 20 iunii 1883.

Idque confirmatur quoque ex antecedentibus huic matrimonio. Nam Magdalena antea iam reiecerat tres viros, qui ipsam poposcerant in uxorem, quin parentes ullam vim ei intulissent.

Pater vero actricis in quadam sua epistola tempore non suspecto scripta haec professus est: « Madeleine a dit à madame Seguin qu'on « lui fait épouser Mr Bujoli de force. C'est un triste mensonge. Nounou .« était ici et elle pourra vous dire s'il y a eu quelque chose de forcé de « notre part. Jusqu'au moment de partir pour la mairie j'ai dit à Made- « leine: " Si tu ne te maries pas volontiers, tu n'as qu'à le dire: tu y « es encore à temps „. Ma femme lui a tenu le même langage. Donc «rien d'imposé... Mr Bujoli sut si bien faire que Madeleine ne le « repoussa pas ».

Hisce positis, supervacaneum est inquirere de ingenio et indole parentum et filiae, atque ad trutinam revocare depositiones ceterorum testium: ii enim vel in genere tantum deponunt de metu, et in iure notum est metum non probari per affirmationes genéricas testium, Coscius, *De separatione tliori,* 1. 1, cap. 8, n. 61, vel deponunt tantum de aegro et invito animo actricis, eiusque repugnantia ad contrahendum matrimonium cum domino Bujoli.

Revmus sac. Paulus Levezon testatus equidem est: « Je ne sache « pas que les parents aient exercé sur elle aucune menace, aucune vio- « lence pour la décider à épouser Mr Bujoli. Mais ils ont usé certaine- « ment de nombreuses instances et de paroles blessantes, pour arriver « à leur fin ». Verum ne apparet quidem a quonam ipse didicerit parentes actricis adhibuisse preces istas assiduas et molestas. Ceterum ipse subdit: « L'un et l'autre (parentes) aimaient beaucoup leur fille »; quod cum gravi et iniusta violentia vix consistere potest.

Michael Bruneon vero fassus est: « Ma conviction est que Mlle Bosse « n'est allée à ce mariage que contrainte et forcée. La veille du mariage « civil, je me trouvais chez Mr et Mme Bosse, leur fille leur demanda « la permission de me prendre à part et de me parler quelques instants. « Là, une fois encore, elle renouvela toutes ses répugnances qu'eue « éprouvait pour ce mariage, disant qu'elle n'en voulait pas en ce qui « la concernait: mais que, m'ayant toujours traité comme un père, elle « me priait de lui dire si oui ou non elle devait avancer et que elle «ferait ce que lui dirai. Je lui représentais de nouveau qu'elle devait « s'accomoder de ce parti, qu'il lui était difficile de reculer, qu'elle « était d'âge à prendre un parti et qu' enfin le mariage d'abord et « l'habitude ensuite arrangeraient toutes choses. Cependant, à part « moi, j'étais impressionné par cet état d'âme de Mlle Bosse: etsij'es-

« sayais de réagir contre ses répugnances... ». Item : « Les parents « voyaient ce mariage de bon œil surtout parce que ce jeune homme « avait une position indépendante et que ce titre de notaire les flattait « .beaucoup. Quant à la jeune fille, elle éprouvait une répugnance invin« cible contre lui et je puis dire que jamais elle n*'est revenue sur cette « première impression... J'essayais toujours de lui remonter le moral, « car je savais qu'elle était sans volonté, et je lui disais: " Vous verrez « qu'une fois mariée, et le temps aidant, vous vous habituerez à ce « jeune homme, et vous finirez par vous y faire. C'est ainsi que les « choses se passent habituellement „ ». Sed in hisce omnibus, de gravi vi et violentia a parentibus in filiam illatas nec vola nec vestigium. Quod adeo verum est, ut iterum interrogatus « Que savez-vous perso« nellement sur la pression qu'ils auraient exercée à son égard... », nil aliud respondere potuerit, praeterquam: « J'ai déjà repondu en partie « à cette question: à plusieurs reprises, elle m'a dit: "Mes parents veu« lent me faire prendre cet homme: je ne l'aime pas, et il me semble « que je ne l'aimerai jamais „ ».

Rogerius de Mescoysol de Beaulieu testatus est: « Certainement les « parents de la jeune fille exercèrent une grande pression sur sa volonté: « ils voulaient ce mariage. Ces diverses influences sont-elles allées jusqu'à « affecter et à forcer le consentement intime de Mlle Bosse? Ceci est du « for intérieur et je ne saurais l'affirmer. Pour nous, hommes de loi, elle « aurait eu la capacité suffisante de signer valablement un acte. Mais « au regard de la conscience, il faut quelque chose de plus, et c'est ce « que je ne saurais établir. Je répète seulement que Mlle Bosse est allée « à l'autel sans entrain, au point qu'on pouvait se demander si elle ne « laissait pas derrière elle quelque affection, qu'on la forçait à briser ». Verum haec omnia longe distant a vi et violentia illata ut in matrimonium cum domino Bujoli consentiret.

Idemque iudicium ferendum est de depositionibus dominorum de Brunet et Belladen: nam ex iis vel quaedam repugnantia tantum ex parte filiae innuitur, vel certo certius gravis vis et violentia ex parte parentum non probatur.

Nec praetereundum est testimonium domini Bujoli, qui haec affirmavit: «Je jure sur la tête de mon père et sur ce que j'ai de plus « sacré que Mlle Bosse ne m'a jamais demandé de renoncer à ce mariage. « Elle a si peu persévéré dans une résistence chimérique à ce mariage, « que, quatre jours avant la cérémonie, alors que moi même j'avais « fait le projet de me retirer, Mlle Bosse est venue avec sa mère, sur « le pont d'Avignon, me supplier de consentir au mariage ».

Demum, quod potissimum est, epistolae scriptae ab actrice, tum ante tum post matrimonium, sororibus domini Bujoli et ipsi Bujoli, aperte evincunt ipsam nec vi nec violentia adductam fuisse ad matrimonium contrahendum cum domino Bujoli.

Paucis enim diebus ante matrimonium contrahendum ita scribebat: « Je suis heureuse et très fière de porter ce nom de .Bujoli qui est « synonime d'honneur et de considération, fière d'être aimée d'une nature «aussi délicate que celle d'Antoine ».Item: «Votre frère est toujours « le meilleur et le plus délicat des êtres. Chaque jour j'apprends à le « connaître et à l'apprécier d'avantage ». Atque, ut cetera omittamus, post matrimonium haec scribebat: «A cette heure, Dieu merci, je sens « que j'aime mon mari par-dessus tout... et cela pour toujours». Item: « Je suis de corps et d'âme avec Antoine pour toujours ». Has vero epistolas omnes nec non illam domino Bujoli missam, scriptas fuisse et ipsas sub vi et violentia.parentum, incredibile prorsus est.

Actricis Patronus sedulo adlaboravit in circumstantiis proxime antecedentibus matrimonium ipsum; verum haec ex actis et allatis in causa minime probantur, sed fere tantum ab una actrice affirmantur, atque ad summum pandent actricis animum aliquandiu ancipitem, haesitantem vel repugnante m fuisse matrimonio cum domino Bujoli. Quod etiam si admitteretur, tribuendum esset maledictis in dominum Bujoli coniectis ex invidia a quodam suo adversario, non vero vi aut violentiae a parentibus in filiam illatae; ut aperte eruitur ex depositione matris actricis et ex epistola ab ipsius patre dominae Seguin scripta.

Quibus omnibus in iure perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, ad propositum dubium respondemus: *Negative,* seu *Non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsequutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

L.«S.

Ex Cancellaria, 24 iulii 1Ô14.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

*Il Rmo Mons. Mori, Ponente nella Causa* Lausanen. et Geneven. - Diffamationis, *in esecuzione della Sentenza definitiva del 21 febbraio 1914, ha ordinato di pubblicare la seguente*

DICHIARAZIONE

Il sottoscritto P. Fr. Reginaldo Pei 0. P. già professore nella cattolica Università di Friburgo, avendo nell'opera sua teologica « Theologia Dogmatica » edita nel 1904 coi tipi P. Marietti, con due note apposte nel III volume, una a pag. 189 e l'altra a pag. 196, gravemente offeso l'onorabilità del sac. Olino Crosta, deplora e ritratta quanto in esse note è scritto, e fin d'ora si obbliga o a ritirare dal commercio detta opera, o a provvedere che l'incriminate note vengano soppresse e distrutte. Tanto dichiara per obbligo di coscienza ed a rimediare in qualunque modo al danno causato con tale pubblicazione, uniformandosi con ciò pienamente alle due decisioni della S. R. Rota pronunziate, una nei 12 dicembre 1912 e l'altra nel 21 febbraio 1914.

P. Reginaldo Fei.

L. © S.

Ex Cancellaria, 27 nov. 1914.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

# DIARIUM. ROMANAE CURIAE

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

*26 novembre 1914.* — L'Emo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, *Protettore délV Ordine degli Agostiniani Scalzi d'Italia e Germania.*

— L'Emo signor cardinale Michele Lega, *Protettore delle Religiose del divino Amore, in Roma.*

— Mons. Antonio Cani, *Rettore del Collegio Apostolico Leoniano.*

*27 novembre.* — L'Emo signor cardinale Vincenzo Vannutelli, *Protettore dei Missionari d'Africa, detti Padri Bianchi.*

*28 novembre.* — L'Emo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, *Protettore della Congregazione dei Figli di Maria Immacolata.*

— L'Emo signor cardinale Diomede Falconio, *Protettore del terz' Ordine dì san Francesco, in Dubwque (Joma S. U. A.).*

— L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore della Pia Unione delle donne e giovani cattoliche per soccorrere le Missioni, di Plaffandorf.*

— L'Emo signor cardinale Gaetano Bisleti, *Protettore dei Fratelli Ospitalieri dell'immacolata Concezione.*

*29 novembre.* — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Membro della sacra Congregazione dei Riti.*

— Mons. Pietro Alfonso Jorio, arcivescovo tit. di Nicomedia, Mons. Vincenzo Sardi, arcivescovo tit. di Cesarea di Palestina e il Revino P. Giuseppe Lemius, procuratore generale degli Oblati di Maria Immacolata, *Consultori della medesima sacra Congregazione per le cause de' Servi di Dio.*

— Mons. Giovanni Bressan, canonico della patriarcale arcibasilica Lateranense, *Consultore della medesima sacra Congregazione per la parte liturgica.*

*30 novembre.* — L'Emo signor cardinale Filipp > Giustini, *Protettore dell'Istituto delle Or soline dell'Unione Leoniana.*

*1 dicembre.* — L'Emo signor cardinale Francesco di Paola Cassetta, *Protettore del sacro militare Ordine Constantiniano di san Giorgio.*

— L'Eolo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane,*

*1 dicembre 1914.* — L'Eolo signor cardinale Basilio Pompilj, *Protettore del Collegio Polacco in Boma.*

— Il Rmo sac. prof. Nicola Sebastiani, *Cancelliere de'Brevi Apostolici.*

*6 dicembre.* — L'Emo signor cardinale Michele Lega, *Protettore dei Missionari di san Carlo per l'assistenza degli emigranti.*

— Mons. Giovanni Bressan, *Segretario della Commissione cardinalizia per V Opera della Preservazione della Fede, in Boma.*

Con Breve apostolico il Santo Padre Pio X di fel. mem. si era degnato di nominare:

*Protonotario Apostolico* ad instar participantium:

*1 luglio 1914.* — Mons. Francesco Durusselle, vicario generale dell'archidiocesi di Rennes.

Con Brevi apostolici il Santo Padre BENEDETTO XV, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Cappellani Comuni della Cappella Pontificia :*

*26 novembre 1914.* — Mons. Ugo Descuffi, officiale della S. Congregazione di Propaganda Fide.

*27 novembre.* — Mons. Giuseppe Liverani, beneficiato della patriarcale basilica Vaticana.

— Mons. Donato Fontana, chierico beneficiato della predetta basilica.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*3 novembre 1914.* — Mons. Alfonso Árcese, rettore della chiesa di S. Lucia a Brooklyn.

*5 novembre.* — Mons. Emilio Bongiorni, vicario generale, e Mons. Domenico Menna, pro-vicario generale, della diocesi di Brescia.

— Mons. Vincenzo Carlotta, vicario generale della diocesi di Monreale.

*19 novembre.* — Mons. Giovanni Tommaso Whelan e Mons. Giacomo Holden, parroci della città di Baltimora.

*21 novembre.* — Mons. prof. Giuseppe Latini, avvocato fiscale della sacra Congregazione del S. Offizio.

— Mons. can. Felice Marinelli, avvocato dei rei presso la medesima Congregazione.

— Mons. Tito Topini, canonico di S. Eustachio, a Roma.

*23 novembre.* — Mons. can. Edmondo Dalbor, vicario generale dell' archidiocesi di Posnania.

*25 novembre 1914.* — Mons. prof. Carlo Giovanni Cronin, cancelliere della Caria Arcivescovile di Birmingham.

— Mons. Tommaso Ottley, consigliere della curia vescovile di Southwark.

*26 novembre.* — Mons. Lorenzo Cipolletta, vicario generale della diocesi di Venosa.

*1 dicembre.* — Mons. Domenico Fortuna, pro-vicario generale della diocesi e canonico teologo della cattedrale di Sora.

— Mons. can. Vincenzo Bruni, vicedecano del capitolo e rettore del seminario della stessa diocesi.

## ONORIFICENZE

Con. Brevi apostolici il Santo Padre Pio X di fel. mem. si era degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*29 maggio 1914.* — Al sig. Giuseppe H. 0'Neil, dell'archid, di Boston.

— Al sig. Enrico Heide, domiciliato neh'archidiocesi di New York.

Con Brevi apostolici il Santo Padre BENEDETTO X, felicemente regnante, si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

*La Gran Croce dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile.*

*4 novembre 1914.* — Al sig. conte Rodolfo Norman, nobile di Valpovo.

*La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:*

*13 novembre 1914.* — Al sig. Patrizio Burns, della diocesi di Calgary.

*Il Cavalierato dell' Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :*

*1 novembre 1914.* — Al sig. Angelo Capurì, dell'archidiocesi di Bologna.

— Al sig. Petronio Bignardi, della medesima archidiocesi.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*29 ottobre 1914.* — Al sig. Archimede Pasquinelli, direttore dell'ufficio di propaganda dell'Unione Popolare.

*10 novembre.* — Al sig. ing. Carlo Grazioli, di Roma.

*25 novembre.* — Al sig. ing. Pietro Agosti, della diocesi di Ventimiglia.

# MAGGIOR DOMATO DI SUA SANTITÀ

## NOMINE

Con Biglietto di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnalo di nominare:

*Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:*

*25 settembre 1914.* — Mons. Guido Anichini, dell' archidiocesi di Palermo.
*12 ottobre.* — Mons. Antonio Melomo, della diocesi di S. Marco e Bisi'gnano.
*15 ottobre.* — Mons. Fabio Ferrini, dell'archidiocesi di Perugia.
*31 ottobre.* — Mons. Ladislao Hozakowski, dell'archidiocesi di Gnesna
— Mons. Giuseppe Klos, della medesima archidiocesi.
— Mons. Lorenzo Kotecki, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giuseppe Surzyuski, della medesima archidiocesi.
— Mons. Stanislao Okoniewski, della medesima archidiocesi.
— Mons. Antonio Laubitz, della medesima archidiocesi.
*7 novembre.* — Mons. Biagio âvinderman, dell'archidiocesi di Zagabria.
— Mons. Giovanni Homgi, della medesima archidiocesi.
— Mons. Carlo Horvat, della medesima archidiocesi.
— Mons. Giovanni Göszl, della medesima archidiocesi.
— Mons. Emilio Callocchia, di Roma.
— Mons. Tommaso Sabatino, della diocesi di Aversa.
*10 novembre.* — Mons. Giovanni Antonietti, della diocesi di Cagli e Pergola.
*12 novembre.*—Mons. Riccardo Orsenigo, dell'archidiocesi di Vercelli.
— Mons. Francesco Vagni, di Roma.
*13 novembre.* — Mons. Gabriele Piccoli Noël, di Roma.
*14 novembre.* — Mons. Emiliano dott. Cagnoni, dell'archidiocesi di Bologna.
*17 novembre.* — Mons Ferdinando Callerio, della diocesi di Novara.
— Mons. Stefano Cominazzini, della medesima diocesi.
*18 novembre.* — Mons. Edgardo Vauquelin, della diocesi di Moulins.
— Mons. Riccardo Schüller, di Roma.
— Mons. Alfonso Dénier, della diocesi di Moulins.
*19 novembre.* — Mons. Giuseppe Criscuolo, di Roma.
— Mons. Nicolò Grazioli, dell'archidiocesi di Sassari.

*Camerieri d'onore in ahito paonazzo di S. S.:*

*30 settembre 1914.* — Mons. Felice Valerga, di Roma.
*31 ottobre.* — Mons. Stanislao Lukomski, dell'archidiocesi di Gnesna.
— Mons. Andrea Ussorowski, della medesima archidiocesi.

7 ***novembre 1914.*** — Mons. Emerico Dovranió, dell' archidiocesi di Zagabria.

— Mons. Stefano Gjanié, della medesima archidiocesi.

— Mons. Stefano Kórenió, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giov. Angelo Ruspini, della medesima archidiocesi.

— Mons. Mattia Prostenik, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giovanni. Rorkovié, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giovanni Barle, della medesima archidiocesi.

— Mons. Floriano Rittig, della medesima archidiocesi.

— Mons. Valentino Cebusnik, della medesima archidiocesi,

— Mons. Lorenzo Radicevié, della medesima archidiocesi.

***12 novembre.*** — Mons. Emilio Mazari, dell'archidiocesi di Brindisi.

— Mons. Tito de Leonardis, della diocesi di Termoli.

16' ***novembre.*** — Mons. Luigi Gavotta, della diocesi di Foggia.

*17* ***novembre.*** — Mons. Guglielmo Torelli, della diocesi di Novara.

- Mons'. Eucherio Pasquinangeli, della diocesi di Civita Castellana.

*18 novembre.* — Mons. Antonio Li Destri, della diocesi di Cattagirone.

— Mons. Ettore Panunzi, di Roma.

*19* ***novembre.*** — Mons. Antonio Micozzi, di Roma,

***Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :***

***25 settembre 1914.*** — Il sig. marchese Martino Malony, di Filadelfia.

***28 settembre.*** — Il sig. conte Carlo Le Moyne de Martigny.

***14 ottobre.*** —• Il sig. cav. Giuseppe Giglio Tramonte, dell'archidiocesi di Palermo.

***1.5 ottobre.*** — Il sig. barone Giuseppe de Piro Gourgion, di Malta.

— Il sig. conte Enrico M. Thierry Michel de Pierredon, dell'archidiocesi di Parigi.

***31 ottobre.*** — Il sig. Romano de Komierowski, dell'archidiocesi di Gnesna.

— 11 sig. Stefano Cegielski, della medesima archidiocesi.

— Il sig. conte Marcello Czarnecki, della medesima archidiocesi.

— Il sig. principe Olgierd Alessandro Czar tory ski, della medesima archidiocesi.

— Il sig. Giovanni Hasche, della medesima archidiocesi.

— Il sig. Taddeo de Jachowski, della medesima archidiocesi.

— Il sig. Carlo de Stablenski, della medesima diocesi.

***31 ottobre.*** — Il sig. Stanislao de Turno, della medesima archidiocesi.

7 ***novembre.*** — Il sig. Lucio Suttor, dell'archidiocesi di Parigi.

***10 novembre.*** — Il sig. Emmanuele Casasnovas Sanz, di Barbastro.

— Il sig. conte Lodovico de Franqueville, dell'archidiocesi di Parigi.

***20 novembre.*** — Il sig. conte di Montoro Francesco di Mauro di Capua Sanseverino, dell'archidiocesi di Napoli.

*Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:*

*25 settembre 1914.* — Il sig. Amedeo Giovanni Battista Richardet, dell'archidiocesi di Parigi.

*7 novembre.* — Il sig. Pietro Gambaro, dell'archidiocesi di Genova.

— Il sig. comm. Ernesto Lombardo, della medesima archidiocesi.

*13 novembre.* — Il sig. conte Ernesto Rubinacci, dell'archidiocesi di Napoli!

*Cappellani Segreti d'onore di S. S.:*

*7 novembre 1914.* — Mons. Raffaele De Biase, della diocesi di Aversa.

*12 novembre.* — Mons. Tommaso Galiandro, della diocesi di Termoli.

*Cameriere d'onore* extra Urbem *di S. S.:*

*19 novembre.* — Mons. Luigi Mulas, della diocesi di Ogliastra.

*Cappellani d'onore* extra Urbem *di S. S.:*

*31 ottobre 1914.* — Mons. Aquilino Gitterio.

— Mons. Paolo Gregor, dell'archidiocesi di Gnesna.

*10 novembre.* — Mons. Roberto Marini, della diocesi di Sutri.

*17 novembre.* — Mons. Giuseppe Scarcella, dell'archidiocesi di Messina.

*21 novembre.* — Mons. Ludovico Mondini, della diocesi di Piacenza.

## NECROLOGIO

*1 dicembre 1914.* — L'Emo sig. cardinale Francesco Virgilio Dubillard, arcivescovo di Chambéry.

— Mons. Enrico Vieter, vescovo tit. di Paretonio, vicario apostolico del Camerun.

*2 dicembre.* — Mons. Valentino Ampuero, vescovo di Puno.

*5 dicembre.* — L'Emo sig. card. Angelo di Pietro, datario di S. Santità.

Annus VI. - Vol. VI. Die 30 Decembris 1914. Num. 21



# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE


## ACTA BENEDICTI PP. XV

### MOTU PROPRIO

### DE BONONIENSI THEOLOGORUM COLLEGIO

BENEDICTUS PP. XV

Sacrae theologiae multimodis fovere studia, quibus ministeria sacerdotum in animarum salutem mirifice adiuvantur, sollemne semper fuit huius Apostolicae Sedis: quae quidem, provisum est divinitus, ut omnibus gentibus cum doctrinas Fidei, infallibili magisterio, tradat, tum etiam tutissima sit dux ad sacras colendas disciplinas. Iam vero, quod proprie ad has attinet, in pervetustis eiusdem Sedis Apostolicae laudibus ponendum profecto est *Studium Generale in Theologica Facultate,* quod Innocentius VI, fel. rec. decessor Noster, Bononiae, in urbe nobilissima, perpetuo mansuram excitavit Constitutione *Quasi lignum vitae* die xxi iunii anno MCCCLX edita ad Avenionem. Etenim hoc Studium, quo nullum antiquius in Italia, si Bomam excipias, quodque Parisiensi illi *Sorbonae* haud immerito solitum est aequari, non modo humanis divinisque litteris emolumento, sed ipsi Romanae Ecclesiae et catholicae religioni fuit gloriae; quandoquidem inde non pauci profecti sunt, rerum scientia, honorum amplitudine, vitae sanctimonia illustres viri: quo in numero non defuerunt qui ad supremam hanc Pontifica-

tus Cathedram postea pervenirent. Numquam autem deinceps^ saeculis labentibus, nec fructus nec fama existimatioque defecit Studii Bononiensis : quod, simul cum praeclarissima Schola iuris, fuit sane causae, cur Bononiensi urbi *Alma Mater Studiorum* nomen adhaeserit. — Intercessit quidem illa rerum omnium perturbatio, quae sub exitum saeculi duodevicesimi miserit Europam : ea tamen, quamquam afflixit, non exstinxit penitus, hoc Studium adnexumque Collegium Theologorum, quae reviresoerevisa sunt anno MDCCCXXIV, cum a decessore Nostro fel. rec. Leone XII Constitutione *Quod divina sapientia* Pontificiae Uni[1] versitati studiorum Bononiensi sunt adiecta. Huic autem Romanorum Pontificum providentiae curaeque nullo non tempore egregia responderunt fide : cuius fidei in recenti rerum publicarum conversione commemorabile illud exemplum fuit. Cum enim multi propter ignaviam officium desererent ac sese ad novas res accommodaret, nemo unus ex huius Collegii et Studii doctoribus et magistris inventus est, qui ab Apostolica Sede descisceret, cuius ditioni obedientiam promisisset, verum omnes apud Archiepiscopum, ut Collegii Archicancellarium, quo eum honore nulla inimica vis exuere potuerat, se congregarunt : quod si prohibiti aliquandiu sunt sua obire munia, at custodire, in ipsa temporum tristitia, patrimonium veteris gloriae non cessarunt.

Nos, quibus valde libentibus, dum Bononiensem ecclesiam gubernavimus, contigit ut hunc Archicancellarii locum obtineremus, nunc ad universi catholici nominis gubernacula, inscrutabili Dei consilio, collocati, equidem volumus, quas memoravimus Collegii glorias non solum compertas esse omnibus, sed etiam, si potest, augeri idque cum sacrarum incremento disciplinarum in utilitatem cleri, cuius sanae solidaeque institutioni quam maxime studemus. — Probe autem novimus debito in honore ibidem esse Thomam Aquinatem, cuius doctrinas decessores Nostri illustres, Leo XIII et Pius X, maximis extulerunt laudibus easque scholis catholicis religiose retinendas praescripserunt.

Itaque per has Nos litteras edicimus Bononiense Collegium Theologicum Studiumque Generale in Theologica Facultate permanere talia, qualia Innocentius VI condidit ac Bonifacius IX confirmavit; et quicquid de utroque decessores Nostri sapientissime constituerunt, omne Apostolica Nostra auctoritate ratum habemus.

Quoniam autem, tam longo intervallo, postremis praesertim temporibus, plura et Collegia et Athenaea theologiae tradendae sunt legitime condita, Nos, cum velimus ex una parte institutum Bononiense in pristinum decus, quantum fieri potest, revocari, ex altera nihil de beneficiis id genus quae aliis dioecesibus tributa sint, deminui, eadem auctoritate Apostolica, statuimus ut Archicancellarius et Collegium Theologorum Bononiense, servatis rite praescriptionibus vel sacri Consilii studiis provehendis, -in primisque decreto *Doctoris Angelici* die xxix iunii huius anni edito de summis Thomae Aquinatis principiis in philosophia sancte tenendis deque ipsa Summa Theologica in scholis theologiae praelegenda - vel aliis quae Sedes Apostolica praeceperit praecepturaque sit, academicos theologiae gradus et lauream conferre possint, non iis tantum qui statuta studiorum curricula in scholis Collegii recte confecerint, aut ex finitimis dioecesibus Bononiam, eosdem gradus laureamque perituri, advenerint, veram etiam quibuscumque, ex peculiari lege memorati sacri Consilii, necesse non sit, ad eos consequendos academicos gradus et lauream, in alia studiorum sede legitimum doctrinae periculum facere.

Atque haec Nos costituimus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die III mensis decembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

# EPISTOLAE

## I

AD R. D. FL. MORTIER, MODERATOREM GENERALEM CONGREGATIONIS AB IMMACULATO MARIAE CORDE, ANNO AB EADEM INSTITUTA CONGREGATIONE QUINQUAGESIMO EXEUNTE.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Petis tu quidem a Nobis ut apostolica benedictione ornemus Congregationem quam diligenter moderaris, huiusque rei petendae occasionem scribis tibi ex eo natam quod annus vertitur ab instituta Congregatione quinquagesimus. Nihil est, dilecte Fili, cur precibus hisce libentissime non annuamus. Novimus enim quanta benevolentia decessores Nostri religiosam istam familiam sint prosecuti: novimus et actuosam frugiferamque caritatem qua sodales tui, christiano praesertim propagando nomini operam dantes, de Ecclesia, de Apostolica Sede bene sunt meriti. Praeclara haec eadem merita Nobis quoque vos egregie commendant. Etenim pro apostolico quo aucti sumus munere, eadem ac decessores Nostros Nos urget Christi caritas, non de iis tantum sollicita quos divina gratia Ecclesiae ac Nobis dedit filios, sed et de ceteris qui adhuc extra Ecclesiam alienique a Nobis sunt. Vos vero cávete ne unquam a vocatione vestra excidatis: imo vero inviolatam retinentes vestrae Congregationis disciplinam, sanctum Conditoris propositum ita persequimini, ut Deo, qui vos elegit ut essetis sancti, magis in dies placeatis.

Vota haec Nostra impleat apostolica benedictio, quam, caelestium auspicem munerum testemque benevolentiae Nostrae, *tibi,* dilecte Fili, sodalibus tuis, iis prae ceteris qui sacris Missionibus sunt addicti, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxi novembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

## II

AD MODERATOREM GENERALEM CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM A S. MARIA, OB DEVOTIONIS OBSEQUIUM BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITUM.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Peraccepta Nobis scito fuisse tua tuorumque religiosorum sodalium vota: quum enim sunt Nobis grata observantiae argumenta quae a filiorum pietate proficiscuntur, tum ea sunt gratissima quae exhibentur a religiosis familiis, quas iure merito ferimus in oculis. At vero Congregationem Presbyterorum a sancta Maria non solum disciplinae sanctae vigor studiumque evangelicae perfectionis Nobis commendant, sed et peculiare quoddam opus, quod, a *bona morte* nuncupatum, eorum sollertia industriaque florere novimus lateque propagari. Iure admodum caritas vestra extremum illud vitae momentum, a quo pendet aeternitas, praecipua quadam cura complexa est, provideque sane in eos qui in eodem versantur opem advocatis Mariae Matris Perdolentis. Quid enim non iis sperandum, quibus, cum instat tempus ex hac vita migrandi, adest pienissima haec Mater? Faxit Deus ut quam latissime opus hoc diffundatur, utque Virginis patrocinio omnes eum teneant vitae cursum, quo mortem mereri sibi possint in conspectu Domini pretiosam.

Auspex divinorum munerum Nostraeque testis benevolentiae, tibi, dilecte Fili, tuisque sodalibus apostolica sit benedictio, quam singulis paterno animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxiv novembris MCMXIV, Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV

## III

AD R. D. ALOISIUM OSTER PRAESIDEM CONSILII ADMINISTRANDI OPERIS A SANCTA IESU INFANTIA NUNCUPATI IN GERMANIA SUPERIORE.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Ex officiosis litteris quas nuper reddidisti Nobis, perlibenter intelleximus praeclarissimum caritatis opus, cui a sancta Iesu Infantia nomen est inditum, adeo

apud catholicas Germaniae nationes profecisse, ut stipis sane conspicuae in universo catholico orbe anno proximo pro eodem opere corrogatae, partem prope dimidiam Germaniae pueri contulerint. Quod quidem et vehementer laetamur et iure merito gratulamur. Quum enim de tot miserorum infantium aeterna procuranda salute agatur, illud pulchrum iucundumque est ipsum intueri puerorum ordinem in ferendo indigentibus auxilio ceteros antecedere atque ita caritatem in alios usque ab ineunte aetate laudabiliter addiscere. Enixe vero vota suscipimus, ut opus, quod supra memoravimus, Dei providentia adeo sospitet ac tueatur, ut magis magisque floreat in diesque incrementum capiat. Quem in finem caelestium munerum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili, nec non pueris, directoribus atque adiutoribus omnibus apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VIII mensis decembris anno MCMXIV, Pontificatus Nostri primo.

BENEDICTUS PP. XV

## ALLOCUTIO

HABITA DIE XXIV DECEMBRIS MDCCCCXIV AD COLLEGIUM PURPURATORUM PATRUM VOTA ATQUE OPTATA IN PERVIGILIO NATIVITATIS DOMINI OFFERENTIUM.

Di accogliere per la prima volta il sacro Collegio, ci offre oggi grata occasione la solennità Natalizia del Signor nostro Gesù Cristo, consecrata dalle consuetudini alla scambievole offerta di auguri e voti. Ed è con particolare soddisfazione che dalla autorevole parola fattasi eco fedele di quella dell'Emo Decano abbiamo ora appreso quali sentimenti accolga e quali voti formi per Noi il sacro Collegio : anzi tanto più ne godiamo, quanto più in alto tendono quei sentimenti e quei voti, che, sebbene rivolti alla Nostra Persona, sono novello omaggio all'invisibile Capo della Chiesa, da Noi immeritevolmente rappresentato, e mirano, sopra Fumile Nostra Persona, al bene della Chiesa universale, di cui nulla al mondo, neppure il sangue Nostro, potrebbe esserci più caro.

L'anno che or volge a così trepido tramonto è stato di grave lutto alla Chiesa. - Il Pontefice Pio X, nel quale Noi, e da vicino e da lontano, scorgemmo l'aureola di elettissimi pregi e che, strappato in tragica ora alla cristiana famiglia, rimpiangemmo con sincero cordoglio, Ci si svela

ora, per i rilievi che di giorno in giorno Ce ne presenta più dappresso ía continuazione dell'Apostolico officio, tanto più grande quanto più assidua è stata in Lui la cura di celare le insigni virtù che ne adornavano l'anima eletta. L'immagine pertanto e la memoria di così santo Pontefice rendono in Noi più profondo il sentimento della Nostra immeritata successione. Ma Ci confortano le preghiere del mondo cattolico, cui Iddio, per il vantaggio della Chiesa, suole porgere benigno ascolto: e non poco altresì Ci confortano i filiali voti ed auguri che il sacro Collegio, quasi a sollievo dei Padre comune, Ci ha ora espressi.

Tra questi voti, nessuno sembra nè più proprio del peculiare carattere insito alla festività Natalizia, nè più rispondente al bisogno che oggi stringe ogni cuore quanto, quello della pace. Questo augurio e questo voto Noi perciò accogliamo con particolare sollecitudine, spintivi dai luttuosi avvenimenti che da ben cinque mesi vanno vestendo gramaglie a tutto l'universo.

Purtroppo non piacque alla Divina Provvidenza che il Nostro Pontificato sortisse auspici giocondi: che anzi, mentre si sarebbe voluto salutarlo con voci di letizia, l'avvento del nuovo Padre della cristiana famiglia in molte regioni fu salutato invece con strepito di armi e con fragori di battaglie. Ma a Noi, fin dagli inizi del Nostro Pontificato, non poteva sfuggire l'altezza della missione propria del Vicario di Colui che, nascendo, è stato foriero di pace alle umane genti; non potevamo dimenticare di essere venuti a continuare l'opera di Gesù Cristo, Principe della pace, descritto nei vaticinii come quegli ai cui giorni doveva finalmente spuntare il sole della giustizia e l'abbondanza della pace. Memori' perciò della Nostra più che umana missione, Noi, sia in pubblico che in privato, nessuna via lasciammo intentata aftinché il consiglio, il volere, il bisogno della pace fossero bene accolti. Fu anche a questo scopo che Ci balenò alla mente il proposito di schiudere, in mezzo a queste tenebre di bellica morte, almeno un raggio, un solo raggio dei divin sole della pace, ed alle nazioni contendenti pensammo di proporre, breve e determinata, una tregua natalizia, accarezzando la fiducia che, ove non potessimo dissipare il nero fantasma della guerra, Ci fosse dato almeno di apportare un balsamo alle ferite che essa infligge. Oh ! la cara speranza che avevamo concepito di consolare tante madri e tante spose con la certezza che, nelle poche ore consacrate alla memoria del Divino Natale, non sarebbero i loro cari caduti sotto il piombo nemico: oh! la dolce illusione che Ci eravamo fatta di ridare al mondo almeno un assaggio di quella pacifica quiete che ignora ornai da tanti mesi ! - Purtroppo la Nostra cristiana iniziativa non fu coronata di felice successo. Ma non

per questo scoraggiati, Noi intendiamo di proseguire ogni sforzo per affrettare il termine della incomparabile sciagura, o per alleviarne almeno le tristi conseguenze.

Ci sembra che il Divino Spirito dica a Noi come già al Profeta: *Clama ne cesses. Clama ne cesses,* epperò Noi abbiamo perorato, non senza speranze di buon esito, per lo scambio dei prigionieri divenuti inabili ad ulteriore servizio militare. *Clama ne cesses,* epperò Noi abbiamo voluto che ai poveri prigionieri di guerra si accostino sacerdoti non ignari della loro lingua, i quali prestino ad essi quei conforti dei quali possano abbisognare, e insieme si offrano intermediari benevoli fra essi e le loro famiglie, forse angustiate ed afflitte per mancanza di notizie. *Clama ne cesses,* epperò diamo plauso ai sacri pastori e ai singoli individui che hanno determinato il promuovere o moltiplicare pubbliche e private preghiere per far dolce violenza al Cuore santissimo di Gesù onde ottenere che abbia termine il terribile flagello che ora stringe ed affanna una sì gran parte del mondo.

Deh! cadano al suolo le armi fratricide! cadano alfine queste armi, ormai troppo macchiate di sangue... e le mani di coloro che han dovuto impugnarle tornino ai lavori dell'industria e del commercio, tornino alle opere della civiltà e della pace. Deh! sentano, oggi almeno, i reggitori ed i popoli l'angelica voce che annunzia il sovrumano dono del Re nascente, « il dono della pace », e mostrino anch'essi con opere di giustizia, di fede e di mitezza quella « buona volontà » che è posta da Dio condizione al godimento della pace.

Noi confidiamo fermamente, signori Cardinali, che questo voto col quale, più che con altro, godiamo corrispondere ai sentimenti a Noi espressi, troverà propizia la clemenza di Dio : non vogliamo però omettere di esortare quanti in quest'ora solenne Ci fanno cara corona ad insistere presso l'Altissimo con assidue preghiere per conseguire l'appagamento del Nostro voto.

Aggiungiamo poi un altro desideratissimo voto, e questo è per Lei, Emo Decano, e per tutti i membri del sacro Collegio che con la loro amata presenza Ci porgono ora immagine della immensa famiglia cattolica, stretta nelle ore liete e nelle tristi, intorno al suo Capo.

A Lei dunque ed ai signori Cardinali partecipi del Nostro governo, che tante ansie e tanto sollecito zelo domanda, auguriamo prospero il vivere e fecondo l'operare. Faccia il Signore che la solerzia, l'intelligenza ed il successo di quel provvido aiuto onde Ella ed i suoi Colleghi saranno per confortare il Nostro Pontificato rendano quanto prima l'umana famiglia, per affettuosa concordia e per beata tranquil-

lità, somigliante a quel mistico gregge che Cristo contemplò, quando a Pietro ed a Noi ne affidò la custodia.

Di tali grazie sia arra ed auspicio F apostolica benedizione che a Lei ed ai Cardinali qui presenti, del pari che ai Vescovi, Prelati e a quanti - ecclesiastici o laici - Ci fanno ora corona, impartiamo con effusione di cuore.

# SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

## DECRETUM

CONCEDUNTUR INDULGENTIAE SE PER QUANDAM ORATIONEM D. N. I. G. DEVOVENTIBUS.

*Die 3 decembris 1914.*

Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, benigne concedere dignatus est, ut omnes et singuli fideles, qui se Iesu Christo pie vovent, simulque mortem in eiusdem amore obire peroptant, sequentem oratiunculam recitantes: « Iesu, tibi vivo - Iesu, tibi morior - Iesu, tuus sum ego in vita et in « morte. Amen », quoties id fecerint, Indulgentiam centum dierum, defunctis quoque adplicabilem, lucrari possint; qui vero id quotidie per integrum mensem peregerint, si confessi ac S. Communione refecti aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis preces fuderint, semel Indulgentiam plenariam, similiter adplicabilem, consequi valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor.*

# S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## i

## DECLARATIO

DE ELECTIONE VICARIORUM CAPITULARIUM IN QUIBUSDAM MEXICANIS DIOECESIBUS.

Cum in Mexicana republica, ob publicarum rerum sub versionem, fere omnes Antistites locorum Ordinarii aut vi e suis dioecesibus expulsi, aut impediti quominus ad eas regrederentur, aut in carcerem detrusi, aut delitescere vel in finitimas regiones clam aufugere coacti fuerint, contigit ut nonnulla capitula cathedralia censuerint casum evenisse eligendi Vicarium Capitularem, et revera in aliqua dioecesi illum eligere praesumpserunt, iniuste proinde sublata Vicario generali Episcopi qualibet ordinaria potestate.

Quod cum tolerari omnino nequeat, S. Congregatio Consistorialis, de mandato Ssmi D. N. Benedicti PP. XV, declarat nullam esse in expositis adiunctis legitimam causam procedendi ad electionem Vicarii Capitularis, et si quae facta fuerit, eam irritam esse et nullius roboris; sartam e contra tectamque et integram subsistere Episcoporum auctoritatem quam ipsi, vel per Vicarium generalem vel per alium sacerdotem a se delegatum, exercere possunt ac debent; eamque ab omnibus fidelibus et imprimis a canonicis cathedralis ecclesiae rite et omnimode agnoscendam esse et observandam.

Die 6 decembris 1914.

)$l C. CARD. DE LAT, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

ioannes B. Rosa, *Substitutus.*

II

## LITTERAE CIRCULARES

### AD R.MOS ORDINARIOS DIOECESUM ITALIAE, DE SPIRITUALI EMIGRANTIUM CURA

Il dolore e le preoccupazioni pel tremendo flagello della guerra presente, che come immane sciagura pesa su tanta parte del mondo, non hanno distolto l'attenzione della S. Sede dalle sorti dell'emigrazione italiana, al cui miglioramento così nell'ordine spirituale come in quello dell'assistenza benefica, aveva già rivolto le sue paterne sollecitudini la s. m. di Pio X con vari provvedimenti, specialmente col Motu Proprio *Iam pridem* in data 19 marzo del corr. anno.

Con questo documento, accolto con tanto favore dal clero e dai cattolici non solo d'Italia, ma altresì dei paesi dove più copiosa si espande l'emigrazione italiana, il Sommo Pontefice, dopo aver riconosciuto le benemerenze delle famiglie religiose e delle varie istituzioni sorte in Italia ed all'estero per la cura spirituale e la tutela degli emigranti, annunziava la fondazione di un Collegio per la preparazione dei sacerdoti che intendono dedicarsi alla loro assistenza, disponendo che le somme raccolte mediante le collette solite a farsi dagli Ordinari d'Italia a favore degli emigranti, venissero inviate alla Sezione speciale istituita presso la S. C. Concistoriale, perchè le destinasse a vantaggio u i questo Collegio e delle istituzioni sopra accennate.

Sinora però, a causa certamente dei dolorosi avvenimenti che si avvicendarono in questi ultimi tempi, le offerte pervenute all'Ufficio della S. C. Concistoriale sono ben lungi dal corrispondere alle speranze riposte nella generosità dei fedeli, consapevoli dell' importanza e gravità dei problemi che si connettono coli'emigrazione italiana. La quale, lungi dal diminuire, non potrà che aumentare quando, a Dio piacendo, finirà questa guerra, che chiude all'esodo delle masse operaie gli sbocchi dell'Europa, e cesseranno le crisi economiche, che ne risentono le due Americhe, dove vivono oltre quattro milioni di cittadini italiani.

Queste considerazioni hanno commosso il cuore del Santo Padre Benedetto XV, il quale, in conformità delle disposizioni date dalla s. m. del Suo Predecessore riguardo all'assistenza degli emigranti, desidera di veder quanto prima aperto il Collegio dei sacerdoti aspiranti alla loro cura spirituale, nella ferma fiducia che la carità dei fedeli, sollecitata dallo zelo dei Vescovi e del clero di tutte le diocesi d'Italia,

vorrà fornirgli i mezzi di mantenere non solo detto Collegio, ma di venir in aiuto alle principali istituzioni cattoliche che si propongono per fine la tutela dell'emigrante. Che anzi, avendo il suo glorioso Predecessore dato ai seminari Romano e Pio l'uso d'un nuovo locale, eretto entro il recinto Lateranense presso la basilica del Ssmo Salvatore, ed essendo perciò rimasto libero il vecchio edifìcio nell'interno della città, con suo augusto *chirografo* ha disposto, in conformità anche della mente del defunto Pontefice, che in esso, dopo i necessari restauri, si stabilisca la sede del detto Collegio per gli emigranti.

A sopperire pertanto ai bisogni di questo Collegio e delle molteplici istituzioni che si sono prefisse di sovvenire gli emigranti italiani all'estero, sia in Europa sia oltre l'Oceano, e di curarne il bene religioso e morale in mezzo agli immensi pericoli fra cui vanno a trovarsi, questa sacra Congregazione, in esecuzione degli ordini del Sommo Pontefice :

I° Invita i Rmi Ordinari d'Italia a voler indire in tutte le parrocchie delle diocesi rispettive una colletta annua per le opere di assistenza degli emigranti italiani; fissando a tal fine una festa che si ritenga più indicata allo scopo, e che sia stabile. Vedranno i Rmi Ordinari, specialmente delle piccole e limitrofe diocesi, se fosse il caso di previamente intendersi per stabilire un giorno comune. In ogni modo cercheranno di illuminare i parrochi, e per mezzo loro i fedeli, della grande necessità dell'assistenza spirituale dei loro fratelli emigranti in paesi lontani, di altra lingua, di altri costumi, mancanti spesso di congrua assistenza religiosa, fra popolazioni non cattoliche, esposti alla seduzione che lo spirito delle tenebre per mezzo di libri, giornali, uomini e cose sa cumulare, a danno specialmente di persone semplici ed inesperte.

L'importo delle somme raccolte dev'essere sollecitamente spedito alla S. Congregazione Concistoriale.

2° Si pregano i medesimi Rmi Ordinari a voler trasmettere alla *Sezione Emigranti* di questa S. Congregazione i nomi dei sacerdoti disposti ad esercitare il sacro ministero fra i loro connazionali emigrati,, aggiungendo le note della pietà e dello studio che li dimostrano idonei a tale missione.

3° Siccome poi il Consiglio direttivo della Società dei Missionari di emigrazione di sant'Antonio di Padova, di cui è attuale direttore Mons. Coccolo, ed il cui fine specifico è di assistere nella traversata del mare gli emigranti oltre l'Oceano, ha fatto domanda per conservare il privilegio di raccogliere offerte per suo conto in conformità della circo-

lare del Segretario di Stato 25 gennaio 1908; si dichiara che i Rmi Ordinari potranno trasmettere al detto Consigliò le offerte speciali a quel-F opera destinate, rimanendo le offerte, di cui al n. I°, a beneficio di tutte le altre opere.

Il grande interessamento col quale l'Episcopato italiano ha seguito sempre lo svolgersi del fenomeno emigratorio, n'è arra sicura del favore col quale essi vorranno accogliere e rendere efficace questo appello rivolto ai fedeli d'Italia a nome del S. Padre, che a quanti vi risponderanno impartisce di cuore l'apostolica benedizione.

Roma, 6 dicembre 1914.

)$i G. CARD. DB LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

## Ili

## PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

*29 octobris 1914.* — Cathedrali ecclesiae Saltensi in republica Argentina praefecit R. P. D. Iosephum Gregorium Romero, hactenus episcopum titularem Thermensem et vicarium capitularem dioecesis Saltensis.

*31 octobris.* — Cathedrali ecclesiae Conimbricensi sac. Emmanuelem Aloisium Coelho da Silva, decanum ecclesiae cathedralis Portugallensis.

*7 novembris.* — Titulari ecclesiae episcopali Jonopolitanae R. P. D. Iosephum Ioannem Fox, hactenus episcopum Sinus Viridis.

*16 novembris.* — Titulari archiepiscopali ecclesiae Hierapolitanae R. P. D. Angelum Mariam Dolci, hactenus archiepiscopum Amalphitanum.

— Cathedrali ecclesiae Cajazeirasensi in Brasilia sac. Moysen Coelho, canonicum Parahybensem.

*4 decembris.* — Cathedrali ecclesiae Caiacensi seu Calatinensi R. P. D> Aloisium Erniini, hactenus episcopum titularem Hamathensem et auxiliarium Portuensem et S. Rufinae.

*5 decembris.* — Titulari archiepiscopali ecclesiae Colossensi Rmum D. Ioannem Mariam Zonghi, praesidem Academiae Nobilium ecclesiasticorum in Urbe.

*5 decembris 1914.* — Titulari episcopali ecclesiae Abilensi sac. Dionysium Nyaradi,administratorem apostolicum dioec. Crisiensis Ruthenorum.

*10 decembris.* — Titulari episcopali ecclesiae Thapsensi R. P. D. Valentinum Garcia et Barros, iam episcopum Palentinum.

— Titulari episcopali ecclesiae Thennesensi sac. Carolum Echenique, canonicum cathedralis ecclesiae Cordubensis in America, quem constituit Auxiliarem Tucumanensem.

*19 decembris.* — Cathedrali ecclesiae Bergomensi R. P. D. Aloisium Mariam Marelli, hactenus episcopum Bobiensem.

— Cathedrali ecclesiae Cremonensi R. P. D. Ioannem Cazzani,. hactenus episcopum Caesenatensem.

*21 decembris.* — Cathedrali ecclesiae Bobiensi sac. Petrum Calchi-Novati, parochum loci vulgo *Saronno* in dioecesi Mediolanensi.

— Cathedrali ecclesiae Bisarchiensi R. P. Petrum Benedetti, procuratorem generalem missionariorum Ssmi Cordis Iesu.

*22 decembris.* — Cathedrali ecclesiae Derthonensi sac. Simonem Petrum Grassi, parochum loci vulgo *Verdello* in dioecesi Bergomensi..

— Cathedralibus ecclesiis Ampuriensi et Templensi R. P. Ioannem Mariam Sanna, provincialem Minorum Conventualium in Sardinia.

# S. CONGREGATIO CONCILII

## DIOECESIS *X.*

### REFECTIONIS DAMNORUM

*14 martii 1914*

Anno 1901, in civitate X, quando notitia iam perferebatur bona cuiusdam Alexii, negotiorum publici gestoris, cuius opera etiam Capitulum Cathedrale utebatur, proscriptam iri, institutis per capitulares congruis inquisitionibus, compertum est ex arca Seminarii, in qua asservabatur, ablatas per eum fuisse schedulas seu syngraphas crediti publici ad Capitulum pertinentes, in summa nominali 30,000 libellarum. Huius rei causam a canonico Iacobo, qui et Seminarii rector erat, repetendam complures e canonicis existimabant. Nam hic, ut fateri debuit, iampridem, anno nempe 1897, eidem Alexio - Episcopo probante - tradiderat praefatas syngraphas, ut easdem commutaret, prout lege conversionis iussum fuerat, in novos titulos; exinde vero ab Alexio nonnisi.

fructus seu reditus, quoties percipiendi erat, receperat, syngraphas autem ipsas denuo habere non valuit.

De passa amissione diuturnae gravesque contentiones in Capitulo fuerunt; interim vero canonicus Iacobus, strenue apud Alexium insistens, diversis temporibus, recuperare valuit circiter 11,000 libellarum summam; sed quoad reliqua 19,000 nihil potuit. Quum igitur quaestio num canonico Iacobo - cui, utpote Seminarii rectori, schedulae ablatae concreditae fuerant - onus incumberet reliquam summam redintegrandi, gravior in dies inter canonicos efficeretur, nec defuisset qui illam ad civilia tribunalia deferre minitaretur, canonicus Iacobus, ita suadente Episcopo, anno 1903 aequalem amissae summam de suis bonis in Capituli aream contulit.

Hac summa accepta, Capitulum omnino adquievit, immo ex ea fructus percipere non dubitavit, quamvis Iacobus ageret et instaret - incassum tamen - ut declararetur se ad nihil teneri; quamobrem anno 1907 ipse Iacobus, qui iam in diebus suis processerat, patrimonio familiari etiam consulere volens, a Capitulo repetendam censuit summam praefatam libellarum 19,000, quam titulo seu specie *depositi, donec de sua ipsius culpabilitate constitisset,* in aream se contulisse asserebat. Lis igitur in Capitulo iterum exarsit, contendentibus cum Iacobo nonnullis, eum immunem a culpa iudicari debere, aliis vero in illum amissae pecuniae causam refundentibus, atque ideo Capitulo summam praefatam titulo *restitutionis* acquisitam autumantibus. Quae lis quum componi non posset, delata fuit ad hanc S. Congregationem Concilii, ut haec iudicaret. in quem vel in quos iacturae culpa refundenda esset. Ad hunc effectum Episcopus suis litteris haec praeterea de casu enarravit: Anno circiter 1871 quaecumque pecuniariae syngraphae ad Capitulum spectarent, custodiebantur in arca Seminarii, in cuius aedibus etiam dioecesana officia sedem habebant. Custodia autem tribus canonicis concredita erat, inter quos Iacobus; sed quum anno 1891 ceteri duo canonici ad custodiam deputati iam decessissent, *nulli curae fuit ut alii subicerentur in locum ipsorum;* quapropter ab eo anno pecuniae gestio omnino in arbitrio fuit Iacobi, qui ad rem, Alexii opera, cui non modo ipse, sed etiam Episcopus compluresque alii prudentes viri non parum fidebant, utebatur, et quidem adeo ut saepissime Alexius, nemine adstante, unus aream aperiret, clauderetque, ad ea quae sibi circa pecuniam commisisset Iacobus exsequenda. Neque absimiliter actum quum syngrapharum commutandarum necessitas fuit; tunc quoque unus Alexius schedulas publicas ad valorem 30,000 lib. de quibus agitur, ex arca, nemine adstante, detraxit, *et simul cum iis alias 80,000 libellarum schedulas ad bona Seminarii pertinentes:* nec ulla fuit sive Iacobo, sive alii e canonicis cura, Alexium

comitari ut de visu certiores efficeretur de fideli transmissiones et receptione schedularum, *nomine Capituli aut Seminarii peracta.*

Haec tamen dum exponebat Episcopus, plurimis in favorem canonici Iacobi perorabat, non modo afferens quae generatim eius commendabant solertiam in bonum Seminarii et dioecesis impensam; sed, pressius ad causam quod attinet, repraesentans iacturam a Capitulo et Seminario factam haud irreparabilem videri. Ac primum de 80,000 libellarum nominali summa Seminario subducta agens, praeterquamquod, prout Iacobus asseverabat Episcopo confirmante, « hi tituli fuerant coa-« cervati magna ex parte cura et industria Iacobi, et habendi sunt ut « oeconomiae, unde fit ut absque eorum reditibus etiam nunc occurri « possit necessitatibus tum alumnorum, tum magistrorum », re ipsa ex hisce Alexius duodecim millia restituerai, et pro reliqua summa hypothecariae in favorem Seminarii inscriptioni subiecerat quamdam officinam electricam, e proscriptione bonorum, nescio quo pacto, subductam. Quamobrem nulla tunc temporis de hac pecunia ad Seminarium spectante quaestio movebatur. Quod vero 19,000 libellarum summam Capitulo subductam attinebat, iactura non ea dicebatur esse quae ferri non potuisset, quia nonnisi reditus Capituli industria et parcimonia ex quadam summa capitali seu sorte cumulatos afficiebat, quae ipsa sors incolumis perseverabat.

Hisce acceptis sacra Congregatio, die 2 martii 1907, rescribendum censuit: *Omnibus perpensis, culpam perpetrati furti primario refundi in Decanum* (hanc enim dignitatem tunc obtinebat Iacobus), *secundario in Capitulum Cathedrale.*

Hoc rescripto obtento, canonicus Iacobus, qui interea, defuncto Episcopo, vicarius capitularis fuerat renunciatus, supplicavit Ssmo « veniam « ex gratia speciali humiliter implorans, tam pro Decano, quam pro « ceteris Capitularibus », ut nempe, condonatione facta, sibi liceret summam undeviginti millium libellarum in Capituli arca depositara, recipere. Verum S. Congregatio expectandum censuit novum Episcopum a quo suo tempore opportunas informationes exquisivit. Hisce autem acceptis, quae rerum statum non immutabant, proposito in plenariis Emorum Patrum comitiis, die 11 iunii 1910 habitis, dubio: *An et a quibus Capitulo inlata damna reficienda sint in casu,* S. Congregatio Concilii, respondendum censuit: *Attentis omnibus, canonicum Iacobum admittendum esse ad compositionem, soluta ab eo dimidia parte summae ablatae.*

Paulo antequam haec resolutio prodiret, canonicus Iacobus diem supremum obierat; ideo nomine quoque coheredum, nepos eius, canonicus Aurelianus, de exsecutione sententiae cum Capitulo egit. Res autem

pacifice non processit; nam episcopus, hac ductus ratione, quod S. Congregatio integram summam culpa unius Iacobi amissam reputasset et condonatio facta ex gratia, ne in praeiudicium tertii, nempe Capituli, vergeret, strictissimam sententiae interpretationem suaderet, haec suo decreto exsecutoriali statuit: a canonico Iacobo deberi Capitulo in primis medietatem summae *ablatae,* videlicet 15,000 libellarum (ablata enim fuere 30,000), nulla nempe habita ratione 11,000 libellarum quae recuperatae fuerunt; ac praeterea fructus omnes summae 30,000 libellarum usque ad diem sententiae S. C. C, itemque fructus 15,000 libellarum a praefata die usque ad diem exsecutionis, quae fuit 9 septembris 1912; adeo ut ex 19,000 libellarum summa a defuncto canonico Iacobo tradita Capitulo, nonnisi 600 fere libellae heredibus restituendae forent. Adversus hoc exsecutionis decretum recursum interposuit ad S. C. C. canonicus Aurelianus, nepos et heres Iacobi, petens declarari sensum verborum *summae ablatae,* ac decerni num et qui fructus essent in casu computandi.

Verum huius litis occasione, quum novus episcopus totam gestionem defuncti canonici Iacobi ad examen revocari iussisset, praesertim Seminarium quod spectaret, haud omnia veritati congruere comperta sunt, quae antea Iacobus retulerat ad tegendum longe gravius damnum, quod Seminario illatum fuerat, subductione, uti dictum est, syngrapharum publici crediti 80,000 libellarum, simul cum 30,000 ad Capitulum spectantibus, per gestorem Alexium perpetrata. Neutiquam enim haec ingens summa « fuerat coacervata industria Iacobi », sed immo, iam in regestis oeconomiae ante quam hic rectionem Seminarii susciperet, consignata erat in tota sua vi et quantitate; nequidquam inscriptio hypothecaria super officina electrica Alexii hanc iacturam sarciebat, quippe cuius proprietas erat omnino litigiosa, et iam ad eum adducta (officina) statum, quo nonnisi perexiguae aestimationis capax censebatur; ac praeterea, dum Capitulo syngrapharum ablatarum fructus in parte saltem persoluti fuerant, Seminario inde ab anno 1898 omnes intercepti apparent, ideoque iacturae sortis etiam iactura circ. 30,000 libellarum ex fructibus deperditis addenda erat. Hinc novus episcopus enixe efflagitabat ut vetus quaestio de culpabilitate canonici Iacobi iterum examini subiiceretur, et, quatenus de ea plene constaret, integra illius hereditas Seminario adiudicaretur: sane haec hereditas, quam nepotes nonnisi cum inventarii beneficio adiverant, longe minorem summam liquidam efficiebat, quam quae Seminario ex deductis sarcienda esset. Ad quem effectum etiam referebat Episcopus, decessorem suum, per testamentum heredem instituisse praefatum canonicum Iacobum, qui ex hac hereditate circ. 20,000 libellarum summam retulerat. Quum vero de damno Semi-

nario illato respondere debuisset etiam decessor, manifestum est ipsum non potuisse donare, nec per actus inter vivos, nec etiam mortis causa,, quod Seminario debebat, et proinde suum non erat. Quamobrem hereditas universa canonici Iacobi veluti duplici titulo adiudicanda videbatur Seminario, tum ex persona Iacobi, tum ex persona Episcopi decessoris.

Res igitur in S. Congregatione Concilii iterum pertractata est. Ex parte quidem Capituli animadvertebatur Iacobum manifesto defecisse a diligentia boni patrisfamilias in administrandis tum Capituli, tum Seminarii bonis, atque ex hoc diligentiae defectu omnem utriusque iacturae causam corrivasse; culpamque etiam augeri ex noviter deductis quibus constabat ab a. 1897 ad a. 1901 Iacobum omnem lapidem admovisse, ut inlata damna celaret a Capitulo, quod igitur rei consulere, prout fortasse valebat, minime potuit.

Ex adverso autem respondebatur, non modo de iactura quam Capitulum dolebat, sed etiam de damno, et quidem multo maioris momenti, quod passum est Seminarium, culpam in Capitulum quoque recidere. Ex lege enim Tridentina (Sess. XXIII, cap. 18 *de Ref.)* Capitulum tenebatur eligere duos deputatos, quibus praesentibus rationes redituum Seminarii singulis annis accipiendae sunt, quod quidem, si qua par erat diligentia peractum fuisset, negotiorum gestor Alexius profecto non potuisset tam grave detrimentum Seminario inferre. At vero, ut ex praemissis apparet, Capitulum iam ab a. 1891 valde negligens fuit in eligendis huiusmodi deputatis, adeoque graviter culpabile in hac re se reddidit.

Nec quid in contrarium facere asserebatur, utpote non rectum, principium, cui veluti fundamento innixus est novus episcopus in exsequenda, seu interpretanda, decisione S. C. C: quod videlicet S. Congregatio,, dum decernebat canonicum Iacobum ad compositionem esse admittendum, hoc ipso integram summam culpa *unius* Iacobi amissam reputasse^ « quia compositio tunc tantummodo locum habet, quum restitu-« tionis obligatio certa est ». Etenim, misso quod ad compositionem Ecclesia numquam admittit, nisi aut res sit dubia, aut saltem adsit rationabilis causa, uti patet ex Constitutione Innocentii XII quam refert et exponit Benedictus XIV, *De Syn. Dioec,* lib. XIII, cap. ult., n. 15; in casibus nostro similibus, quando nempe intercedit ius tertii (Capituli),, compositio est species quaedam transactionis, quae non cadit nisi in rem dubiam : definiri enim solet « contractus, quo lis dubia privati iuris « componitur, aliquo invicem dato, aut retento aut promisso » (Cardinalis D'Annibale, *Summula,* vol. II, n. 585, d. II). In casu autem S. C. iam explicite declaraverat culpam perpetrati furti refundi etiam debere in Capitulum Cathedrale tamquam in correum secundarium.

Fructus vero quod attinet, arguebatur eos nec Episcopum nec Capitulum repetere potuisse: primum, quia, quum S. Congregatio, rescripto diei 11 iunii 1910, edixisset canonicum Iacobum admittendum esse ad compositionem, soluta ab eo dimidia parte summae ablatae, nullamque fecisset mentionem de fructibus, censendum erat eamdem S. Congregationem noluisse obligare praedictum canonicum etiam ad fructus seu reditus solvendos. Secundo, quia summa undeviginti millium libellarum a canonico Iacobo anno 1903 minime tradita fuit seu deposita in arca Capituli, titulo restitutionis, ut Capitulum contendit, sed tantum *ut pignus.* Videlicet canonicus, ad sedandos clamores et ad vitanda scandala quae minitabatur Capitulum, declaravit se esse paratum ad reparanda damna, *si et prout de iure;* et ad ostendendam animi sui sinceritatem et promptitudinem, ad cautionem dandam pro quocumque futuro eventu, tradidit uti pignus maximam summam ad quam teneri vel obligari poterat, idest summam aequalem ablatae; sed statim coepit agere ut declararetur se ad nihilum teneri.

Ex summa autem in pignus accepta tantummodo consequebatur favore Capituli praelatio iuris, seu privilegium, quo ipsi, prae ceteris creditoribus, ex ea summa nunc satisfieret: non tamen ultra illud, ad quod sententia S. C. C. idem canonicus Iacobus titulo compositionis obligabatur, hoc est non ultra summam libellarum 9500, quae dimidium rei ablatae seu amissae a Capitulo (libel. 19,000), repraesentat.

Porro, proposita causa in plenario coetu diei 14 martii 1914, ad quaestiones :

I. *An et quomodo sustineri possit decretum exsequutoriale datum ab Episcopo in casu;*

II. *An et qualis pars bonorum hereditatis Iacobi tribui débeat Seminario in casu,*

Emi Patres responderunt:

Ad I et II *Ad mentem.* Mens est : « Attento quod etiam Capitulum « non immune sit a culpa de damno Seminario illato, nihil aliud ei « deberi nisi summam libellarum novem millium quingentarum absque « fructibus seu reditibus. Cetera quae supersunt ex hereditate canonici « Iacobi tribuenda sunt Seminario. Conceduntur tamen Ordinario facul- « tates rem componendi prout magis in Domino expedire iudicaverit, « circa fructus a Capitulo iam perceptos e summa libellarum undevi- « ginti millium a canonico Iacobo in pignus tradita, et circa obligationes « heredum eiusdem canonici ».

O. GIORGI, *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## i

## ROMANA

### PAROCHI URBIS ROCHETTI ET PALMATORIAE PRIVILEGIO ORNANTUR

Quo clarus parochorum coetus Urbis eiusque districtus a ceteris inferioribus similisve gradus collegiis et ab aliis ecclesiarum rectoribus sea praepositis, curam animarum non habentibus, aliquo exteriori ac nobiliori signo distinguatur, etiam ob varia sacri ministerii munia, satis ardua, cum multiplici fidelium exemplo ac spirituali bono pie recteque peracta et peragenda, sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, in auspicatissimo Romani sui Pontificatus exordio, peculiare suae paternae benevolentiae atque pastoralis sollicitudinis pignus ac testimonium ostendere statuit sacerdotibus sibi benevisis, animarum curatoribus inter dilectos suos filios, ex singulari Dei beneficio, Romae commorantes et beatissimi Petri Cathedrae ac sanctae Apostolicae Sedi propinquiores. Quapropter eundem parochorum coetum speciali honoris ac dignitatis signo ac privilegio, sua benignitate ita decorare dignatus est, ut omnes et singuli parochi pro tempore, utriusque cleri tam saecularis quam regularis, almae Urbis eiusque districtus rochettum induere et palmatoria uti valeant in sacris functionibus intra fines propriae paroeciae in quibuslibet ecclesiis et oratoriis, nunquam tamen in basilicis patriarchalibus neque in ecclesiis filialibus, praesente Capitulo patriarchalis basilicae matricis; servatis de cetero Rubricis ac decretis. Idem sanctissimus Dominus noster insuper voluit atque mandavit, ut super enunciato duplici insigni et privilegio praesens edatur decretum valiturum in perpetuum absque ulla Brevis Apostolici expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque etiam speciali mentione dignis.

Die 11 novembris 1914.

SCIPIO CARD. TECCHI, *S. B. G. Pro-Praefectus.*

l i.* s.

f Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

II

SAGIEN.

DUBIA

Hodiernus Episcopus Sagien. a sacra Rituum Congregatione humillime postulavit sequentem dubiorum solutionem; nempe:

I. Utrum, quando ob occursum festi Duplicis I classis, officium alicuius Summi Pontificis vel Doctoris Ecclesiae perpetuo vel etiam accidentaliter simplificatur ita ut tantum in Laudibus commemoratio fiat de eo, usurpandae sint pro hac commemoratione Antiphonae magis propriae de secundis Vesperis *Dum esset* vel *O Doctor,* an potius Antiphona communior *Buge, serve bone?*

II. Utrum deinceps omittendae sint, tum commemoratio Omnium Ss. Apostolorum in officio Ss. Petri et Pauli (29 iun.), tum commemoratio Omnium Ss. Martyrum in officio S. Stephani Protomartyris (26 dec.) quum in novo Kalendario proprio dioecesis Sagiensis non fiat mentio harum commemorationum?

III. Utrum in Offieio Dominicae anticipatae ad horas minores adhibenda sint capitula et responsoria Dominicae?

IV. Utrum omnia *Initia* Epistolarum S. Pauli debeant quotannis recitari, etiam quando prorsus omittuntur, ante Septuagesimam, officia Dominicarum IV, V et VI post Epiphaniam?

V. Utrum, in Missa feriali quae coram Ssmo Sacramento celebratur, debeat omitti Oratio *Fidelium,* etiam quando a Rubrica praescribitur in Feria secunda vel in prima die libera mensis?

Vt. Utrum, in festo Omnium Ss. Episcoporum et aliorum Sanctorum dioecesis Sagiensis, color paramentorum sacrorum debeat esse *Albus* an potius *Bubeus* quia aliqui horum Sanctorum sunt Martyres?

VII. Utrum uti liceat novis Officiis communibus plurium Confessorum Pontificum et non Pontificum, et plurium Virginum et non Vir• ginum, non tantum in festis particularibus, sed etiam in festis Ecclesiae universalis, nempe Ss. Cyrilli et Methodii, Ss. Septem Fundatorum Ordinis Serv. B. M. V. et Ss. Perpetuae et Felicitatis?

Et sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositis dubiis ita respondendum censuit:

Ad I. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam, iuxta editionem typicam Breviarii Romani.

Ad II. Standum Kalendario approbato.

Ad III. Provisum in Rubricis novissimis Breviarii Romani.

Ad IV. Negative iuxta Rubricas.

Ad V. Negative.

Ad VI. Servetur in casu consuetudo.

Ad VII. Negative, etiam attentis decretis 22 maii et 7 augusti 1914, ad III.

Atque ita rescripsit. Die 11 decembris 1914.

SCIPIO CARD. TECCHI, *Pro-Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO

## PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

### DE CURA CAPTIVORUM A CLERO HABENDA

*Ex audientia Ssmi, die 21 decembris 1914*

Ssmus D. N. Benedictus divina providentia Papa XV, cum vehementer doleret et angustias, quibus misere afficerentur innumerabiles homines teterrimo hoc bello capti, et anxietates, quibus eorumdem familiae idcirco premerentur quod diu penitus de suis ignorarent, Secum animo reputavit quo pacto posset utrisque pro facultate solacium auxiliumque afferre. Itaque me referente infra scripto Secretario S. Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis curandis, ea quae sequuntur decrevit, spe fretus futurum, ut cum episcopi et clerus sancte religioseque mandata exsequantur, tum nationum rectores velint incepto huic, humanitate et christiana caritate in primis digno, pro viribus obsecundare.

I. Ordinarii dioecesum ubi captivi versantur, quam primum sacerdotes eligant, ut curam captivorum gerant, unum aut pro necessitate plures, eorum linguae satis peritos; quos, si nullos habeant intra dioecesis suae fines, ab aliis Ordinariis mutuentur. Hi vero libenter idoneos suppeditent.

II. Sacerdotes ad id munus electi nihil reliqui faciant quod ad captivorum utilitatem, tum animi, tum vitae corporisque, pertineat: consolentur, assideant, a necessitatibus variis - iisque interdum acerbissimis - allevent.

III. Exquirant praesertim et percontentur, utrum litteris, an alio modo, captivi familias de se certiores fecerint. Quod, si negaverint se fecisse, suadeant ut saltem apertas chartulas tabellarías (vulgo *cartes postales, Postkarten, Post cards, Poctowyja kartocki* [LTo^TOBbia **Kapmo^KH;]**) statim mittant, quibus suos de propria valetudine doceant.

IV. Verum, si captivi, aut imperitia scribendi, aut ex morbo vel accepto vulnere, aut quavis alia de causa, ab simili litterarum commercio prohibeantur, sua ipsi manu delecti sacerdotes, eorum vice ac nomine, caritate permoti, scribant, et diligenter studeant, ut epistulae eo tute perveniant quo destinantur.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis.

Eugenius Pacelli, *Secretarius.*

*Quod Decretum ad aliquos Emos et Rmos Duos Cardinales Archiepiscopos singularum nationum ab Emo et Rmo Dno Cardinali a Secretis Status transmissum, sequens comitabatur*

## EPISTOLA

Eminenza Reverendissima,

L'augusto Pontefice Benedetto XV, grandemente addolorato per i mali che apporta ovunque l'immane guerra attuale, si è benignamente degnato di portare nuovamente la Sua benevola ed affettuosa attenzione sui prigionieri di guerra; e, nella Sua paterna carità, per provvedere in qualche modo al loro benessere spirituale e corporale, ha emanato in data di ieri, per mezzo della sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari, un Decreto, del quale mi reco a premura di trasmettere a Vostra Eminenza Revma alcune copie.

Vostra Eminenza, assecondando il desiderio del Santo Padre, si compiaccia di far giungere una copia di tale Decreto a tutti e singoli i Vescovi di cotesta Nazione, che abbiano prigionieri di guerra nel territorio di loro giurisdizione, affinchè vogliano curare con la massima sollecitudine la fedele esecuzione del medesimo.

Credo superfluo aggiungere che, quando nel Decreto si paria di prigionieri, Sua Santità intende che non si faccia distinzione nè di religione, n è di nazione, nè di lingua; ma, se l'Eminenza Vostra lo credesse opportuno, voglia, nel trasmetterlo, dichiarare ai singoli Vescovi T intenzione dei Santo Padre, affinchè *Y* azione benefica dei sacerdoti indicati nel Decreto abbracci tutti gli sventurati prigionieri con la stessa estensione della carità di Gesù Cristo.

Baciandole umilissimamente le mani, passo al piacere di raffermarmi con sensi di profonda venerazione

Dell'Eminenza Vostra Revma,

Dal Vaticano, li 22 dicembre 1914.

Umo e Devmo Servitor vero
P. CARD. GASPARRI.

# SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

## DECRETUM

### DE CAPPELLANIS MILITUM QUOAD FACULTATEM AD EXCIPIENDAS SACRAMENTALES FIDELIUM CONFESSIONES, DURANTE BELLO.

Sacra Poenitentiaria, providere cupiens saluti animarum, de speciali et expressa Apostolica auctoritate, benigne sic annuente sanctissimo Domino nostro Benedicto PP. XV, statuit ea quae sequuntur:

« Cappellani militum, dum exercitum comitantur, possunt, durante « bello, excipere confessiones sacramentales quorumcunque fidelium ad << se accedentium et in eorum favorem uti facultatibus omnibus sibi « pro foro conscientiae concreditis. Eadem pollent potestate praedicti « cappellani militum in captivitate forte detenti in favorem omnium « concaptivorum. Contrariis quibuscumque non obstantibus ».

Datum Romae in sacra Poenitentiaria, die 18 decembris 1914.

SERAPHINUS CARD. VANNUTELLI, *Poen. Maior.*

Iosephus Palica, *S. P. Secretarius.*

# SACRA ROMANA ROTA

## VERULANA

### IURISPATRONATUS

*Super quaestione incidentali*

*Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno undecimo, die 8 iulii 1914, BR. PP. DD. L Mori,* Ponens, *F. Cattani, et A. Perathoner in causa* Verulana - Iurispatronatus, *super quaestione incidentali, inter parochum S. Leucii civitatis Verulanae* Iosephum Quattrociocchi *actorem repraesentatum per legitimum procuratorem ex officio, advocatum Antonium Melevirdis, et fratres* Vincentium *et* Alphonsum Gaperna *appellantes a sententia curiae interlocutoria, qui procuratorem constituere refragati sunt, sequentem tulerunt sententiam.*

Ecclesiae paroeciali S. Leucii in civitate Verulana adnexa exstat antiqua capella dicata B. Mariae Virgini, a Refugio nuncupatae: haec capella praeter oblationes fidelium duobus censibus fuit ditata; uno, anno 1854, a quadam pia femina Vincentia Giovannetti, alio a pio viro Dominico Viglianti. Hi duo census, ut ex tabulis constitutionis eorumdem apparet, solvi debebant abbati parocho pro tempore praefatae ecclesiae S. Leucii: quoad primum ita inibi disponitur: « Vincenza Gio- « vannetti, imponeva un censo in sorte di scudi 208 e bajocchi 6, sopra « una casa a favore delia cappella della Madonna Ssma del Refugio esi- « stente nella chiesa di S. Leucio in Veroli ... e si obbligava per se e « suoi di pagare qui in Veroli l'annuo censo di scudi 16 e bajocchi 64 « nelle mani del sudd. Francesco Palma suo marito, sua vita naturale « durante e dopo di esso all'abate pro tempore della chiesa di S. Leu- «cio»: item quoad secundum censum habetur quod anno 1864 die 7 iulii Dominicus Viglianti instituebat favore praelaudatae capellae « un « censo annuo di romani scudi tre, pari a lire 16 et cent. 12 » statuens, « che detto annuo censo debba pagarsi e corrispondere qui in Veroli << nelle mani dell'abate pro tempore della chiesa censualista ».

Capellae administrationem et clavem sicuti censuum praefato™ m fructus obtinuerunt parochi abbates S. Leucii. Die 6 iulii 1908 supre-

mum diem obiit eiusdem paroeciae rector Leonidas Mizzoni: defuncto parocho, capellae clavis in manus sacerdotis Vincentii Caperna pervenit, qui eam parocho successori Ioanni Tarquini restituere renuit, asserens sibi eam spectare uti memoratae capellae patrono et coheredi avi sui Francisci Mizzoni, qui eam paroeciam in antecessum rexerat.

